SPECULUM INQUISITIONIS BISUNTINAE EIUS VICARIIS ET OFFICIARIIS...

Jean Des Loix

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 B
28

M

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECVLVM

INQVISITIONIS BISVNTINÆ

EIVS VICARIIS ET OFFICIARIIS.

EXHIBITVM A R. P. F. IOANNE des Loix Sacræ Theologiæ Doctore, Ordinis Prædicatorum Conuentus Audomarensis.

PER BISVNTINAM DIOECESIM ET totum Comitatum Burgundiæ Inquisitore Generali

PROVINCIÆ INFERIORIS GERMANIÆ eiusdem Ordinis Exprouinciali.

VIDEAMVS NVNC PER SPECVLVM
I. Corinth. 13.

BIBLIOTECA NAZ. ROMANA VITTORIO EMANUELE

SOCIETATIS JESU COLLEGII BIBLIOTHECA

DOLÆ,
EX TYPOGRAPHIA ANTONII BINARD
Vniu Typograph. Iurati.

M. DC. XXVIII.

Digitized by Google

Sapientiæ cap. 6.

Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum : quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur : quoniam cùm essetis Ministri Regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem Iustitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & cito apparebit vobis : quoniam iudicium durissimum, in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia : Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam : quoniã pusillum & magnũ ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. *Et infra.* Qui enim custodiunt iustitiam, iustè iudicabuntur : & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam.

Ecclesiastici cap. 7.

Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates : ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.

Et cap. 20.

Qui potestatem sibi sumit iniustè, odietur.

REVERENDISSIMO PATRI P. SERAPHINO SICCO SACRO-SANCTAE THEOLOGIÆ Doctori, Generali totius Sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum Magistro primario in Sacro-sanctæ Inquisitionis Generalis Romanæ, Senatu Consultori, &c.

REVERENDISSIME pater Magister

Hoc Opusculum rapsodicum raptum e manibus occasio violenter & Officium, cui teneor his in partibus aliqua caligine offuso lucem nonnullam ex eo reddere. Præsertim cùm multi timorati, quos suarum tædet tenebrarum lucem circa Inquisitionis Bisuntinæ sacrum Officium, ve-

lut tædio languidi auroram reuerberatis per ſpeculum radijs ſibi iam redire inclament, Nullius tamen fœlicioribus exire poteſt ſpeculum in lucem auſpicijs, quàm veſtræ Reuerendiſſimæ Paternitatis, quæ eſt in totius Ordinis eminentiſſima ſpecula, eiúſque totius ſpeculum; & cui plurimis meipſum nominibus debeo, ſed tanquam tutrici dicam, an nutrici? neſcio. Sperauí igitur eò maius patrocinium; ſi de vſitata Sacræ Inquiſitionis praxi ex ſolo librorum ænigmate, & per ſpeculum in ea rudis & tyro quid minus conforme conieci: quo ſublimiori inter ſacri Officij Conſultores dignitate fulget V. Reuerendiſſima P. Spei meæ accedit occaſio: & me Generalis Capituli Toloſam inuitat celebritas; cui, quia hîc detineor ex officio quo teneor, V. tamen Reuerendiſsimæ P. gratulandi ligatus munere, animis adero & hocce munuſculo, qui corpore nequeo. Ergo.

Parue, nec inuideo, ſine me liber ibis in Vrbem

Quæ noſtræ Sacræ Religionis, Sanctæ Inquiſitionis, & mirifici Roſarij prima dedit germina: in iſta V. R. P. ſenij leuamen dabit Deus hanc ei dulcedinem; vt virtus ſeminalis, ſecundùm quam Deus facit omnia, primò iacta Toloſæ, iam erumpat per totum Sacrum Ordinem in lætos & vberes Reformationis toties optatæ, quaſi denuo ſuſcitata, frutices. Iſta quæ iam repullularunt Toloſæ germina, ad omnes circum prouincias extendentur, & patulis fertilia frondibus virescent. Faxit vt V. R. P. iſto in ordine & cœtu tot Reuerendorum Patrum de ſuo hanc habeat Ordine iucunditatem, de quo tam paternam habuit ſolicitudinem. Sic precor.

Veſtræ Paternitatis Reuerendiſſimæ

Humillimus Filius & Cliens Frater
Ioannes des Loix.

Digitized by Google

REVERENDIS

PATRIBVS ET CONFRA-tribus Vicarijs & Officiarijs in Sancto Inquisitionis Bisuntinæ Officio constitutis. S.

REVERENDI PATRES & Confratres in authore & conseruatore Fidei Christo Iesu dilectissimi, nec ausim, nec debeo locum mihi inter celeberrimi ordinis nostri scriptores supra mille hocce tractatulo arrogare, veritus præcipuè illud Hieronymi: quod qui scribit, multos sumat iudices: dum alius in alterius liuet ac grassatur ingenium; & si vnus sermo defuerit, quasi claudam oratiunculam diffugiet alius si paululum se eloquentis cothurnus extulerit; non presbyterum latrabit esse, sed rethorem. Sed quia omnia superat charitas, & propositum vincit affectus: ne officium putetur ambitio, imitandam suscipiens Nepotiani humilitatem & modestiam, declinando glo-iam in suis operibus scribere soliti: istud Tertulliani, illud Cypriani, hoc Lactanty, Hilarij

Digitized by Google

iſtud eſt: Diui Hieronymi *de ipſo velut indebitum mihi, ſicut & aliud quodpiam encomium, procul à me reijcio. Cum me magis tractatuli huiuſce compilatorem, quam auctorem lubens eſſe declarem: ex quo tantam, ſi non minorem, ordini noſtro honoris fore futuram reor acceſſionem; quantam vel ſtilla faceret oceano. Cuius ordinis ſacratiſſimi (cui præeminentiam ſuus dat Pontifex Pius in Bulla.* Diuina diſponente) *tam multiplices fructus & vberes varietate ſegetes, vegetaſque & vſque adhuc radices; vix eſt vllus qui cum laude non ſuſcipiat, cum vtilitate non ſentiat, cum admiratione non conſideret. Quandoquidem in ſpeciem vernantis, & annuatim virescentis terræ ad Imperium Conditoris continuis ſuum ordinem pampinatum palmitibus exultabundus in Generali Romano capitulo Generalis Magiſter (qui poſtea* Hieronymum *ſecutus Cardinalis)* Hieronymus Xauierre, *& admiraretur, & filius ſuis ad admirationem declamaret. Qua virtute, qua fœcunditate, qua promptitudine mandatis obtemperauit diuinis noſtræ terra religionis; quando Deus viſus eſt dicere: producat terra herbam virentem? ibi conſpexiſſes inter medium montium pertranſeuntes aquas, Deúmque emittentem fontes in conuallibus;* Doctores *ſcilicet noſtros humillimos. Primum protopa[illegible]em, beatiſſ. Dominicum; & D. Thomam*

de S. Profapia Magni Gregorij, virum & Doctorem Angelicum Ordinis ſui decus & ornamẽtum, & Eccleſiæ clariſsimum lumen, cuius Doctrina crucifixi Saluatoris ore (ſicut pia teſtatur hiſtoria referentibus Dominicano & Franciſcano Pontificibus) mirabiliter fuit approbata; & Anno Domini milleſimo trecenteſimo nono à Concilio Cæſaraugustano confirmata fuit, & ſuſcepta; in quam iam ab hinc pauco tempore omnes Salmantinæ Academiæ iurant hoc modo cathedratici.

Iuro ergo N. in quotidianis lectionibus, quas in Academia, vel Cathedra moderator, vel voluntarius Profeſſor legero, me doćturum, atque lećturum in Theologia ſcholaſtica, doctrinam S. Auguſtini, & concluſiones D. Thomæ, quas in ſumma Theologica docet, vbi horum ſanctorum mens aperta fuerit; vbi verò anceps & dubia, nihil doćturum, neque lećturum, quod eorum doctrinæ aduerſari ſenſerim, ſed quod, vel iuxta meum ſenſum, vel eorum, qui diſcipuli ſanctorum Auguſtini & Thomæ communiter cenſentur, tantorum Patrum doctrinæ magis conformè iudicauerint. Excipio opinionem de Immaculatæ Virginis conceptione; & ea quæ iure Eccleſiaſtico immutata ſunt, vel poſtea immutabuntur; & quæ cùm olim controuerſa eſſent,

m conſtitutionibus Apoſtolicis diffinita
int. Et ſi quando Cathedram Scoti, vel Du-
ndi moderabor, quamuis ad id teneri nolo,
cere tamen mihi volo, pro eo tantum tem-
ore, probabiles eorum doctorum opiniones
:qui abſq; periurij crimine. Sic me Deus, &c.
n qua Vniuerſitate ſolus ordo noſter feri primarios
:athed aticos. In quantos verò Angelica tam ſan-
ti Herois doctrina, quaſi fons vberrimus, ſcatu-
iat etiamnum riuulos vtilitatis teſtes tot Epiſcopi
ic Theologi, tam noſtri, quam aliorum ordinum,
qui in Concilio Tridentino tertiam D. Thomæ par-
tem Summæ Theologicæ in aperto habentes, Ange-
lici Doctoris concluſiones in Concilij Generalis
ſuſceperunt definitiones. Vidiſſes & B. Albertum
magnum cœlitus edoctum, ac alios inter montes
Antiquorum Patrum, & ex ipſis cryſtallinas de-
riuantes aquas, populiſque propinantes in conualli-
bus humilitatis, humillimè de ſe ſentiendo, conuer-
ſantes. Ibi excelſos montes, refugia ceruorum vi-
diſſes: innumeros inquam exercitus Inquiſitorum,
qui nec laboribus parcentes, nec propriæ conſulen-
tes vitæ, ſanguine proprio, fidei vexilla veluti ro-
ſeo colore tingentes, hæreticorum rabiem fugienti-
bus ſe ſe petras refugij exhibebant. Ibi vaſtiſſimos
campos variarum arborum mirabilium herbarum,
ingentium paſcuorum multitudine conſitos fuiſſe

contemplatus, Hyacinthos Raymundos, Diuinos marium ambulones, Antoninos, Vincentios, Susones, Micones, Vincentios à S. Stephano, Ambrosios, Bertrandos, Paulos, Iacobos, Ludouicos.

Quid referam hanc Regalem Germaniorum Patris & filiorum radicem paululos in tantum distendisse ramos ad exteras nationes, Indos, Armenos, Iacobitas, Septentrionales, Hungaros, Tartaros, Græcos, Gothos, Gazaros, Paganos, Orientales, Afros, Georgianos, Iaponas, Chilenses, Synas, Pyruanos, Abyssinos, Moscouitas & sexcentos alios in occiduo orbe populos; ita vt & in meditullio christianitatis floreant, & in confiniis? Cùm equidem Deiparâ Protegente & nos dignante in filios, creuerit in tantam támque diffusam hæc radix Dominicana proceritatem; vt cœlum ipsum Empyreum vel intellectualem mundum si non obumbrare, saltem adumbrare videatur. Mundus etenim ille vltramundanus & Angelicus suos habet sine vllo rerum discrimine Deo vnitos spiritus, contemplatrices Seraphim, Cherubim & Thronorum mentes: Suos habuit ordo noster, (vt auctor vitæ S. Dominici lib. 6. cap. 4. recenset & noster Reuerendissimus Magister Generalis atque Cardinalis Galaminius apud Patres ordinis in capitulo item generali lætè causabatur) suos inquam habuit rerum terrenarum curis inanes, & cœle-

ſtium contemplatione ſuſpenſos in Deum heroas, & ſecretiorum theophaniarum ſplendoribus flammigeros, & habet etiamnum ſub Seraphico Seraphino Anteſignano Reuerendiſſimo Generali Magiſtro noſtra militia Seraphicos animos quæ nongentos & vltra emeritos triarios, quos erudiuit, lætata eſt non vnitiuæ perfectionis anhelos, ſed plenos, miniſtrare Antiſtites; decem & quatuor Patriarchas; vnde quadraginta Cardinales, & Thronalem illum Innocentium de Tarentaſia Burgundum, Cherubinam animam Benedictum vndecimum, Seraphicum Michaelem Giſlerium Pium Quintum a Deo Trino datos ternos Pontifices. Sunt etiam in hierarchijs cœleſtibus illuminantes, & illuminatæ mentes, cœleſtibus officijs Deique deputatæ miniſterio Dominationes, Virtutes, & poteſtates. At intueamini amabo Patrum noſtrorum mirabilem pietatem LVDOVICORVM, religionem Thaulerorum, charitatem Antoninorum profundam humilitatem Thomarum, continuata ieiunia plerumque ſolo pane & aqua ſoluta Vincentiorum; indefeſſas vigilias Raymundorum dilaniatiuas loris diſciplinas, Dominicorum, Bertrandorum; iuges ad Deum preces omnium, quibus ſæpiſſimè diem cum nocte coniungebant, imis pœnitentiq; gemitibus ſua & aliorum peccata deplorantes, & prę amoris impatientia quieſcere

non valentes. Illi veri Nazarei (teste Cornel. à Lapide in Thronos) nolebant indulgere somno, quo vsque gratiam sentirent nouam ipsos concalefacientem, Quid choros cœlestium dicam hominum Virginis Matris Altaria ordine terno post completorium stipantium & coronantium floribus, & rosis hymnidicos? Hęc lubens omitto: quandoquidem lac suggerent à Matre Deipara paruuli, adulturi in perfectos eius filios; quos vidit S. Patriarcha lustratos à Virgine, eiusque factos clientes, amplissiméque & ipse S. Pater, & Diua Brigitha testati sunt, Deiparę pallio foueri. O quantæ facultatis habitę sunt litanię Ordinis, quę petentes Virginem eam fecerunt petere filium! Pergite modo & vna fratres deuotis quotidie Mariă post Completorium pulsare salutationibus: nam interea nostrum conseruatrix, ante filium ita nobis affecta prosternitur: vt nobis illatę iniurię redundent in Virginem. Ergóne suis nostra caruit bene dispositæ militia Principibus qui etiam & aliorum fierent censores commilitonum? circiter bis denos Carmelitanæ, Trinitariæ, de Redemptione, Syluestrinę, Cistertiensis, Benedictinæ & Hierosolymitanæ militiarum aut ordinatores, aut reuisores protulit noster Ordo Religionis recentioris exemplar. Quis n. scit, vt ad tertiam Hierarchiæ cœlestis tribum deueniam, quos fecerit & suo Ordini, & Ecclesiæ

fructus in primo Lateranensi Concilio Dominus Sanctus Patriarcha? quomodo in primo Lugdunensi pro Pontifice, (cuius semper contra quosuis insultatores, vt decet partes tenuimus) admicauerit Hugo ille noster, ibi ex Vrbis Archiepiscopo factus Cardinalis? Putasne quos Lugdunense secundum à nostris fructus retulit, tribus Cardinalibus, triginta Præsulibus, inter quos interfuit Petrus Cardinalis, & noster B. Magnus Albertus? quos adhuc sperabat maiores si lumen illud Ecclesiæ, extinctum humanitus in itinere, præsto fuisset Angelicus Doctor? Quis in Viennensi Templariorum, Begardorum & Beguinarum euertit errores? Noster Durandus Minatensis Episcopus quem, iuxta omnes ferè constitutæ sunt ordinationes. Quis in Constantiensi schisma composuit pernitiosissimũ? Præses ibi Legatus noster Ioannes Dominicus Cardinalis Archipræsul Raguſinus: nostris circumfultus Dominico Tolosæ, Petro Ripa Corinthi Archiepiscopis & compluribus Patribus; inter quos cùm adesse non posset, concionibus Bisuntij occupatum S. nostrum Vincentium, totius orbis totius Christianitatis oratorem, legatum Annibaldum Cardinalem Patres eius Concilij, sibi votis consultiuis fecere præsentem. Senense Concilium habuit eum Præsidem, quem antea Constantiense consultorem nostrum Generalem Leonardum Sta-

sium. Quum nouarunt Basilienſi Concilio antequam à Papa deficeret, operā nondum Cardinalis à Turrecremata, Texerius Ordinis Magiſter religioſus Nider & alij? & mirum! deficienti vel quamprimùm à Pontifice Concilio noſtri & repente defecerunt à concionabulo Congregatum de Concilio Caietani Concilium Florentinum eſt, ex quo propter magnanimas ſuas congreſsiones Cardinalū rediit, Tridentina Synodus & habuit, & mirata eſt noſtros duos poſt modum Cardinales ſex Archipræſules, undeuiginti Epiſcopos, Inquiſitorem Campegium, vtrúmque Soto Concilij prodigia; & tantam noſtrorum multitudinem, vt omnes alios Ordines ſoli, ſi non ſuperarent, ſaltem adæquarent, hi noſtri generoſi Haſtati milites. Scio etiam numeratos Regum ex noſtro Ordine centum & octoginta ſeptem Oratores, Confeſſores, & Magiſtros.

Et ſi ad infimos labamur Angelos. miror, & rerum æquus mirabitur æſtimator Noſtrorum Patrum totos è Superiorum nutu pendentes animos, non fatigabiles pedeſtrium itinerum ſudores, inviolabilem ſilentij legem & tam ſanctè cultam, durum & difficilem victum, veſtitum aſperum corporique moleſtum, conciones ita frequentes & feruidas, vt ederent quò prædicarent, non vero prædicarent ſuggerere; eis inquam, qui per S. ſumm

atriarcham à S. Petro librum, baculum autem à octore Gentium acceperant. Inde tanta ſalus ani-arum conſecuta eſt, mirabiles peccatorum ad ſe-am pœnitentiam conuerſiones; diſſidentium ho-inum ad pacem & concordiam reductiones quas nter cætera noſtra D. Thomæ fratris produxit; .zaniorum hæreticalium per familiares D. Petri Martyris exterminationes factæ; blaſphemorum d cor, & os mundum mutationes per confratriam Nominis Dei procreatæ; tot omni ætate & loco per S. Roſarium Miracula, & infinitæ vtilitates. Quot memorem tua induſtria, ô Magne Cardinalis Turrecremata, à lupanaribus præſeruatas & præſeruari Virgines? An ergo Patres noſtros dixerim terrenos Angelos an Angelicos terrigenas neſcio; imo vtroſque dixero; aureola dignos triplici quam validiſsimi reportarunt; Virginitatis in clauſtro, doctoratus in pulpito, & Martyrij in Inquiſitionis prælio. cuius ſuccenſi deſiderio alij Martyres non actu, ſed affectu ſanctè obierunt in Domino; alij Martyri, gloriam reportarunt. Vnde noſter Ordo in eam euaſit magnitudinem, quam omnes vbi potiſsimum viget & floret, numquam ſatis pro dignitate & admirantur & laudant: cuius gloria nec vno volumine & quidem maximo vndique ardens & vbique comprehendi nequit, nedum delineari.

Sed Arma viri, ferte arma, vocans tot signa Ducum vos.

Tres è millibus selecti, nostræ & christianæ militiæ gnari Duces vos ad arma spiritualia conuocant. Vexilla erigit quaterna suæ signa heroicæ magnanimitatis Imperator noster & Pater optimus D. Dominicus: Primum non aquilas, sed Patriarcham fert: secuudum rosas expandit Rosarij hæreticos torrentis & Dæmones, salutaris catholici, sacræ magnæ matri filioq; peraccepti: tertium ostentat Palatium sacrum: quartum auro lucidum crucis nigrocandentis ebore nitescens, sub crucis Inquisitorialis protectione vobis robur addet, & animos contra hæreticam prauitatem dimicaturis. Alas tenent exercitus exercitati Tribuni: dextram D. Petrus ille Martyr insignis; & sinistram sanctæ memoriæ Pius V. Pont. Max & Inquisitor. Horum stipendijs Ducum, sub eorum disciplina & insignijs generosè militemus.

SANCTVS

SANCTVS DOMINICVS
ordinis Prædicatorij patriarcha.

Sanctiſsimus Pater Dominicus Ordinis Prædicatorum Dux & Parens, ex Nobiliſsima Guſmanorum Familia, vir ſpiritu Dei plenus, Theologiæ ac Scripturæ ſacræ ſtudiis excultus, in Palentina Academia Doctoratus, ac Magiſterij laurea inſignitus, in concionandi munere poſt Apoſtolos vix vlli ſecundus: quatuordecim ferè annorum ſpacio Europæ Regiones. Regna videlicet Hiſpaniarum, Galliarum, & Italiæ verbo Dei replens, pluſquam centum millia Albigenſium hæreticorum ad veram & Catholicam fidem adduxit. Ordinis ſui Confirmationem anno ſalutis 1216. *ab Honorio Tertio his verbis obtinuit:* Dilecto Filio Fratri Dominico Priori Sancti Romani de Toloſa, & Fratribus ſuis vitam regularem profeſſis, & profeſſuris, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Nos attendentes Fratres Ordinis tui futuros pugiles fidei, & vera mundi lumina, confirmamus ordinem tuum. *Veri certè pugiles, & vera mundi lumina, de quibus Ioannes* 22. *Pontifex dicere ſæpius ſolebat:* Hic Ordo Prædicatorum venit vt teſtimonium perhiberet veritatis.

SANCTVS DOMINICVS
Inſtitutor Archiconfratriæ Sacri Roſarij.

Sed ante Anno ſcilicet ſalutis 1213. *& decimo ſexto Pontificatus Innocentij* 3. *inſpirante Deo, Beatiſsimâ Deiparâ Virgine monente, quæ ſe illi quodam die ſeruentiſsimè oranti in manifeſta viſione conſpicuam exhibuit, & multo ſplendore gloriáque circumdatam: vnde ſanctus Pater maximo gaudio perfuſus, deuotionem Sanctiſsimi Roſarij tanto audientium ſtudio cœpit prædicare populis, vt quamplurimi relictis erroribus ad Catholicam fidem redierint, & innumerabiles qui peccatorum voraginibus immerſi hærebant, mira Dei benignitate reſipuerint, & ad præclaram virtutum frugem emerſerint Beatus itaque Dominicus hunc orandi modum inuenit & inſtituit, vti multi ſummi Pontifices aſſerunt. Leo X. in bulla quæ incipit* Paſtoris æterni qui vt humanum genus redimeret, *Romæ expedita pridie nonas Octobris anno* 1520. *Pius Quintus in diplomate, cuius initium eſt* Conſueuerunt, *Dato Romæ anno* 1569. *die* 17. *Septembris Pontificatus ſui anno* 4. *tenore ſequenti.* Beatus Dominicus Spiritu Sancto, vt piè creditur, afflatus, occaſione, qua Albigenſium hæreſis per partes Galliarum, & Italiæ miſerè graſſabatur, & tam multos excæcauerat ſæculares, vt in Domini Sacerdotes &

Clericos ſæuiſſime fureret; leuans in Cœlum oculos, & montem illum glorioſæ Virginis Mariæ Almæ Dei Genitricis reſpiciens, modum facilem, & omnibus peruium, ac admodum piũm orandi & precandi Deum, Roſarium ſeu Pſalterium eiuſdem Beatiſſimæ Virginis nuncupatum, quo eadem Beatiſſima Virgo ſalutatione Angelica centies & quinquagies ad numerum Dauidici pſalterij repetita, & Oratione Dominica ad quamlibet decimam cum certis meditationibus totam Dñi noſtri Ieſu Chriſti vitam demonſtrantibus interpoſita honoratur excogitauit; & excogitatum per Sanctæ Romanæ Eccleſiæ partes propagauit. *Gregorius III. in bulla incipiente* Monet Apoſtolus, *Romæ anno* 1373. *& Sixtus V. Romæ* 1586. *in bulla quæ incipit* Dum ineffabilia meritorum inſignia *Affirmant etiam cum veteres, tum recentiores graues Authores, quos eſſet longum recenſere, & ſuperfluum in re à ſummis probata Pontificibus.*

SANCTVS DOMINICVS

Magiſterij Sacri Palatij Author, & primus Magiſter.

ANNO autem Domini 1219. & tertio Pontificatus Honorij tertij. B. DOMINICVS Author fuit eidem Pontifici, vt officium Magiſterij Sacri Palatij

inſtituerét. Cum enim cerneret quotidie, occupatis cum Pontifice Cardinalibus, eorum Clericos & familiam in aula Pontificis in vanis deambulationibus ac nugis tempus conſumere, indoluit vehementer, & Pontificem conueniens, turpe eſſe, inquit, miniſtros illos omnem honeſtatem profeſſos indecora committere, ſacroſque illos parietes indigniſſimis ſcurrilitatibus contaminare, ſibi videri vtile fore, ſi dum Cardinales cum eo negotijs vniuerſalis Eccleſiæ attendunt, quiſpiam vir doctus aliqua loca ſacræ ſcripturæ publicè interpretaretur. Placuit maximè conſilium Honorio, & illi ipſi, qui conſuluerat, munus iniunxit.

Quapropter B. Dominicus quotidie D. Pauli Epiſtolas in numeroſiſsimo auditorum conſeſſu interpretari cœpit, magna Curiæ Romanæ & admiratione & vtilitate, adeóque vt Pontifici placuit & Eccleſiæ, vt deinceps inſtitutum ſit, vt ex Ordine Prædicatorum ad hoc munus aliquis vir eruditus eligeretur, qui Magiſter ſacri Palatij appellaretur. Et quia ſæpius in hoc noſtro tractatu Magiſtri Palatij mentio fiet, quædam hac de re ex authoribus addemus. Officium ergo iſtud eſt in præclara æſtimatione in Eccleſia, & habet prærogatiuas ſequentes, quarum.

Prima eſt Quod Magiſter Sacri Palatij commoratur in ipſo Palatio Apoſtolico, cum ſocijs & familia ſua, habetque ſtipendium à Pontificibus aſſignatum, quo alantur.

Secunda. In Capella Pontificia ſedet nonlongè à pedibus Pontificis; & præcedit cunctos Theologos & Magiſtros in loco, conſilio, & reſolutione.

Tertia. Abſque eiuſdem licentia nullus liber poteſt prælo mandari Romæ: nec abſque eius approbatione & reuiſione oratio aliqua, néue concio poteſt

coram Pontifice declamari.

Quarta. In omnibus congreſſibus & diſputationibus ſua definitio, reſolutio & ſententia præualet, & poſt eum nullus replicare poteſt.

Quinta & vltima. Quòd ſemper interuenit in Congregatione ſanctiſſimæ Inquiſitionis cum Pontifice & Cardinalibus.

Item gaudet cognomine Reuerendiſſimi & primum locum obtinet in Ordine Prædicatorum poſt Generalem Magiſtrum.

Hoc ſacrum & Apoſtolicum Officium tantùm per electionem, & nominationem Pontificis, & non per vota obtinetur: & illud hactenus egregiè moderati ſunt plusquam quinquaginta præclariſſimi viri è Prædicatoria familia ſemper aſſumpti.

Quorum primus, vt diximus, fuit Beatiſſimus Pater Dominicus, vti cum plurimis teſtatur frater Alphonſus Fernander in Concertatione Prædicatoria fol. 37. col. 1. & 2. num. 1. vſque ad 2. Sanctiſſimus etenim ille Pater Dominicus fuit doctiſſimus, qui Bononiæ etiam in Epiſtolas Canonicas, pſalterium, atque in Euangelium Matthæi; at ſeparatim in illa verba Matthæi. 8. Aſcendente Ieſu in nauiculam, ſcripſit. Vt idem teſtatur Fernandes in ſua concertatione. tit. Scriptores. fol. 345. litera D. *Pater Cornel. à Lapide prologo ad Pentateuch. in encomio S. Scripturæ. num. 56.* Sanctus Dominicus Sacræ Theologiæ Doctor crebrò tam vetus quàm nouum teſtamentum verſabat Romæ, & alibi plures eius libros propalam docuit, inde Magiſter primus Sacri Palatij creatus eſt, atque ab hoc tempore dignitas hæc S. Prædicatorum Ordini adhæſit. Hæc ille.

SANCTVS DOMINICVS

Officij Sanctæ Inquiſitionis Inſtitutor, & primus Inquiſitor.

Anctiſſimus Pater Dominicus fuit primus auctor S. Officij, & primus Inquiſitor in vniuerſa Republica Chriſtiana, nam aſſerit doctus Pegna Commentario 32. ad Directorium Inquiſitorum 3. parte, his verbis. Officium delegatæ Inquiſitionis, vt obiter hic illud dicam, exploratum eſt in Provincia Prouinciæ, ſiue in Gallia Narbonenſi primùm Beato Dominico fuiſſe commiſſum, ab eoque circa Annum Domini 1200 ſumpſiſſe prima exordia, temporibus Innocentij 3. Pont. Max. cum ante ſoli Epiſcopi iudicabant hæreticos: cur autem aliis ſit demandatum, vide Flauium Cherubinum ſcholio. 2. ad conſtitutionem 2. Pij Quinti Tom. 2. Compendij Bull. Ab Arnaldo Abbate Ordinis Ciſtertienſis, S. D. N. Papæ Innocentij 3. legato, deinde à Petro Cardinali eiuſdem Pontificis Legato, fuit Sanctus Dominicus Inquiſitor ſucceſſiuè inſtitutus, Quod conſtat per ſententias hic poſitas in gratiam antiquitatis tantum, quas idem Sanctus pater protulit. Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes literæ peruenerint, Frater Dominicus Oxomenſis Canonicus, Præ-

dicator minimus, ſalutem in Chriſto. Auctoritate Domini Abbatis Ciſtertienſis Apoſtolicæ Sedis Legati, qui hoc nobis iniunxit officium reconciliauimus præſentem latorem Pontium Rogerium ab hæreticorum ſecta, Deo largiente conuerſum, mandantes in virtute præſtiti ſacramenti, vt tribus Dominicis feſtiuis diebus ducatur à ſacerdote nudus in femoralibus, ab ingreſſu villæ vſque ad Eccleſiam verberando. Iniungimus etiam ei, vt à carnibus, Ouis, & caſeo ſeu ab omnibus quæ ſementinam trahunt carnis originem abſtineat omni tempore, excepta die Paſchæ, & die Pentecoſtes, & die Natalis Domini, in quibus ad abnegationem erroris priſtini præcipimus, vt eis vescatur. Tres quadrageſimas in anno faciat, à piſcibus abſtinens: tribus diebus in hebdomada ſemper à piſcibus & ab oleo, & vino abſtineat, & ieiunet: niſi corporis infirmitas, vel labores ætatis exegerint diſpenſationem. Religioſis veſtibus induatur tum in formatum etiam in colore, quibus indirecto vtriuſque papillæ ſingulæ Cruces paruulæ ſint aſſutæ: quotidie, ſi opportunum fuerit, miſſam audiat, & diebus feſtiuis ad veſperas in Eccleſiam pergat: alias horas tam nocturnas, quam etiam diurnas, vbicunque fuerit, Deo reddat, ſcilicet ſepties in die, decies Pater noſter dicat, media nocte vigeſies: caſtitatem obſeruet, & manè apud Cererim villam, chartam Capellano ſuo per ſingulos menſes oſtendat. Capellano etiam præcipimus, vt de vita eius diligentem curam habeat. Hæc omnia diligenter obſeruet, donec aliàs ſuper his Dominus legatus ſuam nobis exprimat vo-

luntatem: Quod si ea obseruare contempserit, tanquam hæreticum, & excommunicatum, & perinrum ipsum haberi præcipimus, & à fidelium consortio sequestrari. *Alia item eius sententia sic habet.* Vniuersis Christi fidelibus, ad quos literæ peruenerint, Frater Dominicus Oxomensis Canonicus Prædicationis humilis Minister, salutem, & sinceram in Domino charitatem. Discretio vestræ Vniuersitatis præsentium authoritate cognoscat, quòd nos Raimundo Gulielmo de Altaripa Pelaganicio licentiam concessimus, vt Guilelmum Vgotionem hæreticali quodam habitu, vt idem coram nobis asseruit, inuestitum secum in domum suam apud Tolosam teneat, more aliorum hominum conuersantem: quousque super hoc, nobis vel sibi expressius mandatum faciat Dominus Cardinalis, & quod sibi non cedat, videlicet Raymundo Guilelmo ad infamiam, seu damnum.

Has Literas Beati Dominici Patris nostri, qui primus fuit Inquisitor, eò lubentius hic inserui, quò vetustam in coercendis criminibus seueritatem, cum moderna sacri Tribunalis Inquisitionis benignitate omnes comparare possint. Et quia non tantum, ex ritibus, sed etiam ex habitu cognoscebantur hæretici, de quo in vltimis literis mentio fit, multa curiosa de hoc habitu hæretico videre potes in Directorij Inquisitorum tertia parte titulo de signis & indicijs exterioribus quibus diuersarum sectarum hæretici cognosci possint, & ibidem apud Franciscum Peguam Comment. 24. fol. mihi 471. Restat nunc aliquid de ipsius Sanctæ Inquisitoris constantia, zelo, & ardore dicere cum Ecclesia, quæ de illo canit.

Ardebat quasi facula
Pro zelo pereuntium. *Et iterum*
Mundum calcans sub pedibus
Manum misit ad fortia,
Nudus occurrens hostibus
Christi suffultus gratiâ
Pugnat verbo, miraculis,
Missis per orbem fratribus,
Crebros adiungens sedulis
Fletus orationibus.

Imò & multo clarius eius robur animi declarat eadem Sancta Ecclesia, dum legit ex eius vita. Tanto amore Martyrij Beatissimus Pater Dominicus deflagrabat vt cum aliquando apud Tolosates Albigensium hæreticorum insidias paratas diuina ope euasisset, ab illisque postea rogaretur, quidnam facturus erat si in eorum manus incidisset. Orassem, inquit, ne me subitis ac repentinis vulneribus velut vno ictu conficeretis: sed per singula membra concisum, erullis denique oculis, truncum corpus smeretis diutius in suo sanguine volutari, clarum illud Sancti Iacobi apud Persas interciti Martyrium imitari desiderans. Ejusmodi sanè vitæ exemplis, doctrinâ, ac miraculis tantùm apud hæreticos illos profecit, vt innumeros eorum ad veram Catholicam fidem, abiuratis hæresibus reduxerit. *Obyt vero vir quater maximus (rerum*

quatuor maximarum & verè sanctissimarum inuenter, in cœlis semper, & adhuc in sua familia Prædicatoria per Orbem Vniuersum viuens) anno salutis 1221. Octauo Idus Augusti, Bononiæ, vbi sanctum corpus in mausoleo marmoreo, ex politioribus magnificisque totius Italiæ fabricis requisit. De cuius sanctitate Gregorius nonus, qui eum sanctorum catalogo ascripsit, tale testimonium Cardinalibus perhibuisse fertur. Tantum de huius viri sanctitate dubito, quantùm de sanctitate Petri & Pauli Apostolorum.

SANCTVS PETRVS MARTYR INQVISITORVM PATRONVS.

SAnctus Petrus de Verona Ordinis Prædicatorum, Inquisitorum Princeps, & acer hæreticorum hostis, cum protinus ab ineunte ætate singularis probitatis & sanctitatis præbuisset specimen, relictis mundi huius fallacis insidiis, aduertens non esse tutum cum scorpionibus, hoc est

cum hæreticis habitaret (nam ex parentibus hæresi depravatis traxit originem) sacram Ordinis Prædicatorum Religionem professus est, in qua multa probitate & doctrina claruit spatio multorum annorum denique cum anno 1252. Sedis Apostolicæ auctoritate esset Inquisitor in partibus Mediolano subiectis: cumque eodem anno Mediolanum pergeret, relicta Ciuitate Como ad extirpandam hæreticam prauitatem, quidam de ipsorum hæreticorum credentibus prece illorum inductus & pretio, in itinere eum insidens multis impressis vulneribus crudeliter iugulauit. Memoriæ proditum est pridie eius diei quàm esset interfectus, sublatis ad cœlum oculis, fusis lachrymis gemebundum hanc inter à Domino postulasse, vt non sineret eum ex hac luce migrare, nisi sumpto pro Christo passionis Calice: cuius orationem exauditam fuisse apertissimè sequentis diei effectus demonstrauit. Quo interfecto perductum fuit sacrum illius corpus Mediolanum, sepultumque ad S. Eustorgium, vbi adeo claruit Miraculis, vt hæreticos non minus vicerit, ac strauerit occisus, quàm antea fecerit viuens. Cum itaque multis Miraculis clareret, Innocentius IV. cunctis ritè examinatis, ac obseruatis Sacro-sanctæ Ecclesiæ Romanæ ritibus, Petrum Martyrem nondum exacto post Martyrium anno primo, 8. Calend. Aprilis Perusii in Catalogum sanctorum retulit: extatque hodie huius Apotheosis, siue canonizationis authenticum rescriptum in lib. primi Ord. Prædicat. fol. 26. pag. 2. Innocentio autem IV. vita functo, Alexander Quartus ad Pontificiam Sedem electus protinus sui Pontificatus initio, Anno videlicet Domini 1254. Petrum etiam Martyrem egregio commendauit encomio, & canonizationem ab Innocentio celebratam confirmauit rescrip-

to incipiente: Magna magnalia de B. Petro Martyre. *Quod habetur.* in lib. priuil. Ord. Prædicat. fol. 33. Huius Sancti viri vitam scripsit Thomas Lentinus Patriarcha Hierosolymitanus, qui eodem tempore floruit, eam refert Laurentius Surius tomo 2. de probatis Sanctorum Historijs, die 29. Aprilis. Illud Memoria dignum est, (scribit Bernardinus Corius in historia Mediolanensi parte 2. Anno 1233.) nempe Fratrem Petrum Veronensem auctoritate Apostolica Inquisitorem, statuisse & ordinasse, vt inter cætera statuta Reipublicæ Mediolanensis, multa quoque ponerentur & obseruarentur contra hæreticam prauitatem, quæ breuitatis causa nunc omitto: refert autem ea præcitato loco Bernardinus Corius. Idem verò in eadem historia Mediolanensi parte 2. Anno Domini 1252. minutissimè prosequitur factionem credentium hæreticorum, qui ad occidendum Petrum Martyrem coniurarunt, vbi luculenter totum hunc tractatum ponit ob oculos, cum nominibus coniuratorum, patientia Martyris, & miraculis, & cæteris, quæ interitum eius antecesserunt, & subsecuta sunt. Postremò sciendum est, Romæ die 29. Aprilis, huius Beati Petri Martyris festum duplex, & de eo capellam solemnem in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Mineruam à Reuerendiss. Dominis Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, & alijs Sanctæ Inquisitionis Officialibus, singulis annis celebrari, ex instituto Pij Papæ Quinti Anno Domini 1569.

FRATER

MICHAEL GISLERIVS

SACRO-SANCTÆ INQVISITIONIS ASSERTOR

qui & postea Pius V. Pontifex Supremus.

ANno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono, sub Paulo Tertio. Frater Michael Gisserius Inquisitor Comensis in Lombardia, (qui postea ad Pontificale fastigium sublimatus, Pius Quintus appellatus est) opposuit se quibusdam erroribus, qui in Comensi diœcesi à Grisonibus quibusdam Lutheranis disseminabantur Barbasiæ præsertim, ac Valle-Chraneuæ; quos pagos barbaræ, ac feroces gentes incolunt. Hæc loca strenuus Christi miles aliquoties perlustrabat, quamuis magno vitæ discrimine; vt olfaceret hæreticorum conuenticula, & machinamenta. Grisones itaque illi cuidam Mercatori Comensis Vrbis miserant duodecim sarcinas codicum damnatorum, vt istis per diuersa loca distributis, vniuersam Italiam contaminarent. Quod vt Inquisitor cognouit, ad sequestrum sarci-

nus retineri iubet: mercator verò ad Vicarium Capituli, Cathedrali Sede vacante, recurrit, cuius authoritate, atque permissu, ex sequestro domum suam librorum falces exportat. Tunc Inquisitor Vicarium & Canonicos, in viam iuris requisiuit, quatenus ab aliena messe manum retraherent, & cùm ei non tantum non morem gererent, sed mortem minarentur eos nexu anathematis innodauit, simulque Illustrissimis Cardinalibus Romæ Inquisitoribus, rem omnem per literas insinuauit, qui causam illam ad suam Congregationem Inquisitionis euocarunt, eosque ad se venire iusserunt. Hæc vbi Comi audita sunt maxima seditio contra fratrem Michaelem Inquisitorem orta est, cui cum grauiores iniuriæ inferrentur, illas tamen pro gloria Christi, & fidei Catholicæ defensione summopere gaudens perpetiebatur. Itaque contigit quadam die puerorum examen, inter quos procaciores erant totius Vrbis adolescentes, qui post atroces iniurias lapidibus Inquisitorem ad mortem impetunt. Tunc ille in domum Bernardi Odescalci Comensis Equitis Sancti Officij familiaris receptus vix periculum euasit. Canonici verò Gubernatori Mediolanensis territorij plura de Fratre Michaele Inquisitore detulere, asserentes eum perturbare illius Reipublicæ pacem, Ciuitatemque sua nimia austeritate, & rigore commotam: quapropter Gubernator Mediolanensis inhibitionis schedulam expediuit, qua causam illam sub grauioribus pœnis euocabat. His tamen Inquisitor minitationibus spretis maiori animi cõtentione Dei negotium procurabat, quamobrem Gubernator eum Mediolanum

vocauit in ius vt ad diem craſtinum compareret. Hic de Inquiſitore actum eſſe Canonici exiſtimarunt. Nam cum ille pro regulæ Prædicatoriæ obſeruantia pedibus iter faceret, & intra breuiſſimum tempus Mediolanum peruenire deberet, non alio itinere tranſiturum credebant quam breuiori, quod Barlatiuæ eſt (quo in loco trecentis ferè antea annis Sanctus Petrus, Inquiſitor etiam Comenſis ab hæreticis interemptus Martyrij palmam eſt aſſecutus) ibi inſidias illi præpararunt, vt prætereuntem quidem perditi homines aggrederentur. Cæterum Frater Michael Inquiſitor, quem Deus Opt. Max. ad majora Catholicæ Religionis incrementa præſeruabat, per aliam viam licet longiorem tantùm contendit, vt diluculo, quod incredibile videbatur, ante termini complementum, gubernatoris ſe præſentiæ ſiſteret, Ab illo inhumaniter tractatus eſt: nam Inquiſitore aſſãte, & inaudito pluribus expeditis cauſis, prætorio indignabundus exceſſit, ac nuncium ei miſit, qui indignationem gubernatoris indicaret, & vincula minaretur. Sed cum ille prædictorum Canonicorum proteruiam in hæreticis libris defenſandis, non poſſet ſuſtinere, ac Dei gloriam, & Catholicæ fidei cauſam zelaret; pedibus Mediolano egreſſus magnis incommodis rigentis frigoris, & alijs ſuperatis Romam profectus, in vigilia Natalis Domini almam Vrbem ingreſſus eſt. Ibi tanto animi ardore Illuſtriſſimis Cardinalibus Sanctæ Inquiſitionis primoribus, rem omnem expoſuit vt (non obſtantibus eius ampliſſimi Ordinis nonnullis, qui Canonicorum partes agebant) diſcuſsâ cauſâ victoriam reportaue-

rit, maximamque apud omnes Religionis æstimationem ex flagranti fidei zelo acquisierit. Cui cum diceretur à quodam non impudenter ab eo actum fore, si cum illo capitulo ob reuerentiam, & obseruantiam leuius egisset, hanc fertur protuliſſe ſententiam. Inquisitor, qui in sancti officij negotijs rem pensat ex personarum qualitate, ei muneri impar est. Is item in Grisonum prouincia Euorianâ Ecclesiâ pastore viduata, cum duo ad eam electi essent, quorum alter votis maior Catholico suspectus de hæresi diceretur, cum à Cardinalibus Congregationis Inquisitoribus ad illam regionem Grisonum mitteretur veritatis inuestigandæ ergò, rogatus est, habitum vt mutaret quoniam hęretici illi Prædicatoriæ familiæ essent inimicissimi (vt omnibus hæreticis mos est). At ipse: non mutabo, inquit, eum, imò maximum æstimabo beneficium, si cum hac veste pro fide Catholica mori mihi condonetur. Mirabilis extitit eius legationis successus; Grisones namque, licet Impij, viri sanctitatem, ac conuersationem eius venerati, Inquisitionem Canonici hæretici perficere, illumque deponere, ac condemnare permiserunt. Anno verò 1550. cum ex Inquisitore Comensi designaretur frater Michael Gislerius, Bergomensis Inquisitor Gregorium Melolacum, Bergomi virum nobilem & prædiuitem de hæresi suspectum contra nitentibus cognatis, & ferè cunctis primoribus illius Vrbis ad carceres sanctæ Inquisitionis perduxit, & sub noctem violenter vinculis absolutum, ab amicis recuperauit iterum, & liberatores abiurare compulit. Sanè hoc facto, & alijs plurimis nomen Inquisitoris

ſitoris Fratris Michaëlis Giſlerij in dies augebatur: vnde Romæ, apud ſupremam Inquiſitionis Congregationem Cardinalium commiſſa eſt ei cauſa Victoris Soranzi Patricij Veneti, Epiſcopi Bergomenſis vehementer de hæreſi ſuſpecti. Negotium magni ponderis, nimis difficile, ac periculoſum propter Epiſcopi gratiam, & authoritatem, quibus plurimum in ea Ciuitate valebat. Itaque ſtrenue teſtes recepit proceſſum confecit, ac viriliter munus executus eſt. Sed cum à communibus inimicis, in id omne intenderetur, vt inquiſitorem cum fulminato proceſſu dolerent, ſpeciali Dei tutela à concitatiſſima hominum armatorum manu liberatus eſt. Tandem Epiſcopus fuit Epiſcopatu priuatus, quem deinde apertè conſtitit hæreticum eſſe, diœceſimque ſuam virulento hæreſis morbo contaminare intendiſſe. Hæc omnia teſtatur Alphonſ. Fernandes in concertatione prædicatoria pag. 267. & ſequentibus, ex Hieronymo Catena, & alijs, quos ipſe citat ibidem. Quod ſi adhuc maius monumentum requiritur, quo valeat luculentius zelus hujus Inquiſitoris ſtrenui comprobari, ſuppeditabit & illud frater Ludouicus de Ariminio Ordinis Prædicatorū Sacræ Theologiæ Magiſter, & ſeptimus inter ſexaginta quinque teſtes examinatos in proceſſu ſuper Sanctitate huius Beatiſſimi Inquiſitoris & Pontificis confecto, qui ſic ibi deponit,

Clementiſſimus & humillimus omnibus in negotijs erat; ſed cum agebatur

de rebus hæreticæ prauitatis, & de non obſeruanda re aliqua ſacri Concilij Tridentini, vel de violanda Eccleſiaſtica iuriſdictione, tum dicunt, mutabatur ex agno in Leonem ferocem. *Sed omnia ſuperat authoritate teſtimonia, illud epitaphium, quod Pio V. beatæ recordationis poſuit, Sixtus V. & ſarcophago inſigni extructo, illi inſcripſit, quod ſic habet.*

PIVS QVINTVS, GENTE GISLERIA BOSCRI IN LIGVRIA NATVS, THEOLOGVS EXIMIVS: A PAVLO TERTIO IN INSVBRIA HÆRETICÆ PRAVITATIS INQVISITOR, A IVLIO TERTIO SANCTÆ INQVISITIONIS OFFICII COMMISSARIVS GENERALIS, A PAVLO QVARTO EPISCOPVS SVTRINVS, DEINDE S. R. E. TITVLO SANCTÆ MARIÆ SVPER MINERVAM PRESBYTER CARDINALIS, ET A PIO QVARTO ECCLESIÆ MONTIS REGALIS IN SVBALPINIS ADMINISTRATOR FACTVS; ET VITA FVNCTO SVMMO CARDINALIVM CONSENSV PONTIFEX MAXIMVS CREATVS; QVI VETERES SANCTOS PONTIFICES ÆMVLATVS, CATHOLICAM FIDEM PROPAGAVIT: ECCLESIASTICAM DISCIPLINAM RESTITVIT, TANDEM GESTARVM RERVM GLORIA CLARVS, DVM MAIORA MOLIRETVR, TOTIVS CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ DAMNO NOBIS ERIPITVR. KALENDAS MAII 1572. PONT. ANNO 7. ÆTAT. SVÆ LXVIII.

Fiant in nobis duplices horum Parentum noſtrorum ſpiritus; viam illam virtutis, quam ipſi recto pede inceſſere nos quoque eorum veſtigiis inſiſtendo ſumma alacritate teramus. Alioquin.

Et genus, & prauos, & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra voco.

REVERENDO
ADMODVM P. F.
IOANNI DES LOIX
Aſylo ſuo tutiſſimo Anagrammatiſmata.

DVm tu tumultus Bellonæ audiſti trucis,
LEO paruiſti NOXII SEDANS: Duci
Buccoio amicis conſilijs præſtans opem
Ipſumque SOLI fortiter ANNEXIS DEO,
Eſurienti prouidus Moſes plebi
Dapes parabat, ſed prius tripoda ſacrum
De monte fatum precibus implorans ſuis:

Dei ſuprema LEX volas SINAI SONO,
Dum te fauente, pondere virtutum grauis
Ordo tuarum, Regiam ſentit ſibi.
Curiam fauentem, monte de cujus fluit
Gratia perennis, ſors tibi melior datur:
Iam iam quieto, ô SENEX IN SOLIDA hæc
Te ætas vocauit, munere plus functus tuo
Viréſque ſuperans ſenis, hoc ſpeculum exhibes
Non intricatam detegens nobis viam.

Fr. Claud. Huot, Prior Biſun. Conuent. Prædica.

EIDEM ANAGRAMMA.

IOANNES DES LOIX.
I.O NOX SINAS SOLE DEI.

NOxia nox tenebras dederat, quas Sequanus ignis
Decuſſata procul pellere cruxue nequit
Ignis in obſcuro volitat: crux eripit hoſti
Vim, non errores Sequana pragmaticos.
Sequanicas heros tenebras Burgundice pellis,
Inquiſitorum de cruce, ſole micans.
Sol ſtellis ſtipate venis, crux aurea. nunc I,
O NOX cęca SINAS lucida SOLE DEI.

Fr. Pet. Alex. Ratelier eiuſdem Conuent. Doct. Theol. Prior Conuent. Camberiacenſis.

ALIVD

EIDEM SVO RELIGIOsitatis ſpeculo.

IOANNES DES LOIX.
SION NOXIA DELES.

SAcra Sion Domini. habuit penetralia; ſarta
Te tutore Pater clauſtra Rupertus habet.
Sancta Sion Domini eſt ſpeculatio: teſqua Sioni,
Templa ſcholáſque locans nónne quaterna facis?
Audijt hæc oracla Dei, tu faris & illa
Amos terdenos Chare Propheta viris.
Ipſe SION habitare Deo, hic nùm NOXIA DELES,
Dum ſacro eloqueris tripode Pontificum?

Fr. Ludouicus Dugourd, eiuſdem Conuent. Procurator Fiſcalis S. Officij.

EIDEM REVERENDO admodum Patri, obſeruandiſsimo.

REpullulantis ſeptuplex hydræ caput
Contriuit Alcides capiti ad mota face.
Meliora ſenſus munera expoſcunt tui
Alcide fortior! hæreſeos per te cadet
Auulſa radix, ergo nobilibus tibi.
Reſtat trophæum, quo periculoſior
Hic pugna viſa eſt nulla reſpondet tuo.
Merces labori labilis; Chriſtum cape.

Philippus Tinſeau, Doctor Canon. Preſbyter
Curatus Orchamp-Vannenſis.

EIDEM REFVGIO SVO paratiſsimo Anagramma.

IOANNES DES LOIX.
SE DONANS EXILIO.

CVnctos terra ferax natalis amenáque captas
Si gens grata placens, peruiáque aula foret.

Quid facit EXILIO hic, SE DONANS, grande! Senex
hic
In patriam veniens nos agit in patriam.

Iacobus Babez Presb. Curat.

EIDEM,
FIDEI IVDICI AEQVISSIMO.

Ode tricolos tristrophos fidelitatis monumentum.

NOn ventilantes sæpe nugacibus
Armis, trophæum nobile deferunt,
Sed gloriosè prælientes,
Hi patriam repetunt ouando.
Non ense picto, nec rude militans
Intras palæstram; Canonibus sacris
Et lege diues dextra, Auerni
Impauidè feriet cohortem.
Pelletur hostis, bicolor emicat
Crux sancta tunctis hæreticis pauor.
Pulso metu sacris potire
Imperijs, dominatus orco.

I. P. Beaul. Notarius S. Offic.

EIDEM
FIDI ANIMI
SIGILLVM ANAGRAMMA

IOANNES DES LOIX,
IO LEX ANN' DIESSO.

Lex eſt lux nec lex niſi lucem viderit: ANN' hic,
IO LEX ſpeculo ſcripta DIESSO ſatis?

Franc. Contet. Secretar. s. Officij.

ELENCHVS AVTHORVM EX QVORVM DOCTRINA hoc opus compilatum eſt.

fr. Abraham Bzouius. ordinis Prędicat.
fr. Alphonſus Fernandez. ord. Præd.
Alphonſus â Caſtro. ord. Minorum.
Angelus.
Angela Fulginas.
Annales Eccleſiaſtici.
S. Antonius. ord. Præd.
Antonius Fernandes Bracharenſis.
Antonio Auárado. ord. S. Benedicti.
Archidiaconus.
Ariſtoteles.
Arnaldus Albertinus.
S. Auguſtinus.
S. Bernardus.
fr. Bernardus Comenſis. ord. Prædic.

Biblia ſacra.
Breuiarum ord. prædic.
Bullæ Pontificum.
fr. Camillus Campegius ord. præd.
Cardinales interpretes Concilij Trident.
S. Clemens Papa.
Concilia.
Biterrenſe.
Nvrbonenſe.
Paleſtinum
Tarraconenſé
Toloſanum
Tridentinum
Conſtitutiones. ord. prædicat.
P. Cornelius â Lapide Societat. Ieſu.
S. Cyprianus
fr. Diego de Arze de la orden de S. Frãciſ.
S. Dionyſius
fr. Dominicus Bannes ord. prædic.
P. Emanuel Saa Societ.
Euſebius Pamphili.
Edictum Cardinalium

Flauias Cherubinus Canonicus
Franciſcus Pegnæ decanus Rotæ.
Franciſcus Syluius Theol. Profeſſor Duacenus
s. Gregorius Magnus.
P. Gregorius Maſtrillius ſociet. Ieſu.
Gondiſaluus.
Guido Fulcodius.
Henricus de Grochen Prof. Colonienſis.
s. Hieronymus.
Hoſtienſis.
fr. Hugo à S. Theod. Card. ord. Præd.
fr. Iacobus Sprengerus ord. prædicat.
Iacobus de Graffijs.
fr. Iaime Rebulloſa de la orden de los præd.
s. Ignatius Martyr.
s. Ioannes Damaſcenus.
s. Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis.
Ioannes Aloyſius Riccius.
Ioannes Iacobus Chiffletius Patricius Conſularis & Archiater Veſontinus.

P. Ioannes AZorius ſociet. Ieſu.
Ioannes Toletus card. ſociet. Ieſu.
Ioannes Andreas
fr. Ioannes Nider ord. præd.
Ioannes Rojas.
s. Iræneus.
Ius canonicum.
Laërtius Cherubinus.
Leges Imperatorum.
s. Leo Papa.
Lucius Enneus Seneca.
Martinus ab AZpilcueta Nauarrus.
P. Martinus Becanus ſociet. Ieſu.
P. Martinus Delrio ſociet. Ieſu.
Martinus Bonacina.
Marcus Tullius Cicero.
Nicolaus Tudeſcus Abbas Panormitanus.
fr. Nicolaus Eymericus ord. prædicat.
Origenes
s. Petrus Chryſologus.
Petrus Binsfeldius Epiſcopus.
Petrus Mamoris Lemonicenſis.

Plato. Plutarchus.
Prosper Farinacius.
Prosper Rosetus ordinis seruorum.
s. Raymmundus ord. præd.
Regulæ ad indicem librorũ prohibitorum.
Simancas.
fr. Sixtus Senensis ord. prędic.
Sophronius.
Statuta Synodalia Ecclesiæ Bisuntinæ
fr. Sylvester Prieras ord. prędicat.
Tertulianus
Titus Liuius
s. Thomas Aquinas ord. præd.
fr. Thomas de Vio Card. ord. prædicat.
P. Thómas Sanchez societ. Iesu.
s. Vincentius Ferrerius ordinis prędicat.
Vgolinus
fr. Vmbertus Locatus ord. prædicat.
Valerius Maximus
Zanchinus Iurisperitus.

Et sexcenti alij à relatis citati in hoc opusculo allegantur.

AD LECTOREM.

CAndide Lector ſpeculum damus, in quo relucet quis ſit Inquiſitor & eius inſtitutor, eius apparet poteſtas & iuriſdictio; quod illius Tribunal repræſentatur; perſonæ & crimina, contra quæ valeat procedere reuelantur. Tu ne ſimplici oculo illud inſpice; ne turpiori nota eo fias dignior, qua maiorem maculam huic ſpeculo inuſſeris, inſpectione faciendo contra ea, quorum eſt imago, quam antea feciſſes ex ignorantiâ. Puro ergo nec maligno oculo illud inſpice, & reflecte animum ad ea exequenda, quę ipſum ad te facienda reuerberat. Eius lucem ne ſubterfugias, niſi velis in priſtina caligine deuiare, & contra ſanctæ Inquiſitionis delegatam auctoritatem, imo contra Pontificiam iuriſdictionem tuo poſtea dolore delinquere. Et quia in ſpeculo tria ſunt, patens ſuperficies, polita læuitas, & reuerberans ſoliditas: ideo primus

& ſuperficialis intuitus noſtri ſpeculi exhibebet diſputationem Domini Franciſci Pegnæ Iuris vtriuſque & Theologiæ Doctoris celeberrimi & Rotæ Decani de valore & robore extrauagantium : noſtri ſpeculi læuitas ſi non ita polita ſaltem non ita tenebroſa apparet in explicatione per textus digeſta literarum inſtitutionis Inquiſitorum profunda eius ſoliditas eſt ius ipſum , quod appoſuimus ad textum noſtrum vltimum : quod quidem dat Inquiſitioni ſplendorem, ſicut lux fontalis : bullæ verò Pontificum ſplendorem illum explicant , ſicut radius minus lucidus , qui id detegit , quod lucidior plerumque nequit , & ideo multas ſummorum Pontificum interſeruimus extrauagantes. Hęc ſpeculare candidè & fer in oculis. Vale & fruere.

FRANCISCI PEGNÆ SACRÆ THEOLOGIÆ, IVRIS VTRIVSQVE, ET LIBERALIVM ARTIVM DOCTORIS.

DISPVTATIO DE AVCTORITATE SEV robore, probatione, & vtilitate Extrauagantium seu Literarum Apostolicarum, pro Officio sanctissimæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem.

PRIMA PARS DISPVTATIONIS, de fide & antiquitate Extrauagantium.

AB exordio nascentis Ecclesiæ protinus Pastores vigilare cœperunt aduersus pseudodiscipulos, qui non intrantes in Dominicum ouile per ostium, aliunde conscendere, & vineam Domini Sabaoth, Catholicam videlicet Ecclesiam dilectam Christi sponsam, quasi vulpeculæ fraudulenter demoliri conabantur: quorum vigilum pastorum exemplo laudabili cæteri deinceps continua temporum serie Romani Pontifices, ardore Christianæ fidei & religionis accensi, se murum pro domo Domini aduersus hostes Catholicæ Ecclesiæ opponentes, sedula diligentia, quotiens occasio postulabat, & concilia, Prælatorum numerosa coacta multitudine, celebrarunt, & leges multa

æquitate & iuſtitia munitas contra hæreticos condiderunt, & alias à Principibus ſæcularibus conditas ſua auctoritate roborarunt.

1. Ex his quædam labentibus annis Pontificia auctoritate in certa volumina, certóſque titulos optimo artificio & accurata methodo ſunt relatæ, quæ nunc in Decretalibus, Sexto, & Clementinis, ſub titulis de hæreticis referuntur, aliæ pleræque, vel quia à collectoribus viſæ non ſunt, vel quia longo tempore poſt eas collectiones ſunt conditæ, extra eos iuris receptos titulos & libros diſperſæ remanſerunt: quas ea fortaſſis de cauſa Extrauagantes noſtri iuris interpretes appellarunt; de quarum auctoritate & robore nunc eſt agendum, vt intelligatur quanta ſit eis habenda fides: quo modo probetur earum auctoritas: & quanta ſit earundem vtilitas.

2. Ac primùm hîc nobis præfandum eſt, non eſſe nunc nobis diſſerendum in vniuerſum de auctoritate & robore quarumlibet extrauagantium de alijs rebus ab hæreſi tractantium: nam hunc articulum longè latéque diſputant noſtri in c. 1. de conſtit. lib. 6. Panormitanus, & alij in c. paſtoralis, de fide inſtru. idem Panor. & Ioan. And. in c. 1. de ſent. & re iud. Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iud. Bald. in l. 2. c. quando prouo. non eſt neceſſe. Zabarella conſil. 40. incipien. prædictæ conſtitutionis. Geminianus conſil. 78. *incipien. Formantur iſta* ſecunda dubia, Philippus Probus *in pragmatica ſanctione, cap.* Et quia §. ipſas omnes. verbo, extrauagantes. & *verbo, regulas.* Mantua conſil. 1. Gozadinus conſil. 16. Ludouicus Gomes in proœmio regularum cancella. q. 2. Quintillianus Mandoſius in 5. q. 9. reg. cancella nu 2. &

in 1. q. 28. reg. nu. 3. & ſeq. & in 3. qu. *eiuſdem regulæ* 28. *& alij, quos in ſequentibus adducam.*

3. Sed hoc loco de auctoritate & viribus earum extrauagantium præcipuè diſſero, quæ contra hæreticam prauitatem conditæ ſunt, in poſterúmve condentur: nam in alijs maior fortè eſt dubitatio, in his vero facilior quæſtionis ſolutio, cum habeamus aperta Pontificia reſponſa hanc litem dirimentia, docentiáque omnes conſtitutiones contra hæreticam prauitatem editas in ſuo robore permanere: nam in c. vlti. §. vlti. de hæret. lib. 6. ita ſcriptum eſt: *Conſtitutiones verò, ordinationes & mandata alia prædeceſſorum noſtrorum in negotio hæreticæ prauitatis facta, conceſſa, ſeu etiam ad conſulta, reſponſa, qua conſtitutionibus ſupraſcriptis ſuper eadem editis prauitate non obuient, in ſuo volumus robore permanere.* hactenus Bonifacius viij.

Idem ipſum paucis poſt annis confirmauit Clemens V. in Concilio Viennenſi, refertúrque in Clemen. 1. de hæretic. §. vltim. his verbis *Alia ſanè, quæ circa præmiſſum Inquiſitionis officium à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta (quatenus præſenti decreto non obuiant) ſacri approbatione concilij roborata in ſua volumus firmitate manere.* Hæc ibi. atque hoc ipſum vbique obſeruãt noſtri, præſertim illi, qui contra hæreticos tractatus ſcripſere. Eymericus 3. *parte quæſt.* 84. & *quæſt.* 131. Zanchinus tract. *de hæret. in proœmio, num.* 1. & *cap.* 6. *num.* 7. Repertorium Inquiſitorum, verbo, *extrauagantes.* Petrus Godofredus in l. *Ariani. verſ. cunctis quoque. C. de hæretic.* notant Geminianus & alij in dicto *cap. vltim. in fine. de hæret. lib.* 6.

4. Sed neque ſolæ Pontificiæ leges hæreticam prauitatem coercentes, licet extra iuris titulos ferantur,

ges à se conditas aduersus hæret. vim legum inuiolabilium habere voluerunt, sed quascunque etiam alias ab alijs principibus editas, firmas & validas manere iusserunt his verbis: *Cunctis quoque legibus, quæ contra eos* (scilicet hæreticos) *ceteresque, quæ nostræ fidei refragantur, olim diuersis temporibus latæ sunt, semper viridi obseruantia valituris, &c.* & paucis interpositis *illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quæ de militia, pœnisque variis deque diuersis sunt hæreticis promulgata, vt nec speciale quidem beneficium aduersus leges valeat impetratum.* Hæc ibi.

6. Ex his apertissimè docemur generaliter legem quantumcúmque diu factam non aboleri desuetudine, vt grauiter docuit Iason in l. de quibus notabili 6. ff. de legibus & senatusconsul. & Marchæus Afflictus in repetitione sanctionis de iure prohomiscos. §. 6. notab. 1. num. 2. & Angelus Aretinus in §. *igitur. in proœmio Institutio. num.* 2. quod tametsi generaliter in omnibus legibus obtineat, illis obseruatis distinctionibus, quas retulit præcitato loco Afflictus: in his verò, quæ contra hæreticam prauitatem latæ sunt, maximè obseruatur, nulla enim præscriptio, nullum temporis quamuis longissimi spatium, aut tollere radicitùs, aut immutare potest; nisi nominatim & expressè aliæ ferantur leges, quæ illas reuocent, aut immutent leges enim huiusmodi semper viuunt. cap. contra. 2. quæst. 1. semper item loquuntur vt notant Bar. Butrig. & Saly. in Ariani C. de hæret. & idem Saly. in Authent. cassa. q. 3. de sacro. Eccles. & Ioan. Imo in l. 3. §. si rem. ff. pro emptore. & olim maximus Plato de legibus loquens dialogo. 9, dixit, legem ipsam, quæ aliquid interdicit, id pro vniuersa ciuitate semper interdicere, & interdicturã esse.

Dixi autem, desuetudine non tolli leges, quoniam etiamsi per mille annos allegatæ non sint in iudicijs, præsertim cum ab initio fuerint receptæ, non propterea abibunt in desuetudinem, vt grauiter & verè differit Iacobus de Beluiso in Authent. de hæredibus & Falcidia, *post principium* & Cynus in l. rem non nouam. C. de iudicijs.

An autem & quando per contrariam consuetudinem leges tollantur, non est præsentis instituti nunc docere.

7 Quòd verò ait Bonifacius octauus in dicto c. vlt. de hæret. & Clemens v. in dicta Clemen. 1. §. vltim. de hæret. tunc scilicet extrauagantes esse admittendas, quando decretis contentis in titulis de hæreticis non obuiant, eò pertinet, vt intelligamus veteres omnes leges in hæreticos latas confirmari, dummodò manifestè & expressè eis decretis non contradicant: quoniam si contradixerint, solùm in ea parte in qua contradicunt, emendatæ sunt; in cæteris vero validę semper remanent. Res fiet vno exemplo illustris, nam in similibus idem erit iudicium: Iure veteri solus Episcopus, item solus Inquisitor per se poterat hęreseos reos duro carceri mancipare, torquere, & sententiam condemnatoriam in eos pronuntiare, vt optimè scripsit Eymericus. 3. *par. quæst.* 48. vbi dixi copiosè, hodie tamen id obuiat dispositioni Clementinæ primæ §. propter quod vers. duro tamen de hæret. & ideo in ea parte tantùm lex antiqua est sublata omnino, in cæteris viridem obtinet obseruantiam.

Iam illud amplius colligitur, ad hoc vt extrauagãtes, & quælibet aliæ leges contra hæreticos editæ per clausulam prædictam tollantur, oportere vt expressè

conſtitutionibus poſitis in titulis de hæreticis obuiēt id eſt, vt manifeſtè, & expreſſè eis contradicant, atque è diametro cum eis pugnent: id enim ſignificat verbum, obuiandi, in præcitatis reſponſis poſitum, vt docent humaniorum litterarum profeſſores, quos in re aperta conſultò omitto.

Ergo ſi per conſtitutiones extrauagantes, aut quaſuis alias leges Eccleſiaſticas aliquid caueatur, quod à iure communi non ſit prouiſum, aut non plenè deciſum, dummodò expreſſè cum eo non pugnet, ſiue id pœnas in hæreticos & eorum complices augeat, ſiue modum inquirendi, interrogandi, euocandi, compellendi, torquendi, publicandi, aut quid ſimile præſcribat, id profectò obſeruandum erit, quod apertiſſimè probant prędcitatorum reſcriptorum verba.

De generalium autem Inquiſitionum ſtatutis, ſeu inſtitutionibus, quæ multa interdum cauere ſolent, aut omiſſa penitus à iure communi, aut parum explicata, hoc ſentio, quòd ſi vel faciliorem prędſcribant modum procedendi in cauſis fidei, vel pœnas in hæreticos augeant rationabiles, inſpecta locorum & perſonarum qualitate, vel denique quacunque alia ratione ea iubeant, quæ in augmentum fidei ſine cuiuſquam præiudicio tendunt, procul dubio obſeruanda ſunt: euidens enim ratio hoc ſuadet, quoniam leges iam lætæ ſiue in hac cauſa, ſiue in alijs, non poſſunt plenè omnes caſus ſiue articulos occurrentes decidere. l. neque leges. ff. de legibus & ſenatuſcon. fit ergo, vt id quod ad commodiorem cauſarum tractationem ſtatuitur, vbi & iuſtum eſt, & iuri ſcripto non repugnat, debeat obſeruari.

8 Præterea quæ de extrauagantibus diximus obti-

nere etiam putamus in concilijs prouincialibus auctoritate Apoſtolica, ſeu auctoritate delegatorum Sedis Apoſtolicæ contra hæreticos editis, qualia ſunt Toloſanum, Biterrenſe, Narbonenſe, & ſi quæ ſunt ſimilia, quæ à nobis nuper in Bibliotheca Vaticana in peruetuſto codice (quem nobis Illuſtriſſimus Cardinalis Guilielmus Sirletus vir omni eruditionis genere clarus, & Chriſtiana pietate inſignis, humaniter exhiberi ob publicam vtilitatem iuſſit) reperta proxime cum noſtris commentarijs in lucem dabuntur, huiuſmodi enim concilia, auctoritate delegatorum ſedis Apoſtolicæ condita vim legis habēt in hoc crimine, & penitus obſeruanda ſunt; ita non obſcurè colligitur ex prædictis, ſed nominatim id cauit Vrbanus IV. in reſcripto incipiente: *Præcunctis* §. *& obſeruari.* relato ab Eymerico parte 2. vbi ita ſcriptum eſt; *Et obſeruari omnia ſtatuta, tam per Sedem Apoſtolicam, quàm in concilijs legatorum eiuſdem Sedis prouidè edita, quæ negotium Catholicæ fidei tangere dignoſcuntur, ſicut promotioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum.* Hęc ibi.

Nec te moueat in quibuſdam codicibus hanc periodum paulò aliter contineri ita: *quam in concilijs eiuſdem Sedis*, quę verba ſolis Summorum Pontificum ſtatutis, non delegatorum eius, robur tribuere videntur; quoniam in multis exemplaribus etiam peruetuſtis, lectionem quam paulò antea retuli, frequentius inueniri ſcio, & eam agnouit Eymericus 3. *parte quæſt.* 72. cùm eam lectionem prudenter etiam reſcripti partem ad hoc inſtitutum, de quo nunc agimus citaret.

9. De inſtructionibus verò, ſeu priuatis aliquarum

Inquiſitionum conſtitutionibus, veluti de inſtructionibus Inquiſitionum Hiſpaniæ à multis vidi ſæpe dubitari, quantam vim habeant, quod eſt hic à nobis obiter etiam declarandum.

Ac primum hoc eſt exploratiſſimum, eas inſtructiones in eis tantùm regnis vim habere, obſeruandáſque eſſe ibidem ab inferioribus Inquiſitoribus: extra Hiſpaniam verò in terris, quæ generalis Inquiſitoris Hiſpaniæ iuriſdictioni non ſubduntur, nullam penitus obtinent firmitatem: quoniam iudices inferiores etſi poteſtatem habeant condendi leges, at vbi eas condiderint vniuerſales non ſunt, neque extra ſuum territorium earum virtus egreditur. cap. 2. de conſtit. lib. 6. l. vltim. ff. de iuriſd. om. iud. tales ſunt Epiſcoporum & Inquiſitorum leges, quas in ſuis condunt tetritorijs.

Inquiſitoribus verò aliarum Prouinciarum, tunc iuxta diſpoſitionem inſtructionum alterius Inquiſitionis procedere ſecurè licebit, quando à iure communi non diſcrepant, aut rationi conſentaneæ ſunt, & in illis locis oportunæ, conſideratis locorum, perſonarum, negotiorúmque circunſtantijs.

Sunt autem, vt ingenuè fatear quod ſentio, vtiles Hiſpanicæ inſtructiones, rationi conſentaneæ & eruditæ, nempe quæ à multis & ſapientiſſimis viris, matura deliberatione varijs temporibus ſint conditæ: docéntque ſingulariter, quicquid in primis ad praxim attinet, & propterea Inquiſitorum muneri & officio ſunt valde accõmodatæ. Ego ita cẽſeo quicunq; fidei iudices iuxta præſcriptum ordinem methodum earum inſtructionum proceſſerint, aut iudicauerint,

ſiue abſoluendo, ſiue cõdemnando, ſiue ſalutares penitentias imponendo, non errabunt, imò quidem rectè ſuo munere fungentur, ſed prudentia & iudicio opus eſt.

In his inſtructionibus, ſi quid caueatur quod iuri communi contradicat expreſſè, ipſo iure id inualidum eſt, vt præcitata reſcripta oſtendent in cap. vlt. §. vl. de hæret. libr. ſexto. & in Clement. 1. §. vltim. de hæret. ceterùm ſi generalis Hiſpaniæ Inquiſitor, aut quiuis alius à ſede Apoſtolica obtinuerit, vt intra ſuam iuriſdictionem poſſit condere inſtructiones etiam iuri communi contrarias, quæ ad extirpationem prauitatis hæreticæ pertineant; ſanè tunc illis erit in eis regnis obtemperandum, exempla multa occurrunt, ſed facilè omitto: nam docendi ratio abſque eis intelligi poteſt, de cæteris aliarum Inquiſitionum inſtructionibus, ſeu ſanctionibus idem eſt iudicandũ.

10. Iam quæ hactenus de inſtructionibus, ſeu ſanctionibus priuatarum Inquiſitionum diximus, eadem quoque de conſuetudine cuiuſlibet Inquiſitionis accipienda ſunt; nam Inquiſitores hæreticæ prauitatis tùm in puniendis hæreticis, abiurationibus faciendis reis torquendis, iudicijs concedendis, totóque proceſſu fabricando, tùm in cæteris quæ ad latiſſimum ſuum officium ſpectant approbatis ſuæ Inquiſitionis conſuetudinibus vti poſſunt, quod in priuilegio creationis ipſorum continetur; nam inter cætera eis cõceditur, vt procedant contra omnes hæreticos cum omni auctoritate, facultate, & poteſtate tam de iure quàm de approbata conſuetudine, approbatam autem conſuetudinem velut legem eſſe obſeruandam explorati iuris eſt. §. ex non ſcripto. inſtit. de iure

nat. gent. & ciuili. vbi communiter Doctores.

Vnde si per vetustam & approbatam alicuius Inquisitionis consuetudinem receptum esset, vt Inquisitores hæreticæ prauitatis indistinctè animaduerterent in blasphemos, crederem eos id iudicium absque errore posse exercere: nam consuetudo hoc illis tribueret priuilegium, cum consuetudo priuilegium tribuat, vt docet Bart. in *proœmio Digestorum.* §. *hæc autem tria. num.* 3.

Rursus quoniam consuetudo tribuit iurisdictionem. *glossa singularis in l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud.* facit textus in c. cum contingat. de foro compet. vbi Fely. Bald. *in rub. de consuet. col.* 2. *per l. viros C. de diuer. offi. lib.* 12. vbi Bart. *in fine.* Romanus consil. 243. incip. *ad prædictorum roborationem. ver. secundo principaliter*, & consil. 300. incip. *in casu proposito.* latè Decius in *dicta l. more maiorũ. ff. de iurisd. om. iud. n.* 19.

Neque hoc mirum videri debet, cum consuetudo tantam habeat vim, vt etiam canonibus præponderet, si sit rationabilis, & legitimè præscripta. c. vltim. extra de consuet. tradit glossa communiter recepta in c. pastoralis. verbo, dissona. de fide instrum. & Aymo. Craueta in *tract. de antiquit. temp. p.* 1. §. 1. *n.* 42.

Veruntamen monendi sunt hîc Inquisitores, ne quamlibet suæ Inquisitionis consuetudinem velut rationabilem admittant: nam vt consuetudo dicatur rationabilis & approbata, plura exiguntur quæ non facilè possint in quauis consuetudine reperiri: rationabilis enim dicitur consuetudo, quam iura non improbant, aut quæ iuri non contradicit. *glossa in c. vltim.* verbo, rationabilis extra de consuet. item. vt consuetudo pro lege seruetur, multa requiruntur.

gloſſa & Doctores in c. conſuetudo. diſt. 1.

Quam ob rem ne quid velamine, aut pretext approbare conſuetudinis incautum committant Inquiſitores, ſequentia intueantur. Primum curent omnino cuncta gerere, hoc eſt, proceſſus ſuos fabricare, omnémque ordinem iudiciarium dirigere in puniendo, & abſoluendo, & cæteris ad ſuum officium ſpectantibus iuxta canones, præſertim eos qui de hæreticis ſunt, & contra hæreticos conditi : deinde vero ad conſuetudinem & ſtylum Romanæ Inquiſitionis, à qua ceterę velut à capite pendent, vbi leges deficiunt, & in arduis audacter recurrant: quis enim concedat in re tam graui priuatas Inquiſitionum, aut prouinciarum conſuetudines facilè eſſe ſequendas? præſertim cum iura vbique clament, maiores Eccleſiæ cauſas & præſertim quæ articulos fidei tangunt, ad ſedem Apoſtolicam eſſe referendas. c. maiores, de baptiſmo & eius effectu, ergo priuati ciuitatum Inquiſitores, ſi tutiùs & ſecuriùs tractare omnia cupiunt, cùm leges deficiunt, aut etiam obſcuræ ſunt leges, ſtylum & conſuetudinem ſupremi Senatus Inquiſitionis Romanę, quæ ceterarum caput eſt, conſulant & ſequantur, in hac enim nullum eſt erroris periculum : nam prętерquam quòd à ſapientiſſimis iudicibus & vigilantiſsimis cauſæ fidei tractantur, quotidie etiam ſummum Pontificem conſulere licet, cuius iudicium quantam in rebus fidei habeat auctoritatem, exploratiſſimum eſt apud Catholicos.

11. Sed ad extrauagantes reuertor, quarum tanta eſt auctoritas, vt ſi exploratæ fidei ſint, aut (vt noſtri loquuntur) indubitatæ, conſtitutionem in corpore iuris clauſam tollant. c. 1. de conſtit, vbi Doctores

Guimier in pragmatica ſanctione, *cap. & quia §. ipſas omnes. verbo, extrauagantes.* quod ſi dubitetur, an ſit authentica nec ne, tunc ſi eſt iuri conſona, ſecundùm eam debet iudicari, at ſi à iure diſcrepet., ſummus eſt Pontifex conſulendus. c. paſtoralis. vbi Panormit. & alij *extra de fide inſtr.* & tradit *gloſſa in pragmatica ſanctione loco proximè citato.* huius autem doctrinæ multa occurrent exempla in poſitis extrauagantibus, quæ breuitatis gratiâ omittimus, attamen præcitatum dogma ita crederem intelligendum, vt tunc extrauagans iuri communi preualeat, & ſecundùm eam ſit iudicandum; quando in extrauaganti apponeretur clauſula: *Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus in contrarium, &c.* quæ communiter apponi ſolet: nam ſi hæc clauſula deeſſet, præſertim in noſtris extrauagantibus ſi quid tunc contra decreta in titulis de hæreticis contenta ſancirent, id planè irritum eſſet per iura adducta ex c. vltim. §. vlt. de hæret. l. 6. & Clemen. 1. §. vlt. de hæret.

12. Ex prædictis pendet quæſtio ad intelligendum vtilis & huic inſtituto valde accommodata: an ſcilicet ſententia à iudice lata contra diſpoſitionem alicuius extrauagantis ſit nulla? & cum extrauagantes, vt hactenus demonſtratum eſt, virtutem legis habeant, planè irritum videtur iudicium contra earum diſpoſitionem factum, at Bartolus in *l. cum prolatis. num. 2. ff. de reiud.* quem alij proximè citandi ſequuntur, ita diſtinguebat: ſi ſententia ſit lata contra extrauagantem in corpore iuris clauſam, nulla erit: ſecùs autem ſi reuera ſit extrauagans, hoc eſt, ſi non reperiatur in corpore iuris, idem videtur tenere Romanus Conſil. 260. incipien. *in propoſito caſu.* Alexander conſil.

81. incipien. *ponderatis his. lib.* 2. Ant. Butrius in *proœmio decretal.* idem in *c. paſtoralis. de fide inſtrum.*. Franciſcus Pauinus in *præludio præfixo extrauagantibus Ioan. xxij.* & alij quos ille refert. ratio vero vtriuſque partis poſitæ diſtinctionis facilis eſt: nam primum ideò ſententia lata contra diſpoſitionem extrauagantis in corpore iuris contentæ, eſt nulla, quia perinde eſt ac ſi contra legem lata fuiſſet. Bal. in *l.* 2. *C. quando prouo. non eſt nece.* Ant. Butrius in *cap.* 1. *&* c. *cum inter de re iud.* tradit optime Franciſcus Pauinus præcitato loco.

Rurſus, ſi extrauagans eſt incognita, & contra eius diſpoſitionem feratur ſententia, non vitiatur quia incognitas leges iudex cognoſcere non tenetur argumento dictæ l. cum prolatis. ff. de re iud. nam ſi ſententia lata contra legem prolatam, id eſt, iudici indicatam, quam fortè iudex ob ſummam difficultatem & obſcuritatem non intelligebat, nec putabat ad negotium & cauſam de qua agebatur pertinere, ſummo iure valet, in dicta l. cum prolatis. ff. de re iud. profectò multò magis valida erit ſententia lata contra diſpoſitionem extrauagantis ignotæ, & non productæ: ergo liquere debet iudici, fidéique ei facienda eſt de valore & robore extrauagantis, vt ſententia lata contra ipſam nulla ſit & inualida, vt eleganter *præcitato conſil.* 260. docuit Romanus, & Guilielmus Caſſadorus *deciſione* 7. *ſuper regulis*, incipien. *propone-batur dubium. num.* 5. vbi dicit regulas, extrauagantes. & concordata, niſi producantur in actis, à iudicibus non conſiderari, atque hactenus de prima huius diſputationis parte, quæ ad valorem extrauagantium ſpectabat.

SECVNDA PARS DISPVTATIONIS, Quomodò probetur extrauagantium auctoritas.

13. SVperioribus ita constitutis, superest hunc altera huius disputationis pars valde etiam vtilis & necessaria, videlicet, qua ratione probari debeat extrauagantium auctoritas, vt intelligatur quæ sit verè extrauagans, & vim legis habeat, siue vt nostri loquuntur, quæ sit extrauagans authentica, quæ verò secùs.

Hoc etiam caput tractant fermè Doctores quos hactenus varijs locis adduximus, sed nemo luculentiùs quàm Franciscus Pauinus causarum Sacri Palatij olim Auditor in *præludio præfixo ad extrauagantes Ioan. xxij.* in hæc verba: *Debent autem extrauagantes quando de eis dubitatur in forma authentica produci sub plumbo, si extra curiam sunt producendæ: vel sub signeto Vicecancellarij, si in Curia sunt producendæ: & hoc de illis quæ sunt descriptæ in libro Cancellariæ; illæ autem quæ sūt descriptæ in Camera Apostolica, signantur cum signeto Camerarij, vel sub plumbo, &c. & ita seruatur in Curia Romana,* hactenus Pauinus, à quo non dissentit Ludouicus Gomes in *proœmio regularum Cancellariæ* & alij recentiores: nam & id vsus obseruat.

Primus ergo modus probandi auctoritatem extrauagantium extra curiam (nam curiam nunc libenter omitto cùm magis necessarium sit absentibus consulere, quam illis, qui quotidie Pontificem Romanum

alloqui possunt) est, cum extrauagantibus seu rescriptis Pontificijs adiungitur appensum illud plumbeum cum fune canapis, impressis in ipsius vna parte sacris Petri & Pauli capitibus, in altera vero nomine eius Pontificis, qui rescriptum edit, seu concedit.

Hinc intelliges præcedentes extrauagantes diuersorum Romanorum Pontificum pro officio sanctissimæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem authenticas esse, & pro lege seruandas: quoniam ex autographis seu archetypis aut originalibus, pendenti plumbeo munitis desumptæ,& transcriptæ sunt à nobis summa diligentia, & præsertim omnes illæ, quæ habentur in Archiuo Inquisitionis Bononiensis, & in Archiuo Conuentus sancti Francisci de Assisio plumbeo pondere munitæ sunt,vt protinùs summam earum percipias auctoritatem: aliæ verò vnde habeantur, notatiuncula in margine posita initio cuiuslibet extrauagantis apertè indicat.

Rursus auctoritas etiam extrauagantis probari potest, si reperiatur in publico alicuius loci Archiuo. Romanus dicto consil. 260. quem refert & sequitur apostilla ad Bart. *in dicta l. cum prolatis. ff. de re iud. verbo*, posita idem Romanus *consil.* 165. incipien. *liber registri* & *consil.* 319 incipien. *in causa Ioannis.* Geminianus *consil.* 82. incipien. *circa Thema. num.* 6. *& seq.* Decius *consil.* 146. incipien. *pro tenui. num.* 10. Marsilius *consil.* 20. incipien. *Digneris quæso & consil.* 43. incipien. *Spiritus Sanctus.* & latè Craueta *in tract. de antiquit. tempor. parte* 1. *num.* 194. *& seq.* & *glossa in cap. cum causam. di probat, in verſ. per libros antiquos.* Quoniam in publicis Archiuis non solent recondi nisi quæ publica auctoritate geruntur, idque fit summa integritatè

ma integritate & veritate, adhibita perſonarum publicarum auctoritate, quarum fides & religio probata eſt & perſpecta.

Hinc colliges eas extrauagantes &quælibet alia reſcripta, quæ Romæ in Bibliotheca Vaticana in Regeſtis Pontificum Summorum aſſeruantur, magnam habere & inuiolabilem auctoritatem, tametſi non adſint pondera plumbea, cùm in his Regeſtis nihil deſcribatur, quod non ſit priùs multa diligentia examinatum & præuiſum, ſummàque auctoritate, & veritatis ſinceritate munitum, & per publicas perſonas, iuxta Romanæ Curiæ ſtylum & conſuetudinem conſignatum & obſignatum ſeu ſubſcriptum, vnde à ſcripturis contentis in his Regeſtis omnis incertitudo procul abeſt. Atque hoc ipſum etiam obtinet in ſcripturis deſumptis ex Archiuo Inquiſitionis Romanæ; vt hinc etiam colligas, extrauangantes & reſcripta inde ſumpta inuiolabilem & certam habere auctoritatem.

Denique extrauagantium & reſcriptorum pontificiorum firma etiam probatur auctoritas & fides, quoties manu alicuius notarij publici, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita ſunt, quod generaliter hodie obtinet in omnibus reſcriptis pontificijs extra curiam miſſis, per clauſulam eiſdem reſcriptis inſertam, per quam id non obſcurè cauetur, ita enim præſtatur tanta fides ipſis reſcriptorum exemplaribus ſeu tranſumptis, ac præſtaretur originalibus ipſis reſcriptis.

14 Sed occurrit hoc loco difficultas mihi neceſſariò diluenda, quæ iuris ignaros poſſet in hac cauſa perturbare, an ſequentes extrauagantes vbique obſerua-

ri debeant? videbitur enim alicui nec vbique, nec ab omnibus Inquisitoribus aut iudicibus esse obseruandas.

Primùm, quia certis quibusdam Inquisitoribus destinantur, veluti fratribus Ordinis Prædicatorum: Rursus non vbique degentibus, sed in Lombardia, Marchia Taruisina, aut alibi in locis quibusdam singularibus constitutis. Cùm igitur rescripta hæc localia videantur, non debent omnes generaliter ligare. c. 1. & cap. 2. de const. lib. 6. l. vlt. ff. de iurisd. om. iu d.

Iam de natura legis vniuersalis & generalis esse videtur, vt sit perpetua & durabilis, vt docet Archidia. in *c. donatum* 1. *q.* 7. & Nicolaus de Milis *verbo lex* §. 1. facit textus in l. edita C. de edendo. ibi; perpetui edicti. extrauagantes verò non sunt tales cùm extinguantur & moriantur suo conditore mortuo, vt videtur velle Ioannes And. in *cap nemo potest. de reg. iur. lib.* 6. & Cosma Guimier in *glossa pragmaticę sanctionis cap. Et quia* §. *ipsas omnes verbo regulas.*

Postremò, quia vt lex vniuersaliter liget & obliget, principem id expressè cauere oportet per notata in l. nec Dorotheum. C. de decurio. lib. 10. facit textus in cap. 1. de constit. hoc autem deesse videtur in nostris extrauagantibus.

Ceterùm his minimè refragantibus, certum est extrauagantes vbique seruandas esse. Primùm, quia hęretica prauitas aduersus quam sunt conditæ, & fauor fidei, quem respiciunt, & iudices qui eis vti debent, vbique eodem iure censentur: ius ergo quod circa hæc versatur, vbique valebit, cùm eadem vbique sit ratio l. à Titio. ff. de verb. oblig. l. illud. ff. ad leg. Aquil, cum similibus.

Rurſus ex perſona ſtatuentis metimur legem eſſe generalem aut ſpecialem. c. vlt. de conſt. li. 6. at ſummus Pontifex habet generalem iuriſdictionem ſuper hæreticam prauitatem,& fidei negotia: fit ergo vt leges extrauagantes ab eodem conditæ generaliter vbique locum habeant,atque hæc ſententia vera eſt, quam probant tùm præcitati, tùm in primis adducta per Ludo. Gomes in *proœmio reg. cancel. queſt. 2.*

Atque ex his & alijs nonnullis in *Directorio Inquiſitorum parte 3. ſuper queſt.* 109. §. *preterea non arbitror*, refellebam in hac editione ſententiam Franciſci Burſati *conſil.* 43. *incipien. ob crimen hereſis num.* 52. *lib.* 1. dicentis conſtitutiones Innocentij IV. & Clementis IV. Romanorum Pontificum diſponentes de bonis hęreticorum confiſcatis in Italia ſolùm eſſe obſeruandas quoniam: ad terras Italiæ fuerunt directæ & tranſmiſſæ hoc enim tanquam improbabile prorſus cenſeo reijciendum.

Neque obſtant quæ contrariam ſententiam probare videbantur. Primùm enim non refert, ſolis ſæpe fratribus Ordinis Prædicatorum mitti hoc enim ideò fit, quia initio conſtitutę Inquiſitionis delatæ,hi in primis cum Epiſcopis & Fratribus Minoribus iudicium in hæreticos exercebant: & ſummi Pontifices his loquentes omnibus Inquiſitoribus loquuntur,nam eodem modo Imperatores quorú ſanctiones &leges in Cod. Inſtinianeo numerãtur,leges ſuas quãdoq; Eutropio,aliàs Palladio aliàs alijs vrbium prefectis & præſidibus nuncupant, vt in præfixis legum titulis licet intueri: at nemo dicet proinde eas leges particulares eſſe; immò fuit neceſſarium præcitatas has perſonas exprimere, vt per eas, leges conditæ

vbique obſuti iuberentur.

Iam non obſtat, ad certa loca deſtinari, quia cum ſæpe contingat ſummum Pontificem ab Inquiſitoribus vnius ciuitatis vel prouinciæ rogari, legem ferre, legiſlator illis eam legem deſtinat: at non eſt eius mentis vt velit in eo ſolo loco eam legem valere, ſed generaliter vbicumque eadem eſt ratio: nam licet hoc argumentum procedat in inferioribus iudicibus, qui limitatam habent iuriſdictionem, quorum placita neminem ligant extra territorium lib. vltim. ff. de iuriſd. om. iud. at non eſt ita in principe ſupremã iuriſdictionem habente, qui quamuis faciat actum concernentem certum locum aut perſonam, nihil ominus ille actus non facit legem particularem, ſed vniuerſalem l. vlt. C. de legib. vbi ſententia principis in certa cauſa lata, vniuerſale tamen ius facit, & omnes ligat: quod ipſum operatur principis epiſtola certæ alicui perſonę directa lib. 1 verſ. per epiſtolam. ff. de conſt. princip. cum ſimilibus tradit Ioannes Platea in l. *neque C. de decurio. l.* 10. declarátque pulchrè Iaſon in *l.* 1. *num.* 24. *ff. de ſerijs.*

Et hanc ſententiam, quam hoc loco explicamus nominatim & expreſsè profitetur Bartholomæus Spineus *tract. de ſtrigibus cap.* 3. *verſ. patet etiam ex ſupradictis*, vbi verè tenet quòd quamuis extrauagantes editæ aduersùs ſtriges ſiue lamias, (quas ille eo loco refert) dirigantur ad Inquiſitores Alemaniæ, nihilominus tamen non minus ſe extendunt ad alios Inquiſitores, quam Decretales in corpore iuris Ordinatæ, quarum multæ ad ſingulares perſonas diriguntur, & tamen quod per tales iubetur aut prohibetur, ſeu quomodo libet ordinatur, pro lege ad omnibus ob-

ſeruatur, cap. ſi Romanorum 19. diſtinct.

Præterea non obſtat tertia obiectio de perpetuitate legis : quoniam fateor equidem extrauagantes quandóque cum conditore interire, at hoc in multis, & præſertim in noſtris extrauagantibus locum non habet, quas perpetuò durare ſatis abundè docuimus in ſuperioribus, cùm de earum auctoritate diſſeremus. Neque Ioan. And. aut prędicati indiſtinctè aſſerunt, extrauagantes extingui per mortem conditoris, ſed eas ſeruandas eſſe, præſertim viuente earum conditore, & vbi non ſunt contrariæ iuri communi & decretis ſacrorum conciliorum 25. quęſtio ſecunda c. inſtitutionis cap. 1. de conſt. notátque Ant. *in proœmio Clemen.* & Franciſcus Pauinus *ſuper extrauagantes Ioannis* XXII.

Et tametſi temporales eſſent, & cùm conditore interirent, at non propterea ſequeretur non eſſe leges generales, quoniam dùm viueret conditor generaliter omnes obligarent, neque enim pertinet ad eſſentiam legis quòd ſit perpetua, hoc enim in poteſtate legiſlatoris poſitum eſt, vt copiosè docet Geminianus *conſil. 93. incip. Videtur primò quòd iſta reſeruatio.* Nihil enim refert ad vniuerſitatē legis, quòd ſit temporalis, cùm in hoc voluntas ſola condentis attendatur, vt notatur in c. nobis de ſent. excom. & in Clem. 1. de vit. & honeſt. cle.

Neque ſententia Archidiaconi refragatur huic doctrinæ : is enim loquitur ſecundùm id quod fit communiter, nam regulariter quidem leges perpetuæ eſſe ſolent, cæterùm, vt dixi, extrauagantes noſtræ perpetuò viuunt & loquuntur.

Poſtremò nihil refert, Principem non cauere no-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

minatim vt extrauagantes generaliter omnes obligent, quoniam communiter leges ita conduntur, vt omnes obligent & perpetuæ sint, vt paulò antea dicebamus, & nisi contrarium caueat (quod communiter fieri solet) voluisse putandum est. l. si quis donaturus vbi glossa ff. de vsufr. l. quòd si nolit §. qui assidua vbi. Bal. ff. de ædilit. edict. cum alijs relatis, ab Euerardo in loco à solitis.

Non inficior tamen quandóque solere condi extrauagantem tùm in causa hæresis, tùm in alijs vni soli loco competentem: quia materia de qua ea extrauagans concepta est, in eo solo loco fortè versatur: cæterùm si contingeret similia alibi fieri tunc ad ea quoque loca extrauagantis dispositio referenda esset.

TERTIA DISPVTATIONIS PARS de vtilitate extrauagantium.

15. SVPEREST iam vt tertium propositæ disputationis caput absoluamus, in quo de vtilitate harum extrauagantium breuiter disserendum est.

Quanta sit extrauagantium vtilitas non oportet multis ostendere, cùm res ipsa per se id loquatur apertè. Primum enim ex notitia extrauagantium meliùs fortè quàm ex turbidis & molestis quorumdam interpretum commentationibus, intelligentur vniuersa Pontificum rescripta in titulis de hæreticis cõprehensa; nam cùm extrauagantes copiosiùs sint cõceptæ, & ex ipsis quædam in eum finem sint conditæ, vt quæ alibi erant in iure communi quandóque paulò obscurius tradita, per ipsas declarentur, & qua-

si lumine interpretationis illustrentur, consequitur planè ex hoc capite ingens vtilitas, & studijs Inquisitorum, & cæterorum, qui hæreticis extirpandis, aut iudicando aut consulendo aut scribendo dant operam, accedit non parua commoditas: nullum est enim ferè decretum in prædictis titulis de hæreticis comprehensum, quod per aliquam extrauagantem non declaretur, amplietur, aut vberiùs distinguatur.

Rursus non modò prefata decreta commodiùs percipiuntur, verùm etiam ex notitia extrauagantium facilè possumus euitare errores interpretum, qui dum obscura interpretari conantur, ob ignoratas extrauagantes, aut obscuriora docent, aut manifestè falsa tradunt, aut incerta & dubia persuadere conantur: quod in tam graui causa nusquam fuerat committendum, neminem hic libet in ius vocare, ne videamur studio reprehendendi moueri, aut cuiusquam famam & honorem lædere, quod procul abest sempérque abfuit à natura nostra, hoc tamen sit exploratissimum & certissimum apud omnes, eos, qui tractatus de pœnis hæreticorum & ordine procedēdi contra hæreticos scripserunt, & destituti fuerunt extrauagantium notitia, in insignes quandóque errores lapsos fuisse, quos facilè euitassent, si eis intelligendis diligentem operam vt oportuit) nauassent.

Hinc sæpe soleo plurimum commendare Nicolaũ Eymericum, & Zanchinum, seu Ioannem Calderinum, qui in singulis difficultatibus declarandis maiori ex parte nituntur decretis contentis in titulis de hæreticis & extrauagãtium in hæreticos editarũ sanctionibus: hæc enim docendi ratio in hoc tribunali cæteris præponderat, idque se facturum promisit Zanchi-

nus *in proœmio tractatus sui de hæreticis*, vt maiorẽ operi auctoritatẽ conciliaret id quoq; præstitisse Eymericũ ostẽdi *in præfatione tertiæ partis Directorij Inquisitorum.*

Postremò, illa est non modica vtilitas, quæ ex notitia extrauagantium, proficiscitur: quoniam vniuersa Inquisitorum priuilegia & prærogatiuæ luculentiùs in eis quàm alibi perspiciuntur, nihil est enim quod ad amplissimum & latissimum Inquisitorum, officium, potestatem, & dignitatem pertineat, quod in his extrauagantibus non sit comprehensum, atque hæc sola res vehementer Inquisitores mouere, ardentérque excitare deberet ad assiduum studium, & frequentem extrauagantium lectionem. Pauciſſimæ enim oriri poterunt in suo officio quæstiones & difficultates, quæ vel apertè per extrauagantes non declarentur, aut non inuita consecutione interpretatio ex eis non deducatur.

Agite ergo quicunque sacro Inquisitionis officio liberè & ingenuè iudicando, consulendo, aut scribendo ad extirpandam hæreticam prauitatem famulamini, diligenter positarum extrauagantium lectioni nauate operam, eásque nocturna versate manu (vt veteri prouerbio continetur) versate diurna, si vultis & honori vestro, & animæ conscientiæ, ac securitati, & muneri, ac oneri vobis commisso consultum esse. Frequenter vobis occurrat laudabilis illa & egregia sententia Quinti Mutij Iure-consulti in Seruium Sulpitium tam grauiter! quàm verè prolata: Turpe esse patritio & nobili viro, iùs in quo versatur, ignorare sed turpius perfectò esse viro Inquisitori grauissimæ & maximæ rei præfecto, ignorare culpa sua, extrauagantium sanctiones quæ nunc optima

niſi fallor) methodo digeſtæ iuſſu Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium Inquiſitorum generalium in vniuerſa Republica Chriſtiana, in lucem prodeunt: cùm ex earum ignoratione non leuia incommoda, ex notitia verò non mediocres vtilitates in rebus fidei oriantur. Valete.

Romæ ex Bibliotheca noſtra. Calen. Octob. Anno 1584.

ANNOTATIO.

EAndem tractant materiam de robore & auctoritate Extrauagantium idem Franc. Pegna in Additionib. ad Eymeric. in Direct. Inquiſ. part. 3. quæſt. 109. comment. 158. fol. mihi 714. Verſ. Rolandus à Valle, & verſu ſequenti, & verſ. Ego vero. & Proſper Farinacius de hæreſi q. 190. §. 12. à num. 164. ad num. 192. inclusiuè.

Digitized by Google

LITERÆ INSTITVTORIÆ INQVISITORIS.

OCTAVIVS EPISCOPVS Prænestinus Bandinus, Carolus tituli Sancti Cæsarij Madrutius, Ioannes Garsia tituli SS. 4. Coronatorum Millinus, Fabricius tituli S. Augustini Verallus, Gaspar tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Borgia, Scipio Cobellutius tituli Sanctæ Susannæ, Guido tituli Sanctæ Mariæ de populo Bentiuolus, frater Desiderius Scaglia tituli Sancti Clementis de Cremona, & Ludouicus tituli sanctæ Mariæ Transpuntinæ Ludouisius nuncupati Presbyteri, miseratione Diuina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in Vniuersa Rep. Christiana aduersùs

hæreticam prauitatem Generales Inquiſitores à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati. Dilecto nobis in Chriſto Fr. Ioanni des Loix Preſbytero profeſſo Ord. Prædicat. S. Theol. Magiſtro ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm nobis potiſſimùm curæ ſit, vt fides Catholica vbique floreat & augeatur, atque omnis hæretica prauitas ex animis hominum depellatur, noſtræ diligentiæ ſtudium diligenter adhibemus, vt qui à caula Dominici gregis, diabolica fraude ſeducuntur, ad eam (ſpirante Domino) reducantur vel ſi in eorum damnato propoſito, obſtinato animo pertinaciter perſeuerare contendant: ita debita animaduerſione puniantur, vt eorum pœna alijs tranſeat in exemplum. Idcirco vt hęretica prauitas eò efficaciùs propellatur, quò illius Inquiſitores maiori fuerint auctoritate ſuffulti. Te Fratrem

Ioannem des Loix, de cuius doctrina, pietate, & prudentia planè confidimus, Auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte cómiſſa, tenore præſentiú noſtrú, & Apoſtolicę Sedis in negotio Inquiſitionis huiuſmodi in Ciuitate & Diœceſi Biſuntina, & alijs locis conſuetis. Inquiſitorem generalem creamus, inſtituimus, & deputamus: concedentes tibi in prędictis facultatem, poteſtatẽ, & auctoritatem, contra quoſcumque hęretic. & à fide christian. Apoſtatas, aut cuiuſuis damnatæ hæreſis ſectatores, ſeu de hæreſi vel Apoſtaſia à fide ſuſpectos, ſortilegia hæreſim ſapientia, diuinationes & incãtationes, aliáq; diabolica maleficia, & prędſtigia committentes, aut magicas & necromanticas artes exercentes, illorúmque ſequaces, credentes, receptatores, fautores & defenſores, vel eis opem, auxilium, fauorem directè vel indirectè, publicè vel occul-

tè preſtantes, vel eorum libros & ſcripta legentes: aut retinentes cuiuſcúnque ſtatus gradus, ordinis, etiam regularis conditionis, dignitatis & præeminentię fuerint, inquirendi & procedendi, ac pręcedentibus legitimis indicijs eos comprehendẽdi, ſeu capi & cõprehendi, atque carceribus mancipari, & pro vt iuris fuerit rigoroſo examini ſubijci, & torqueri faciendi, & demùm ſeruatis ſeruandis, etiàm per ſententiam deſuper canonicè ferendam, ſi innocentes ſeu non culpabiles reperti fuerint, in toto, vel ab inſtantia iudicij abſoluendi, ſi verò culpabiles deprehendantur, iuxta canonicas ſanctiones, pro vt qualitas exceſſuum exegerit, comdemnandi ac debitis pœnis coercendi & puniendi. Nec non Procuratorem fiſcalem, & Notarios publicos, alióſque in his neceſſarios Officiales, etiam Clericos ſęculares ſeu quorumuis Ordinum regulares deputandi, ac eis vt iniun-

ctum diligenter exequantur & peragat in virtute Sanctę Obedientię precipiendi, iniungendi, & mandandi, ac ſi neceſſe fuerit aliquem Clericum etiàm in ſacris Preſbyteratus Ordinibus conſtitutum, propter præmiſſa degradari ad eius actualé degradationé, per quem cúmque Catholicum Antiſtitem, gratiam & communionem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ habentem, quem ad id duxeris deputandum (niſi Ordinarius loci ad id requiſitus degradationem eiuſmodi facere maluerit): procedendi, & demùm eum ſic degradatum curię ſęculari relinquendi. Contradictores autem quoſlibet, & rebelles, ac tibi in prędmiſſis non parentes per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas, ac alijs iuris remedijs opportunis compeſcendi, atque in ijs præmiſſis omnibus & ſingulis auxilium brachij ſęcularis inuocandi & implorandi, & ad veritatis lumen redire

volentes (ſi aliàs relapſi non ſint) recepta prius ab eis hęreſum & errorum ſuorũ abiuratione publicè vel priuatim arbitrio tuo: iuxta hęreſum, factorum, locorum, & perſonarum qualitatem faciendâ, prędtitóque per eos iuramento, quòd talia deinceps non committent, nec talia aut eis ſimilia committentibus, ſeu illis adhęrentibus, opem, conſilium, auxilium & fauorem per ſe, vel alium, ſeu alios præſtabunt, ac aliàs in forma Eccleſię conſueta ab eiſdem hęreſibus & erroribus, ac quibuſcunque ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiàm temporalibus, in quas prędmiſſorum occaſione quomodolibet incurrerint iniunctâ inde eis pro modo culpę publica, vel ſi tibi videbitur, priuatâ pœnitentiâ ſalutari abſoluendi, & in gremium Sanctæ Matris Eccleſię admittendi, recipiendi, reconciliandi, abſolutionémque, receptionem,

nem reconciliationem huiuſmodi cum ſolemnitatibus à iure requiſitis, faciendi, ipſóſque ſic abſolutos, receptos, & reconciliatos cómunioni Sacramentorum, ac vnitati fidelium reſtituendi, omniáque & ſingula alia, quæ ad huiuſmodi errores, hæreſes & ſortilegia, maleficia, diuinationes, & incantationes, ſeu magicas, & negromanticas artes reprimendum & radicitùs extirpandum iuxta iuris ordinem neceſſaria cognoueris, & opportuna, & quæ ad Officium Inquiſitionis huiuſmodi pertinent, faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi. Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcúmque. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimonium præſentes literas, infraſcriptum noſtrum, & Sanctæ Romanæ, & venerabilis Inquiſitionis notorium fieri, & manibus noſtris ſubſcriptas, ſigilli

eiuſdem Inquiſitionis, quo in talibus vtimur, iuſſimus & fecimus appoſitione muniri.

SIGNATVM,

Oct. Epiſ. Præn. Card. Bandinus.
C. Card. Madrutius.
Io. Garſia. Card. Millinus.
S. Card. S. Suſannæ.
Guido Card. Bentiuolus.
Fr. Deſid. Card. de Cremonia.

Andreas de Pettinis S. Rom.
& vrbis Inquiſit. Notar.

Locus †. *ſigilli pendentis.*

TEXTVS I.

———— Presbyteri miseratione Diuina S. R. E. Cardinales in tota Rep. Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitores Generales à Sta. Sede Apolica specialiter deputati.

LIM initio constitutæ Inquisitionis delegatæ, vt bene aduertit Franc. Pegna *Comment. vndecimo ad titul. Eymerici de forma instituendi in Prouincia Vicarium Generalem 3. part. Directory Inquisitorum fol.* 435. nulli erant, quod scitur, Cardinales Inquisitores Generales in tota Rep. Christiana, quos per literas liceret consulere, & ab eis etiam in arduis responsum, habita priùs cum Summo Pontifice debita consultatione, accipere; Propterea sæpe cogebantur priuati Inquisitores Romam profisci, in quorum absentia negotia fidei periclitabantur; quibus incommodis inspectis primus Vrbanus 4. anno 1263. Cardinalem S. Nicolai in Carcere Tulliano, Inquisitorem generalem creauit, seu quasi Protectorem Inquisitorum constituit, vt constat ex ipsius rescripto incipiente, *cupientes*; quem morem multi Summi Pontifices

obſeruarunt: at non omnia incommoda ſunt penitus ſublata, quia anno 1543. ad inſtantiam Fratris Ioannis à Toleto Ordinis Prædicatorum Cardinalis S. Sixti, & Ionnis Petri Carrafa Cardinalis S. Clementis, Illuſtriſſima & Reuerendiſſima Congregatio Cardinalium, per fœlicis recordationis Papam Paulum tertium fuit conſtituta: quam Sixtus quintus per bullam quæ incipit *Immenſa æterni Dei*. Datam an. 1588. comprobat, cui etiam Pius V. ordinatione quadam, & ipſos Principes in hac cauſa meritò ſubiecit. Primi Generales Inquiſitores fuerunt à S. D. N. Papa Paulo tertio inſtituti, & creati menſe Iulio an. 1545. Ioannes Petrus S. Clementis, fr. Ioannes S. Sixti Bartholomæus S. Cæſarij, & Thomas S. Syluestri tt. S. R. E. Presbiteri Cardinales: quod conſtat ex eorum edicto contra Bibliopolas, & librorum impreſſores relato infra ad tex. 18. Anno verò 1553. tempore Iulij tertij, addita ſunt duo; id probat eorum edictum de comburendo Thalmud (quod ipſi comburi fecerunt, idem alijs Inquiſitoribus priuatis facere iubentes) quod ſequitur.

Nos Ioannes Petrus Caraffa Epiſcopus Tuſcalanus, Rodulphus Pius de Carpo ſanctæ Mariæ intranſtiberim, Ioannes à Toledo Compoſtellanus S Pancratij Hieronymus Verallus Sancti Martini in Montibus, Iacobus Puteus S. Symeonis, & Sebaſtianus Pighinus S. Caliſti, titulorum miſeratione diuina S. R. E. Presbyteri Cardinales in vniuerſa Republica Chriſtiana contra hæreticam prauitatem Inquiſitores generales, à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati.

Summi Dei noſtri prouidentiam ac benignitatem, qua vt hominum genus ab eorum tenebris vindicatum in veritatis ſemitatem perduceret, ſuæ gloriæ ſplendorem, è cœlis ad terram demittere, ipſiúſque lucis radijs bonos pariter, ac malos perfundere dignatus eſt, quantùm pro humana fragilitate nobis licet æmulari totis geſtientes affectibus pro inuicti nobis officij ſolicitudine non modò ab Eccleſiæ Chriſtiane finibus, peruerſa hæreſum & impietatum dogmata eliminare quoditie pro viribus ſtudemus, ſed etiam ad obcæcatam Iudeorum perfidiam, quos interim Eccleſiæ Chriſti pietas ſecùm haud ſecùs q iam Zizaniam commixtam tritico viuere permittit, noſtri ſtudij vigilantiam adhibere cupientes, nihil eorum illuminationi conducibilius fore arbitrati ſumus, quàm ſi ipſos ab impijs & inanibus doctrinis auertentes, ad ſacras (quas ſe colere falsò iactant) litteras ſcrutandas deducere poſſemus, vbi ſuæ ſalutis abſconditum theſaurum, remoto ab eorum cordibus velamine, nobiſcum Deo donante inuenire & agnoſcere valerent. Quare cùm ad noſtram notitiam non ſine ingenti animi dolore peruenisſet, malè ſui ſtudioſam ac obſtinatam hanc Hebræorum gentem, iam pene clauſis & obſignatis ſacrorum bibliorum libris, ſolis codicibus quibuſdam quos Thalmud appellant, ſtudere ac eos, vt aiunt, diurna nocturnáque manu verſare: ſuóſque filios à teneris vnquiculis hac violenta doctrina præcipuè imbuere, vbi pro pietate in Deum ipſum blaſphemare, pro cãdido & ſincero deitatis cultu fabulas & inanes ſuperſtitiones, pro deſiderio Redemptoris & meſſiæ exitiale odium in Chriſtum & maledicta in Chriſtianos

perdiſcunt edocti priſcorum Romanorum Pontificum, ac ſanctorum Patrum ſemper imitando exempla, qui ſuis & ſcriptis, & ſanctionibus hos impios codices explodere conati ſunt, tam deteſtandam diuini nominis iniuriam, ac huius gentis exitium diutiùs conniuentibus oculis pertranſire nolentes, Zelum officij noſtri ad hanc impietatem magis detegendam ac radicitus extirpandam accedere volentes, per miniſtros ſanctiſſimi officij noſtri omnes huiuſmodi codices Thalmud apellatos, per domos Hebræorum hanc almam Vrbem incolentium diligenter perquiri, & inuentos in vnum congregari, ac per viros fideles Hebraicum idioma callentes reuolui iuſſimus & violenta, hæretica ac peruerſa dogmata quibus reſperſi per totum erant, in vnum colligi & annotari, ac per ſacræ Theologiæ doctores pro ſui defenſione auditis quantùm decuit Rabinis Iudæornm, diſcuti & examinari fecimus, & demum toto negotio diligenter diſcuſſo, & coram nobis fideliter deducto, luce clarius deprehendimus in codicibus præfatis Thalmud contineri apertas ac impias in Deum blaſphemias aduersùs Moſaycam legem, quam ſe profiteri iactant, & aduersùs naturæ & honeſtatis leges, & cõcedi, quæ humanæ aures audire per horreſcunt: diuinũ cultum tot vænijs, fabulis & ſuperſtitionibus obuolui & obſcurari, vt vix apud idolatras peius vmquam auditum fuerit: Demũ in Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum ac ſanctum ipſius Euangelium tot improperia, contumelias ac blaſphemias irrogari, quæ de nefario ac perditiſſimo homine non ſine nauſea audiri poſſent, Quæ omnia pro Dei honore ea qua decet animaduerſione euellere & punire cupientes, præhabi-

to præfatorum virorum tam in ſacris literis quàm in vtroque iure maturo cõſilio, omnes huiuſmodi libros Thalmud quos colligere potuimus, per noſtræ ſententiæ decretum comburendos publicè in aciè campi floræ huius almæ Vrbis iuſſimus, quod & ſub die nono huius maximo populi applauſu executioni mandari fecimus. Cupientes autem vt hoc ſalutare exemplũ ab hac Eccleſia omnium matre ac magiſtra ad reliquas per orbem proficiſcatur, per præſentes auctoritate officij noſtri, ac de ſpeciali Sanctiſſ. D. N. mãdato viuæ vocis oraculo de ſuper nobis facto, & etiam auctoritate noſtri officij omnes, & ſingulos Principes Chriſtianos & rerum publicarum rectores, & ordinarios locorum, & hæreticæ prauitatis Inquiſitores hortamur, & monemus in Domino & nihil hominus eis in virtute Spiritus Sancti & ſanctæ obediẽtiæ, & ſub pœnis ſuſpenſionis à diuinis quo ad Epiſcopos & maiores Prelatos ac excommunicationis latæ ſententiæ, quo ad alios præcipimus, vt quàm primùm præſentes noſtræ ad eorum notitiam peruenerint, omnes huiuſmodi libros Thalmud per domos & ſynagogas Hebræorum in eorum ciuitatibus & terris habitantium diligenter perquiri, & inuentos publicè comburi faciant: omnibus verò Hebræis in ciuitatibus ac terris Chriſtianorum habitãtibus, mandamus ſub pœna confiſcationis omnium bonorum ſuorum, quam ipſo facto contra faciendo incurrant, quorum quartam partem accuſatoribus ſeu denuntiatoribus, reliquas verò inter ordinarios, & Inquiſitores locorum ac Dominos temporales æquis portionibus diuidendas applicamus, vt infra tres dies ad harum noſtrarum in hac alma Vrbe in aciè campi floræ & in

ſynagogis eorum : in alijs verò extra vrbem locis & terris, in locis publicis, & ſolitis publicatione & banno reſpectiuè per proclamam faciendis, omnes prænominatos libros Thalmud tam Hieroſolymitanum quàm Babylonicum, omnéſque & ſingulas ipſorum partes, quos apud ſe habere contigerit, nobis ſeu noſtris officialibus ac prædictis ordinarijs, & Inquiſitoribus locorum reſpectiue conſignare debeant, nec de cætero tales vel ſimiles libros ſcribi aut imprimi vel à partibus infidelium ad has fidelium partes deduci facere aut quouis quæſito colore habere aut retinere poſſint aut debeant : vniuerſis demum Chriſti fidelibus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna præcipiendo mandamus, ne prædictos codices Thalmud, vt pote damnatos ab Eccleſia, legere aut pœnes ſe retinere preſumant, nec Hebræis præfatis, pro habendis, ſcribendis ſeu imprimendis huiuſmodi libris conſilium, auxilium vel fauorem impendere audeant, contrafactores autem præter pœnas excommunicatis debitas alijs pœnis fautoribus hæreticorum à iure taxatis, punientur, pro vt per præſentes ex tunc puniri mandamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem præſentes ex inde fieri fecimus, & per notarium noſtrũ infra-ſcriptum ſubſcribi ac ſigilli officij noſtri impreſſione muniri. Datum Romæ in ædibus noſtris ſub die duodecima menſis Septemb. M D. LIII. Pont. S. D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij anno quarto.

At nunc duodecim esse certissimum est. Iustissimum vtique fuit illud edictum de comburendo Thalmud & sæpius iteratum in Ecclesia, quem libru, vt obiter dicam, plenum infinitis & execrabilibus blasphemijs: vt horreat animus, refugiátque manus eas scribere, dicit Sixtus Senensis *lib. 2. Bibliothecæ sanctæ*, vbi tamen eas summatim refert: qui ibid. scribit, quòd anno 1559. de eorumdem Illustriss. Cardinalium mandato, ex opulentissima bibliotheca Iudæorum Chremonensium Thalmudicorum codicũ duodecim millia exusta fuerunt. Cancellarius Parisiẽsis hunc quoque impium librum olim cùm suis glossis publicè fecit concremari, iubente Gregorio Papa IX. quòd confirmat Innocentius IIII. diplomate suo edito, anno Domini 1243. Hoc egit Cancellarius, quia sancta Inquisitio nundum erat constituta Parisijs; quàm posteà Alexander IIII. Innocentij successor cunstituit per literas Priori Conuentus nostri Prædicatorum anno 1258. directas, quibus ipsum Inquisitorem instituit: insuper constituit Põtifex, quòd ipse Prior Parisiensis posset tres, vel quatuor fratres idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso potestatem haberent, vt testantur Annales Ecclesiastici ad illum annum n. 9.

Cuius Inquisitionis Parisiensis vigorem præ cæteris colligere licet ex condemnatione Templariorum de qua sic ex multis authoribus narrat Alphonsus Fernandes annum Domini 1308. *Clementis Quarti anno quarto Hierosolimitani Templarij milites Religiosi, qui diuitiarum affluentia, & militari exercitio, adeò præualebant, vt Europæ regnum aliquod expugnare possent, Fratre Guildelmo Parisiensi Inquisitore generali Franciæ è Prædicatoria*

noſtra familia deſignato eorum crimina detegente, & ſecreta arte adhibita eodem tempore Inquiſitoribus comprehenſi ſunt, & poſtea in Viennenſi Concilio, anno Domini 1312. tertio Non. April. in 2. ſeſſione publicè à Clemente Quinto damnati ſunt. In re tanti momenti ſtrenuam, & diligentem nauarunt operam, cum Inquiſitore fratre Guillelmo, fr. Durandus de Sancto Portiano, fr. Hernem Natalis, fr. Romeus è Burgacia, è noſtro Ordine Prædicatorum. Hęc ille de hac Inquiſitione.

Inſuper, vt cauſæ, quæ veniunt ad ſacrum Tribunal ſanctiſſimæ Inquiſitionis, meliùs examinentur, & expediantur, Romanorum Pontificum prouidentiâ ſtatutæ ſunt, ac habentur in qualibet hebdomada tres ſancti Officij Congregationes.

Prima eſt feriâ ſecundâ, in domo S. Officij, in qua Cõmiſſarius generalis inquiſitionis (qui ſemper ex ordine Prędicatorum aſſumitur) & eius ſocij cõmorantur; ad quam conueniunt Conſultores S. Inquiſitionis, Fiſcalis, ceteríque Officiales, referuntúrque ibi proceſſus, vota & ſententiæ, ſingulorum ſcribuntur. Primum locum in ea tenet Magiſter generalis Prædicatorum: Secundum Magiſter S. Palatij, qui etiam ſemper eſt Dominicanus propter reuerentiam Sancti Dominici, huius Officij Auctoris & primi Magiſtri. Tertium duo vel tres iuriſperiti: Quartum Vicarius generalis Prædicatorum in abſentia generalis: Quintum Commiſſarius generalis S. Officij, qui etiam ſemper aſſumitur ex familia fratrum Prædicatorum: Sextum Aſſeſſor S. Officij: Septimum Procurator generalis fratrum Minorum conuentualium: Octauum Inquiſitores Prouinciales, cùm ſunt Romæ: Nonum Socius Cõmiſſarij generalis: decimum

Abbreuiator processum; Vndecimum Fiscalis. Nota autem quòd Magister Generalis Prædicatorum, & Magister Sacri Palatij eò ipso quòd ad hæc Officia sunt promoti, sunt etiam Consultores Inquisitionis.

Secunda Congregatio fit feriâ quartâ: & Congregantur in ea Cardinales, in ædibus antiquioris, seu Decani Congregationis, vota decisiua habentes; licet regulariter, quod per Consultores, & Commissarium feriâ secundâ statutum est, confirmari soleat.

Tertia Congregatio est semper feriâ quintâ coram Summo Pontifice, nec vnquam intermittitur nisi feriâ quintâ in Cœna Domini, & aliquoties in festo Corporis Christi: in ea sua Sanctitas Consultorum & Cardinalium vota decidit, aut confirmat; soli Cardinales sedent stantibus alijs: Sum. Pontifex dicit orationem in ingressu Congregationis, sicut feriâ quartâ Antiquior Cardinalium, & feriâ secundâ Primus Consultor. DD. his Cardinalibus rescribunt suas difficultates Inquisitores Prouinciales, qui eorum auctoritatem bene tuentur: videant ergo iam Inquisitorum contemptores, quos defensores, & protectores ipsi habeant.

Qui ergo habent aliquas cum Inquisitoribus difficultates, eos debent ante illum Sacrum Senatum Inquisitorum Cardinalium citare. Quandoquidem Inquisitor nullum superiorem præterea cognoscat; imò ne ipse quidem Papæ Legatus Inquisitorem potest excommunicare, vel etiam pro debitis, imò in obligationibus sub forma Cameræ Apostolicæ vt constat ex indulto priuilegio Vrbani IV. Alexandri IV. *ex libro priuilegiorum Ordinis Fratrum Prædicatorum*, & Cle-

montis 4. in reſcripto incipiente *Catholicæ fidei*. Quod ſi dicas ex hoc damnificari contrahentes cum Inquiſitoribus, cùm non poſſint ius ſuum conſequi? Reſpondet Pegna in 3. *part. direct. ad quæſt.* 21. *Eymerici Comment.* 70. *verſu quod ſi dicas. Reſpondebo*, inquit, *id non eſſe ita, cùm vel ad S. D. Papam, qui quoſlibet priuilegiatos coercet, vel ad ſupremos Inquiſitores recurſus haberi poſsit, qui re cognita iubeant, atque decernant, vt Inquiſitores & iuri, & debitis ſuis ſatisfaciant: non enim debent officij, ac priuilegiorum ſuorum prætextu quemquam lædere Clemen.* 1. §. 1. *de hæret. vbi communiter Doctores.* Hæc ille.

TEXTVS II.

Dilecto nobis in Chriſto Fr. N. Presbytero Profeſſo Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtro. Salutem in Domino ſempiternam.

COMMVNITER EX ORDINE FRATRVM Prædicatorum Inquiſitores aſſumuntur (niſi quod in Tuſcia Patribus Ordinis Sancti Franciſci hæc authoritas tribuitur teſte D. Antonino 3. *p. tit.* 18. *c.* 2. & Syluestro *verbo hæreſis.* §. 1.) cùm quia ſanctus Dominicus Dux & Parens Ordinis Prædicatorum, auctor Inquiſitionis,

& primus fuit Inquisitor, tùm quia tanti Patris Filij zelo ad hæresum extirpationem ardentes multos hæreticos ad fidem reduxerunt relictis errorum suorum deliramentis, pertinaces verò brachio sæculari plectendos tradiderunt. Quod etiam insinuat Sixtus V. in bulla institutionis Festi Sancti Petri Martyris, Idibus Aprilis Anno 1586. sui Pontificatus primo, quæ incipit *Inuictorum Christi Militum*, in qua, ait, Pontifex loquens de sancto Petro Martyre. *Is enim præclarus Ordinis Prædicatorum alumnus, imitatione accensus B. Patris Dominici vt ille perpetuis concionibus, & disputationum congressibus, officioque Inquisitionis, quod ei primùm Prædecessores nostri Innocentius 3. & Honorius 3. commiserant, contra hæreticos mirabiliter se gessit: at ipse (scilicet sanctus Petrus Martyr, &c.* & paulo post: *quamobrem post B. Dominicum non immeritò Princeps appellari debet Sacro sancti Officij Inquisitionis, cùm ipse primus illud suo sanguine consecrauerit.* Quin imo vt S. D. N. Papæ Gregorij XV. verbis vtar in quadam bulla edita anno 1622. *Eximij atque singulares fructus, quos dilecti Filij Fratres Ord. Prædicatorum in militanti Ecclesia, cuius regimini diuina disponente clementia præsidemus, attulerunt, & in dies afferunt, promerentur, vt eosdem Fratres specialibus fauoribus, & gratijs quantùm cum Domino possumus, libenter prosequamur*, quibus & cæteri Pontifices eundem Ordinem sunt prosecuti, ita quòd etiam nũc sint ex eo Ordine plusquam quadraginta Inquisitores in Rep. Christiana, scilicet Tolosæ, Bisuntij, Auenione, Tarascone per Galliam; in Germania pro Colonia, Treuiris & Moguntia vnus est tantùm Inquisitor Fr. Cosmes Morelles, in Dalmatia apud Iadetam; Romæ Commissarius Generalis, Bononiæ,

Mediolani, Genuæ, Venetijs, Ferrariæ, Mantuæ, Placentiæ, Parmæ, Mutinæ, Papiæ, Regij, Cremonæ, Comi, Cassalij, Tortonæ, Bergomi, Brixiæ, Veronæ, Vincentiæ, Fauentiæ, Arimini, Ancone, Salucij, Rauenæ, Fani, Eugubij, Turini, Nouariæ, Alexandriæ, Monte Regali, Vercellis, Perusij & hæc Inquisitio ferè totam Vmbriam complectitur. Insuper Anno M. DC. XIV. Mense Iulij, Potentissimus ac Inuictissimus Rex Catholicus Philippus III. pro sua singulari erga Prædicatoriam Familiam beneuolentia, & animaduertens quantùm illa de institutione, introductione, & conseruatione Sanctissimæ Inquisitionis in Orbe Christiano, & potissimùm in suis Regnis Hispaniarum emerita fuerat; ad Supremos ac Generales S. Inquisitionis suorum Regnorum Senatus in Curia sua Madriti & Vlysipone Assistentes duos ex eadem familia Fratres Inquisitores Generales perpetuò futuros assumpsit. Madriti quidem pro prima vice Reuerendissimum Magistrum Fr. Ludouicum Aliaga, suæ Catholicæ Majestatis Confessarium, & de supremo Senatu status &c. Vlysipone autem Fr. Emanuëlem Coëlum, qui fuerat Lusitanæ Prouinciæ Moderator, designauit. Ex quorum eruditione, consilio, & dexteritate plura incrementa rebus fidei Catholicæ prouenire noscuntur. Hæc Fernandes. *in Concert. Præd. fol. 315. num. 2.* Hic notandum quòd Anno Domini M. CC. XXXII. cùm ex Gallia Narbonensi & Aquitanica in Regna Aragonum, & Cataloniæ aliquot Vualdenses hæretici penetrarent, animaduertens Beatus Raimundus Penna fortius Fratr. Ordinis Prædicatorum damna plurima emergentia, efflagitauit Iacobũ Aragoniæ Regem primum huius

nominis, qui dictus est Expugnator, cui à sacris confessionibus erat, vt pro instituendo S. Inquisitionis Officio in suis Regnis, ad tot malis imminentibus obuiandum, Summum Pontificem Gregorium 9. instantissimè rogaret. Annuit Pontifex per bullam sequentem.

DEclinante iam mundi vespere ad occasum, & hominum malitia excrescente, corrupti sæculi corruptelam non solùm sentiunt elementa corrupta, verùm etiam dignißima creaturarum ad imaginem, & similitudinem condita Creatoris priuilegiata priuilegio dignitatis volucribus cœli, & bestijs vniuersæ terræ testatur. Peccat enim ad extremum homo miserrimus, & qui in sui creatione in Paradisi medio constitutus, vt operaretur, & custodiret eundem, ac de omni ligno, quod in eo erat, excepto boni, & mali scientię vesceretur, manere non potuit in eodem: circa fines sæculorum degenerat, & varijs ac varijs quæstionum nexibus se innectit. Ecce namque peccatis exigentibus oua aspidum sunt rupta, & telas araneæ texuerunt, quia miseri, & infœlices hæretici falsum, & hæreticum intellectum, quem mente conceperant, parientes in aures sibi credentium infundunt, Sed qui de ouis eorum comederit, morietur: quoniam eorum doctrinæ, ac consilijs inhærentes æternis incendijs adscri-

buntur. Ecce de radice colubri egredietur regulus, quia ſicut ſtatu venefico, ſic hæc peſtis ſtatu felleo aues volantes interficit, a ſerpente non degenerans primæuo, qui primos parentes circumueniens interemit. Non eſt etiam diſſimilis baſilico, qui viſu necat, quos aſpicit: quia hac reptile venenoſum aſpectu ſeducit & peremit minus cautos. Ecce iam ventus oriens qui indiuiſam, & inconſutilem Domini tunicam, & deſuper contextam per totum penfruſta diſcerpit. Ecce etiam noua ſub nouo teſtamento Acham progenies, quæ de anathemate iniquo regulam auream, palliolúmque furatur. Abiron quoque Dathan, & Core ſoboles deteſtanda, nouis thuribulis fermentatum thimiama nouis volunt altaribus adolere: dum nox nocti ſcientiam indicat, dum hæreſes pullulant, & vulpes demoliri vineam Domini moliuntur. Hi ſunt namque caupones qui aquam vino commiſcent, qui virus draconis in aureo Calice Babylonis propinant, qui iuxta verbum Propheticum arcum rem amaram intendunt, vt ſagittent noxios in occultis. Ita quod niſi botrus in flore lædatur, fructum non ſolum amarum; ſed etiam peſtiferum germinabit. Ecce ſiquidem (quod dolentes referimus & referendo dolemus) hæreticæ labis morbus ſerpens paulatim, vt cancer, quædam loca Taraconenſis Prouinciæ iam infecit. Cum igitur extiuncto nobis Apoſto-

ſtolicæ vicis officio aduerſùs hæreſes inuigilare propenſiùs teneamur. tiam voce ſponſi capere vulpeculas paruulas demolientes vineam, ne per licentiam innaleſcant, & tractu temporis coaleſcent in maioris roboris firmitatem fraternitatem veſtram monemus, & hortamur attentè per Apoſtolica verba ſcripta, ſub diuini atteſtatione Iudicis diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus per vos & Fratres Prædicatores ac alios, quos ad hoc idoneos eſſe nouerit is diligenti ſolicitudine percipiatis de hæreticis, & etiam infamatis. Et ſi quos culpabiles vel infamatos nouerit is, niſi ex animo velint abſolutè mandatis Eccleſiæ obedire procedatis contra eos iuxta ſtatuta noſtra contra hæreticos nouiter promulgata: quæ verba ſub bulla noſtra tranſmittimus incluſa, in receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum ſecundùm eadem ſtatuta nihilominus proceſſuri. Si verò aliqui hæretici labe penitus abiurata ad Eccleſiaſticam redire voluerint vnitatem, ipſis iuxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis & iniungatis eis quod talibus conſueuit iniungi: attentiùs prouiſuri, ne qui videntur reuerti ſub fallaci ſpecie pietatis, impietatem committant, vt Angelus Satanæ in lucis Angelum ſe tranformet. Propter hoc ſtatuta quæ ſuper hoc duximus promulganda inſpicere poteritis, & ab eorum inſidijs ſecundùm diſcretionem

nobis datam a Domino præcauere. Datum Spoleti 7. Kalend. Iunij. Pontificatus nostri anno 6.

Episcopo committitur à Pontifice id negotium, quia nondum erat in Hispania constituta Inquisitio, quæ hoc diplomate constituitur: ad cuius relcripsum plurimi ex Fratribus Prædicatoribus instituti fuerunt Inquisitores, qui maxima incrementa Catholicæ Reipublicæ tum erroribus, tum hæreticis extinctis pepererunt; vt ex plurimis refert Fernandes in Concertatione Prædicatoria pag. 58. Et ab eo tempore quo cœpit exordium in Hispania sancta Inquisitio in Ordine Fratrum Prædicat. permansit vsque ad annum 1507. quando Fr. Didacus Deça Episcopus Ginensis existebat, qui Supremus hæreticæ prauitatis in Hispaniar. Regnis fuit Inquisitor, quo sacro Officio, aliis impeditus, & negotiorum pondere pressus, se libenter abdicauit: sed à Philippo 3. hic honos, vt diximus, sacræ nostræ Religioni fuit restitutus. Et quantum hoc sacro sanctum Inquisitionis officium Eccles. Cathol. sit vtile & ab hæreticis formidetur, quidam modernus nebulo hæreticus, licet contumeliosè fatetur his verbis, post multas præmissas ineptias.

Finalement Dominique Autheur de l'Ordre des Iacobins, fut le premier qui introduisit entre les Chrestiens le supplice du feu pour la Religion, comme encores aujourd'huy les Moynes de sa secte retiennẽt

le tiltre d'Inquiſiteurs de la foy, & ſe font redouter en maints lieux, à cauſe de leur rigueur. On dit que ſa mere enceinte & preſte d'accoucher de luy ſongea qu'elle ſe deliuroit d'vn grand chien portant en ſa gueule vn tiſon ardent. Peut-eſtre que ce tiſon ſignifioit les feux qui ont reduit en cendre vne infinité de gens en la chreſtienneté.

O blaſphemam hæretici impudentiam! nonne idem viſum acciſit Matri Diui Bernardi viri pacifici & verè melliflui ſed iſti mel Chriſtianum, in ſuum ſibi læthale vertunt venenum.

TEXTVS III.

------ Cùm nobis potiſſimùm curę ſit, vt fides catholica vbique floreat, & augeatur, atque omnis hæretica prauitas è cunctorum mentibus depellatur noſtrę diligentiæ ſtudium diligenter adhibemus, vtqui à caula Dominici gregis diabolica fraude ſeducuntur, ad eam (aſpirante Domino) reducantur; vel ſi in eorum dãmato propoſito, per-

tinaci animo perſeuerare contendant, ita debita animaduerſione puniantur, vt eorum pœna aliis ſit in exemplum.

DE hac Romanorum Pontificum cura in extirpandis hæreticis vide Franciſcum Pegnam in *ſua diſputatione de authoritate, ſeu robore probatione & vtilitate extrauagantium, ſeu literarum Apoſtolicarum pro Officio S. Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem, ſupra impreſſa* & Fr. noſtrum Abraham Bzouium *in* ſuo *Pontifice Rrmano cap.* 25. de hoc argumento copioſe, elegantiſſimè, & doctiſſimè diſſerentem : titulus capitis eſt. *Pontifex Roman. Iudex hæreticorum, & victor, folio mihi* 270.

Ex quo aliqua hic capitulatim excerpam hanc curam oſtendentia.

Primùm ergo ipſemet Chriſtus Iudam in ſua ſchola iudicauit, & diabolum nuncupauit. Primos Sacramentariorum, & Arianorum anteſignanos, idem ipſe cenſura notauit, D. Petrus Ananiam Sapphyram & Simonem Magum Macedonij præambulones. Clemens Papiam, Cerinthum & Nicolaitas, Euariſtus Borboritas, Eleutherus Tatianum, Seuerum, & Eucratitas, Victor Cataphygas, Quartadecimanos, & Afrum, Marcionem verò & Valentium Eleutherus, Cerdonem Hyginius, Zephyrinus

Natalium hæreticum condemnauit. Nouatus excommunicatus fuit in Concilio Romano. Synodus Antiochena per Pontificem Romanum Dionysium probata Paulum Samosatenum damnauit. Romanus Pontifex de Sabellij erroribus iudicauit. Damnauit & Arium Syluester Pontifex. In causa Marcelli Galatiæ Episcopi, & Athanasij Alexandrini contra criminatores Eusebianorum iudicauit Iulius Papa. Iudicauit & Liberius Pontifex Eustachium, Syluanum, & Theophilum Episcopos Macedonianos. Damnauit Auxentium Hæresiarcham Damasus, Timotheum, Apollinarem, Maximum Constantinopolitanum, Seleucianos, Hermianos, Macedonium & Iouinianum. Anastasius Origenistas condemnauit; damnauit & Innocentius Donatistas ex sententia Patrum; Pelagianos verò Innocentius & Zozymus, Nestorium etiam Cælestinus cum Patribus Ephesinæ Synodi; damnauit item Pelagium, Cælestium, Iulianum, Præsidium, Florum, Marcellinum, Orentium, & alios plures gratiæ Christi inimicos: Xystus Iulianum Pelagianum; Sanctus Leo cum Concilio ad hoc congregato damnauit Manichæos, & Priscillianistas, Eutychetem quoque Archimandritam, Timotheúmque. Damnauit & Fœlix Pontifex Petrum Magum & Acacium. Damnauit Senecam Pelagianum Gelasius. Hormisdas verò Seuerum cum suis Pseudomonachis, Anthimum hæreticum cum sectarijs Liberius. Pelagius anathemathismata fulminauit contra hæreticos sicut & Gregorius Magnus. Damnauit Honorius Sergium, Seuerinus Heraclium Imperatorem, Ioannes Cy-

rum & Petrum Alexandrinos, Theodorus Pyrrhum Constantinopolitanum, Martinus Paulum Constantinopolitanum, Constantem Imperatorem & reliquos Monothelitas, ipse si quidem vnà cum concilio Lateranensi: Gregorius tertius surrexit contra Iconoclastas. Damnauit in concilio Romano Stephanus quartus Hagiomachos, in concilio verò Nicæno Adrianus Iconoclastas, Zacharias in concilio Romano Adelbertum & clementem: Adrianus Felicem, & Elipandum Nestorianos: Eugenius ex sententia concilij Romani Iconoclastas: Theophilum Imperatorem Gregorius 4. Michaëlem Imperatorem, Bardam & Photium Nicolaus: Berengarium & Brunonem Benedictus Nonus, & Leo nonus sicut & Michaëlem Cerularium: Alexander secundus strenuus etiam fuit in hæreses. Innocentius secundus Damnauit Arnoldum Brixiensem, & Petrum Abaillardum in concilio Romano, Eugenius tertius Petrum Bruis, Petrobrusianos, Henricum Apostatam, & Gilbertum Porretanum Alexander tertius catharos, & Patharenos in concilio Lateranensi damnarunt humiliatos, pauperes de Lugduno Vualdenses, Albigenses, nouos Anabaptistas, recentes Manichæos, Arnoldistas, Speronistas, Passagenos, Tossipenos. Innocentius 3. & 4. Honorius 3. & 4. Gregorius 9. & 10. Alexander 4. & Nicolaus 4. fratricellos verò Bonifacius 8. clemens 5. & Ioannes 22. sicuti & Templarios: Gregorius vndecimus Raymundum Lullum: Martinus 5. Ioannem Hussum, Vrbanus 6. Ioannem Vvicleffum, Paulus secundus Gregorium Podiebradium Bocmiæ Regem, Thaboritas, & reliquos Hussitarios: Leo decimus

Martinum Lutherum hac bulla damnauit: quæ ita habet.

Exurge Domine, & Iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiensibus sunt tota die. Inclina aurem tuam ad preces nostras quoniam surrexerunt vulpes quærentes demolirí vineam cuius in torculur calcasti solus, & ascensurus ad Patrem, eius curam, regimen & administrationem Petro tanquam capiti, & tuo Vicario, eiusque successoribus instar triumphantis Ecclesiæ commisisti. Exterminare eam nititur aper de sylua, & singularis ferus depascitur eam. Exurge Petre, & pro pastorali cura præfata, tibi (vt præfertur) diuinitus demandata, intende in causam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Matris omnium Ecclesiarum & fidei Magistræ, quam tu, iubente Deo, tuo sanguine consecrasti. Contra quam sicut tu præmonere dignatus es; insurgunt Magistri mendaces, introducentes sectas perditionis, sibi celerem interitum superducentes, quorum lingua ignis est, inquietum malum, plena veneno mortifero: qui zelum amarum habentes & contentiones in cordibus suis, gloriantur, & mendaces sunt aduersus Veritatem. Exurge tu quoque quæsumus Paule, qui eam tua doctrina, & pari martyrio illuminasti atque illustrasti. Iam enim surgit nouus Porphyrius: quia sicut ille olim Sanctos Apostolos

iniuſtè momordit, ita hic ſanctos Pontifices prædeceſſores noſtros, contra tuam doctrinam; cos non obſecrando ſed increpando, mordere, lacerare ac vbi cauſæ ſuæ diffidit ad cõuicia accedere non vereatur more hæreticorum quorum (vt inquit Hyeronimus) vltimum præſidium eſt, vt cum conſpiciant cauſas ſuas damnatum iri incipiant virus ſerpentis lingua diffundere, & cùm ſe victas conſpiciant, ad contumelias proſilire. Nam licet hæreſes eſſe ad exercitationem fidelium in dixerit oportere, eas tamen ne incrementum accipiant, néue vulpeculæ coaleſcant, in ipſo ortu, te intercedente & adiuuante, extingui neceſſe eſt. Exurgat denique omnis ſanctorum, ac reliqua vniuerſalis Eccleſia, cuius veræ ſacrarum literarum interpretatione poſthabita, quidam, quorum mentem pater mendacij excæcauit ex veteri hæreticorum inſtituto, apud ſe metipſos ſapientes, ſcripturas eaſdem aliter quàm Spiritus Sanctus flagitet, proprio duntaxat ſenſu ambitionis, auraéque popularis cauſa teſte Apoſtolo, interpretantur, imò verò torquent & adulterant: vt iuxta Hieronymum iam non ſit Euangelium Chriſti ſed hominis, aut quod peius eſt, diaboli &c.

Hactenus & aliis multis Leo in Lutherum, placuit etiam Carolo Imper. iudicium Sedis Apoſtolicæ, qui etiam quòd ſe defenſorem fidei orthodoxæ memi-

niſſet, calculum ſuum adiecit in eundem profanum, & in conceſſu Principum Imperij, Vuormatiæ fecit edictum illud memorabile, quod ſequitur.

CAROLVS QVINTVS Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ Carinthiæ, Carniolæ: Comes Habſpurgi, Flandriæ, & Tyrolis, &c.

Vniuerſis & ſingulis Sacri Romani Imperij Electoribus, aliiſque Principibus tam Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus: Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Præfectis Præſidibus, Iudicibus, Scultetis, Burgimagiſtris, Conſulibus, Scabinis Ciuitatum, Oppidorum, Villarum, Terrarum, & quorumuis aliorum locorum communitatibus: nec non Vniuerſitatum, Studio-

vum, siue Gymnasiorum Rectoribus, & locorum tenentibus, seu officialibus eorundem, ac cæteris quibuscunque nobis, tam iure sacri Imperij, quàm hæreditario, aut alio quocunque modo subiectis & fidelibus, dilectis, cuiuscunque status, gradus, aut conditionis sint, & ad quos præsentes vel earumdem exemplum, nostro, vel alicuius Prælati Ecclesiastici sigillo, siue etiam publici Notarij manus subscriptione, communicatum peruenerit, gratiam Cæsaream, & omne bonum. Ad veri Romanorum Imperatoris officium pertinet, non solùm fines huius sacri Imperij, quod Prædecessores nostri, Germaniæ Principes, ob defensionem S. Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ suo, suorúmque sæpius effuso sanguine, per diuinam gratiam sibi quæsierunt, ad Orthodoxam viam adductis, vel expulsis infidelibus, propagare: verum etiam, ne qua hæreseos labes aut suspicio, in tam sibi subditis nationibus sacrosanctam Religionem nostram commaculet, summo studio prouidere: Ac si quæ iam oriri cœperit, eam omni ope, omnique cura, iuxta normam à sancta Romana Ecclesia hactenus obseruatam delere penitus, & extinguere. Quòd si quis alius è maioribus nostris, tanto nos magis præstare debemus, quantò Dei Opt. Maximi immensa benignitas nobis plura regna, & Dominia, pluréſque & magis bellicosos populos, maioréſque ditiones,

iam multis seculis, alienis Principibus, qui hisce titulis sit potitus, ad sua S. fidei tutelam, & incrementum, elargiri dignata est. Accedit, quòd quum ex paterno genere, è Christianissimis Imperatoribus, & Archiducibus Austriæ, Ducibusque Burgundiæ: ex materno verò, Catholicis, Hispaniarum, Siciliæ, & Hierusalem Regibus, simul orti, quorum omnium pro fide Christiana, res præclarè gestas, nulla vnquam delebit oblivio, non sine grauis conscientiæ nostræ onere, & perpetua nominis nostri nota, quadámque veluti, nebula, fœlicibus ineuntis principatus nostri auspicijs effusa, facilem crederetur, si quæ iam ab hinc triennium pullulare in Germania, cœperunt, novas quasdam hæreses, immò veteres iam sæpe olim per Concilia, & Summorum Pontificum decreta, approbante Ecclesia, damnatas, & nunc denuo veluti ab inferis erutas, altiores jacere radices vlla nostra negligentia passi esse videamur.

Sanè, vestrum neminem ignorare existimamus, quibus erroribus, & hæresibus, ab Orthodoxa fide longè alienus quidam frater Martinus Lutherus, Ordinis Sancti Augustini, Religionem Christianam, in hac præsertim inclyta Germanica natione, omnis infidelitatis & hæresum perpetua oppugnatrice ita inficere conetur, vt nisi maturè occurratur, tota hæc natio, & deinde serpente contagione vni-

uersa Christiana Respublica in abominandum Schisma, & bonorum morum pacisque ac tandem detestandam sui perniciem, prolapsura videatur. Quapropter non immerito commotus sanctissimus in christo Pater Dominus Leo X. sacro sanctæ Romanæ & vniuersi Ecclesiæ sum. Pōtifex: ad quem fidem catholicam, & Ecclesiæ Sacramenta curare spectat, prædictum Martinum è principio clementer & paterne monuit, & hortatus est, vt à nefandis huiusmodi inceptis desisteret, & iam sparsos errores reuocaret. Quod cum ille neglexisset, & peiora semper prioribus adderet: Idem Beatissimus Pater, adopportuna, neque tamen insueta remedia procedere statuit. Itaque conuocatis sæpius Reuerendissimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Episcopis, ac alijs Prælatis, nec non regularium Ordinum Prioribus seu ministris generalibus, accersitisque pluribus scientia & probitate præstantibus viris, & in omni doctrinarum, & linguarum genere eruditis ac diuersarum christianarum nationum doctoribus & Magistris: prædicto tamen Martino prius vocato, ac citato, ac in contumacia persistente, ipsius scripta, tam Alemanico quàm latino sermone edita & edenda, vt perniciosa, & fidei vnitatique Ecclesiæ contraria auctoritate sua Apostolica præfatorumque ad hoc Cardinalium consilio & assensu, ac Episcoporum & Prælatorum

Doctorumque & Magiſtrorum matura deliberatione damnauit, & vbique locorum comburenda, prorſuſque abolenda cenſuit & decreuit. Martinum verò ipſum, niſi infra certum expreſſum terminum, à publicatione decreti ſanctitatis ſuæ mutata ſententia, ſe errores ſuos reuocaſſe, & ad pœnitentiam redgſſe, docuiſſet. vt inobedientiæ & iniquitatis filium, vt ſchiſmaticum & hæreticum ab omnibus euitandum, & prout iura poſtulant, puniendum declarauit, ſub pœnis & cenſuris, quæ in Apoſtolicis literis, bulla plumbea communitis, & ſuper hac re editis, latiùs continentur. Quas ad nos, vt pote chriſtianæ fidei verum & ſupremum propugnatorem & Sedis Apoſtolicæ, ſanctæque Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ primarium filium & aduocatum, per ſuum & dictæ Sedis ſpiritualem nuntium & oratorem, honorabilem virum & nobis dilectum Hieronymum Alexandrum eiuſdem Sedis Prothonotarium, & Apoſtolicæ Bibliothecæ Præfectum dedita ad hæc opera, miſit: petens atque requirens, vt pro officio ac debito Imperialis dignitatis, in vniuerſa primum Romanorum Imperio, deinde (quod catholicum Regem & chriſtianum Principem decet) in cæteris etiam regnis, dominijs & Prouinciis noſtris & præſertim in Germania præſtito in auxilium fidei catholicæ brachio ſæculari, omnia & ſingula in iam dictis literis Apoſtolicis contenta immobiliter

vitum, ad damnata Bohemorum reuocat instituta. At saluberrimam peccatorum confessionem primùm ita inuoluit, vt confusionem eam è confessione fecerit, mox etiam magna in parte conuellit, postremo, adhuc peiora se de ea scripturum minatur. Vnde nonnulli iam (vt accepimus, quod vel audire est intolerabile) sumpta hinc occasione, de confessionis instituto & modo cœperint subdubitare. Alij mutilatam vt truncam fecerint: alij vero (proh scelus) & confiteri ipsi destiterint, & ne quaquam esse confitendum publicè asserere sint ausi. porro sacerdotalem ordinem & per quod sacro-sanctum Christi Corpus, Sanguisque conficitur diuinum illud munus, clauiúmque cœlestium potestatem non solum vilissimi pendit Lutherus, & laicis puerisque atque adeo fœminis ipsis, communia facit: sed & eosdem Laicos, ad lauandas sibi in sacerdotum sanguine manus, incitat. Ipsum vero summum nostræ Religionis Sacerdotem, diui Petri successorem, & verum in terris Christi Vicarium, non nisi infamibus & probrosis nominat verbis, & frequentissimis atque inauditis inuectiuis, contumelijs, & blasphemijs insectatur. Liberum arbitrium prorsus nullum esse, sed omnia certa lege stare, ex manichæi quidem & Wicleffi penu depromit; & tanquam inefragabili argumento ethnicorum Poetarum carminibus confirmat. Missæ

Venerabile Sacramentum neque defunctũ neque viuis alijs, quàm ſoli celebranti, ſuffragari ſcribit. Ieiuniorum & orationum inſtitutionem & conſuetudinem, ab Eccleſia obſeruatam, inuertit & corrumpit De purgatorio, & animarum quæ in eo expiantur ſtatu, deque diuini ſacrificij, & veniarum ſuffragiis, quæ à nobis fideles defuncti expectant, cum Vualdenſibus & Vuicleffiſtis contra eccleſiam ſentit: de Eccleſia vero ipſa militante cum pelagianis & Huſſitis. At Sanctorum Patrum Auctoritates & ſcripta ab Eccleſia recepta pro nihilo habet. Ac etiam ſæpe deridet, debitúmque illis cultum, & deuotionem deterit & diminuit. Obedientiam, & regimen omne prorſus tollit. Vnde populi ad defectionem & rebellionem à ſuis tam ſpiritualibus quàm temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cum magno ac manifeſto chriſtianæ Reipublicæ diſcrimine prouocentur. Quin immo cùm vitam quamdam ſolutam, licentioſam, atque ab omni lege expliciram, & verè ferinam inducere conetur, ita exlex homo, leges ipſas omnes damnat & contemnit, vt decreta Sanctorum Patrum, & Sacros Canones, publico igni comburere non formidauerit: facturus peiora ciuili iuri, ſi non magis ſæculi gladium, quam Pontificis excommunicationes & cenſuræ metuiſſet.

Iam

Iam vero ſacro ſanctis Concilijs palam contradicere & pro ſuo arbitratu detrahere, non erubeſcit, quibus potiſſimum Conſtantienſe illud, quod cum perpetua inclitæ Germanicæ nationis gloria, pacem & tranquillitatem diſſidenti eccleſiæ dedit; ita vbique mordet, & impuroſceleratóque ore lacerat, vt in magnum vniuerſalis Eccleſiæ dedecus & offenditculum, ſed Germanicæ præſertim nationis opprobrium, & ignominiam Concilium ipſum nunc peſſime omnium erraſſe ſcribat, nunc Synagogam ſathanæ quique in eo conuenerant & Ioannem Huſſitam hæreſiarcham comburi iuſſerant, Sigiſmundum vtique fæl. re. Imperatorem & ſacri Imperij Principes Antichriſtum, & ſuos Apoſtolos, homicidaſque & Phariſæos vocet. Quid, quod damnata in eodem concilio omnia Ioannis Huſſitæ errata, Euangelica & chriſtiana eſſe, & ſe recipere probaturúmque profitetur: approbatos verò eiuſdem Huſſitæ articulos nequaquam admittit. In tantámque prorupit mentis veſaniam, vt ſi ſemel Ioannes Huſſita fuerit hæreticus, ſe plus decies hæreticum Martinus glorietur: homo vſque adeo nouarum rerum ac potius perditionis humanæ cupidus, vt nihil ferè ſcripſerit, vel ſaltem ſuo nomine diuulgauerit, cui non aliqua peſtis, aliquis lethalis inſit aculeus: præter illos libros, ne nomi-

nandos quidem, ob execrandam eorum materiam ipsius tamen titulo editos, & ab eo cum reliquis, vt suos agnitos, quorum singula verba, singula venena meritò quis dicat. Et ne omnia, quæ innumerabilia sunt, Lutheri errata singulatim percenseantur, tanquam si hic vnus, non homo sed diabolus ipse, sub hominis specie, ad perniciem humani generis, assumpta Monachi cucullula, quam plurimorum hæreticorum damnatissimas hæreses, iam diu sepultas, in vnam sentinam congesserit, & aliquas etiam nouissimè de suo excogitauerit, subsimulata prædicatione fidei, quam ad prætexendos suos dolos, tam sæpe, tantóque opere obycit: fidem veram prorsus destruit sub libertatis, quam promittit specie: diaboli iugum & seruitutem inducit, & sub Euangelicæ professionis nomine, omnem Euangelicam pacem & charitatem, omnémque rerum ordinem, & pulcherrimam denique totius Ecclesiæ faciem inuertere, labefactare, & penitus pessundare molitur.

Quibus omnibus per nos, & Consilia nostra omnium nationum nobis subditarum, sæpius & diligenter attentis & consideratis, & præsertim in hac parte ab eodem beatissimo patre requisiti: absque insigni macula nostra, atque Orthodoxæ. Religionis iniuria & detrimento, rem tanti ponderis negligere nequaquam potuimus, vt etiam non debui-

mus, neque voluimus: sed potius prædecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum, vestigijs insistentes, eorúmque libertate Catholicę & Apostolicæ Ecclesiæ perpetuò laudabilia facta, ac pias & sanctas super puniendis & exterminandis hæreticis constitutiones obseruantes, conuocatis, sæpius ad præsentiam nostram propter hoc prȩcipuè, Electoribus (nec non vniuersis sacri Romani Imperij ordinibus & statibus, in hoc Vuormatiensi Conuentu congregatis, de eorum omnium & singulorum vnanimi consilio, matura deliberatione, & consensu, in hanc tandem deuenimus sententiam & conclusionem, vt quamuis hominem ita à summo Pontifice & sede Apostolica condemnatum, & in sua obstinata peruersitate obduratum, atque ab vsu Catholicę Ecclesię alienum, & notorium hæreticum audire, omni iure exceptum esset: tamen ad tollendam omnem cauillandi ansam (idque quia nonnulli pleróque libros Martino ascriptos, ipsius esse apertißimè inficiabantur) cumplures audiendum à nobis prius hominem, quam in eum executionem Pontificij decreti alterius procederemus, asseuerabant, Martinum sȩpe dictum, misso ad ipsum, dedita operâ, vno è caduceatoribus seu prȩconibus & Herardis nostris, sub huc veniendi & hinc recedendi saluo conductu accersiri iuberemus. Quod & factum fuit: non vt nos de hoc negotio iudicaremus

aut cognoſceremus (cùm id dubio procul ad Romanum Pontificem, & ſedem Apoſtolicam pertineat) neque vt res ſacro-ſanctæ fidei noſtræ, nunc tandem, poſt tot ſæcula, per nouas altercationes cum magno fidelium ſcandalo & perturbatione, ac infidelium deciſione, in controuerſiam reuocari pateremur: ſed vt cum vulgi & plurimorum ita petentium ſatisfactione, hominis animum pertentantes, eum bonis monitionibus & ſuaſionibus ad rectam ſemitam (ſi fieri poſſet reduceremus). Itaque Lutherum in noſtra & ſacri Imperij Electorum Principum, Praelatorum, & ſtatuum præſentia conſtitutum iuxta eam Imperialis mandati, ſuper hac re nuper editi interrogari iuſſimus. Primùm, nunquid ipſe multos libros ſibi ob oculos adductos & titulatim nominatos, & alios item, qui ſub ſuo nomine circumferuntur, compoſuiſſet. Deinde, an ea, quæ in ſuis libris contra ſacra concilia, decreta Patrum, ritus & conſuetudines à noſtris maioribus ad hunc vſque præſentem diem obſeruatas ſcripſerit, reuocare vellet, & ad ſinum & vnitatem vniuerſalis Eccleſiæ redire, adhibitis ad hoc noſtro & Imperij nomine admonitionibus & adhortationibus quæ obſtinatiſſimum hominem (etiam lapide duriorem) emollire, & conuertere potuiſſent. Qui ſane ſtatim libros ipſos ante dictos, vt

ſuos agnouit, & confeſſus eſt, & numquam ſe id negaturum proteſtatus: Immo & adhuc alios ſe compoſuiſſe dixit, quorum copia cum nobis non fuiſſet facta, idcirco in medium non fuerunt allati. Quantùm vero ad reuocationem attinet terminum ſibi ad reſpondendum dari petijt, qui quamuis merito negari potuiſſet, tùm quia nouitates & errores in fide nulla ſunt dilatione tractandi, ſed ſtatim penitus reſecandi: tùm quia ex mandato noſtro ſibi legitimè inſinuato, nec non etiam literis quas ad eum dederamus, optimè admonitus, quam ob cauſam, vocaretur, non niſi ſtatim reſpondere paratus. ad tantum Imperialis conuentus conſeſſum venire debuiſſet: tamen ex noſtra clementia & benignitate vnius diei adhuc terminum ad reſpondendum ſibi dedimus. Quo elapſo, rurſus coram nobis, & prædictis ordinibus Imperij comparens, & ſimilibus adhortationibus, ſæpius vt ad cor rediret, efflagitatus, pollicentibus etiam nobis, ſi reſipiſceret, erroréſque ſuos agnoſceret, & quae in ſuis libris damnata & mala eſſent, reuocaret: facilè nos impetraturos, vt à beatitudine Pontificis in gratiam beniquè reciperetur, & adhibito fideli, aequo, & diligenti examine, ex ipſius libris quae mala ſcripſerat, ſecernerentur: quae vero bona, Auctoritate Apoſtolica approbarentur.

dem egregia ſua hic acta condigno fine clauderet, & quod peßimè incœperat, peius terminaret, & quid animi habeat, & quàm fidelium clade exultet vel in noſtro & ſacri Imperij conſpectu diſſimulare non potuit. Nam detorta (vt hæreticis mos eſt) à vero ſenſu ad ſuam impietatem Euangelica illa ſententia: non veni mittere pacem, ſed gladium, omnium ſibi dixit iucundiſsimam iſtam in rebus faciem videri ob verbum Dei, ſtudia & diſſenſiones fieri: id eſt (quod vtinam ne experientia videremus) obdiſsidentes ab Eccleſiæ ritu Lutheri opiniones, quas verbi Dei falſo titulo prætexit, verè ſtudia contraria, & diſſenſiones & diſsidia, & ſchiſmata, & bella, & cædes, & rapinas inter Chriſtianos concitari. Tali igitur & tam ſubdola, atque hæreticis omnibus peculiari, reſponſione nobis & ſacro Imperio à Luthero data, & ſi decreueramus, ipſo ſtatim remiſſo, ad vlteriora progredi (id quod ex ſententia noſtra manu noſtra ſcripta, & poſtera die publicata nemini non conſtare poteſt) tamen ad preces omnium Imperij Ordinum inclinati, adhuc ipſi triduum ad recipiſcendum conceſsimus quo tempore duo Electores, duo Epiſcopi, duo Principes ſæculares, duóque Ciuitatum nomine, vniuerſos Ordines, & ſtatus Sacri Romani Imperij repreſentantes, & ad hoc communi omnium iuſſu, & nomine deputati, vocato ad ſe Martino prædicto

nullum non admonendi & adhortandi cum, vt tandem reſipiſceret, & niſi id faceret, quæ ipſum à nobis & ſacro Imperio, legúmque conſtitutionibus pœnæ manerent, declarandi officium fruſtra inſumpſerunt. Vnus etiam ſacri Imperij Elector, adhibitis ſecum duobus Doctoribus, pietate & ſcientia præclaris, non ſolum adhortationibus, ſed etiam multorum errorum euidentibus redargutionibus ad ipſius vſque obtumeſcentiam factis mox ſe orſum ipſum prudenter & humanè conmonefecit, vt ad Summi Pontificis & ſedis Apoſtolicæ noſtrúmque & Sacri Imperij ſtatuum & caterarum fidelium nationum ſanam ſententiam iuxta continuatum tot ſæculis Eccleſiæ ritum, potius quàm ad ſuam vnius opinionem reſpiceret. A qua, ſi recedens, in ordinem redire vellet, id ſe primum nonnullorum ſanctorum Patrum, qui & ipſi aliquando errauerunt laudabili exemplo, deinde ſaluis anima, corpore & honore factúrum cognoſceret. Adquæ Martinus attendens, & ſi varia pleraque & diuerſa cumque eis quæ ſcripſerat, pugnatitia, nihilo tamen meliora, aut ſaniora, priuatim reſpondit quod publicè coram nobis & ſacro Imperio fecerat. Atque adeo ſe, non omnes modo ſupra memoratos, ſed & conſilium ipſum generale (ſi quod fieret) ſuſpectum habere proteſtatus eſt, &

(vt certiſsimo & omni exceptione maiori teſtimonio nobis conſtat) pollutiſsimo & ſceleratiſsimo ore profari non eſt veritus, res Euangelij & catholicæ fidei numquam fuiſſe in concilijs generalibus bene tractatas. Vnde non iniuria plurimùm nobis mirari ſubiret, curnam à ſummi Pontificis ſententia ad generale concilium nuper prouocarit, quùm tam impiè de concilijs ipſis loquatur, & ſcribat, niſi manifeſtè ſciremus, vt nihil eſt hæreticis æque formidabile, atque Oecumenicam concilium: ita nihil illis iiſdem magis proprium eſſe quàm vt dictis factiſque & ſcriptis ſecum ipſi diſſideant. Quod ſi vſquam alibi, præcipuè in Lutheri libris (diuina prouidentia ſic operante, qnò ipſius vana ædificia perſeruant) paſſim legere & videre eſt.

His omnibus & ſingulis, ſic omnino vt præmittitur, ſe habentibus, quùm prædictus Martinus, tam peruersè & obſtinatè in ſuis adeo manifeſtè hæreticis opinionibus perſiſteret, vt ab omnibus ijs, qui ſapiunt, partim demens, partim etiam malo aliquo obſeſſus ſpiritu iudicaretur. Nos iuxta tenorem ſalui conductus, ipſum ſtatim à conſpectu noſtro miſſum fecimus, datóque ſibi in comitatu vno ex Heraldis noſtris præſcripto termino, à die 25. Menſis Aprilis, qua ex Vuormatia diſceſſit ad viginti, deinde proximè futuros dies, quibus

peractis, vna ſaluus conductus peractus extinctus cenſeretur. Nunc tandem ad reliquas opportunas medelas, huic peſtilentiſſimo morbo neceſſarias, in hunc qui ſequitur modnm procedere decreuimus.

Primum omnium ad honorem Dei Omnipotentis, Romanique Pontificis, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ debitam reuerentiam, pro Imperialis dignitatis officio, ac debito, nec non zelo, & ſtudio quo noſtrorum maiorum more, & ingenita etiam nobis vi ad defenſionem Catholicæ fidei, ſanctæque Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ honorem, tutelam, & protectionem, omnes noſtras vires & facultates, Imperium, Regna, Dominia, amicos, vitam denique & animam ipſam noſtram exponere ſumus parati ex Imperiali, & regia authoritate, nec non concilio & aſſenſu Electorum, & omnium Sacri. Roman. Imper. principum, ordinum, & ſtatuum in hac celeberrima & frequentiſsima Imperiali dieta Vuormatiæ Congregatorum, ad perpetuam rei memoriam, exequendo ſanctiſsimi Domini noſtri Papæ, veri in hac parte iudicis, ſententiam, decretum & condemnationem, in literis Apoſtolicis vt ſupra dictum eſt) ad nos directis contentam Martinum Lutherum vt membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, vt obſtinatum, Schiſmaticum, & notorium hæreticum à nobis haberi declaramus, & vt talem à vobis & ſingulis habendum decer-

nimus & edicimus: mandantes de eorumdem ſtatuum concilio & conſenſu ſub criminis læſæ Maieſtatis, noſtraéque & ſacri Imperij grauiſsimæ indignationis, ac etiam amiſsionis feudorum, dominiorum, & bonorum omnium, gratiarum quoque & omnium priuilegiorum à nobis & ſacro Imperio dependentium, quæ obtinuiſtis hactenus, aut prædeceſſores veſtri quomodolibet obtinuerunt, necnon proſcriptionis ac banni, & interdicti Imperialis pœnis: ne quis veſtrum prefatum Martinum Lutherum receptare, defendere, ſuſtentare, fouere, dicto, facto, aut ſcripto præſumat. Quin immò poſt elapſum ſupradictum viginti dierum terminum contra eum vbicumque deprehenſus fuerit, & in manu aut facultate veſtra erit iuxta formam Imperialis banni procedatis, vel ſaltem perſonaliter captum tam diu cuſtodiatis, donec nos à vobis de hac re certiores facti de legitima in eum proſecutione facienda vobis ſignificemus & uos tam ſancti operis & laboris debita præmia, & mercedem etiam vberem cum impenſis ob hanc cauſam factis reportetis,

Et nihilominus eiuſdem Martini adhærentes, receptatores & quomodolibet fautores & ſectatores (niſi ſe iniquitatis ſemitam deſeruiſſe & authoritate Apoſtolica abſolutionis remedium conſecutos eſſe fidem condignam fecerint) iuxta ſacras

constitutiones, ac interdicti, & banni Imperialis legem & ordinem, liberè, & absque vlla contradictione prosequamini illosq; & illa capiatis, & in vsus vestros optimo & pleno iure conuertatis. Mandamus insuper vobis omnibus & singulis præfatis sub eisdem prænominatis pœnis, nequis Martini Lutheri scripta à summo Pontifice Authoritate sua Apostolica (vt præmittitur) damnata, aut quæcumque tam latino quàm Alemanico, seu alio quouis idiomate ab eo hactenus composita, vel in posterum componenda, vt pote mala, suspecta, & à notorio & pernicioſissimo hæretico prouenientia emere vendere, tenere, legere, describere, imprimere, aut describi vel imprimi facere, asserere, sustentare, prædicare, defendere præsumat, non obstante quod illis etiam aliqua bona (ad fallendas simplicium mentes) immixta essent. In quo præter iustam sedis Apostolicæ sententiam, etiam laudatissimam veterum Patrum institutionem & consuetudinem omnino exequendam duximus: qui Arrianorum, Priscillianistarum, Nestorianorum, Euthychianorum, & aliorum, hæreticorum libros, & in illis contenta omnia, tam bona, quàm mala, promiscuè exusserunt & adnihillarunt, neque id immerito. Nam si optimi quique vbi vnius tantum guttæ veneni (quo humanum corpus laderetur) infusione suspecti penitus

sunt abÿciendi : quanto magis ea scripta , quibus tanta, & tam noxia animabus venena passim inserta sunt, non solum nobis cauenda sunt sed etiam (ne aliis noceant) prorsus destruenda & corrumpenda, atque ab omni hominum memoria veniunt oblíteranda. Accedit ad id quod quidquid boni in Martini libris reperitur, id antea à sanctis Patribus quos Ecclesia recepit & approbauit , sæpe dictum. & sæpius repetitum absque vllius periculi aut mali suspicione, legi & haberi potest.

Quapropter, sub eisdem pœnis omnibus & singulis supradictis, vos omnes & quilibet vestrum, tam principes, quam alij, ad quos iustitiam quomodolibet pertinet ministrare, & alij quicumque in vniuerso Imperio , Regnis & Dominiis nostris constituti huiusce modi pestiferos Martini libros, tam Alemanicos quàm latinos impressos & imprimendos, aut etiam manu scriptos, vbicumque reperiantur (vt pote magna seditionis, schismatis, hæreseos, in Ecclesia Dei fomites) diripiendos & publico igni consumendos, penitúsque abolendos cum effectu curetis, Apostolicisq; nuntiis seu eorum commissarijs si operam vestram ad hanc rem requisuerint, fideliter & diligenter assistatis : & nihilominus in eorum absentia, peruersos ipsos hæc sic fieri nostro nomine & iussu, omnino & re ipsa fa-

ciatis. In quo omnibus fidelibus, dilectis subditis nostris, vt vobis & nobismetipsis assistant, & pareant, tenore præsentium sub eisdem pœnis injungimus & mandamus: verum quia maximè cauendum est, ne Martini libri, aut ex illis excepta mala suppresso, aut etiam mutato authoris nomine publicentur: quia etiam, non sine magna animi nostri offensa, multos quotidie videmus & audimus cùm alibi, tam maximè in Germania cõponi & imprimi libros pluribus malis traditionibus, & exemplis refertos: & ne non omni æstu & dolo humanæ naturæ hostis.

Christianis laqueos tendat multos, passim divulgari picturas & imagines, non in opprobrium modò priuatarum personarum sed & ipsius summi Pontificis, & sedis Apostolicæ contumeliam excogitatas, ex quibus omnibus libris, & picturis christi fideles in maximos, tam in fide, quàm in vita, & moribus prolabuntur errores, & non solùm priuata odia, scandala, & simultates (prout experientia docet) multis in locis exorta fuerunt verùm etiam seditiones, tumultus, rebelliones, schismata in Regnis, Prouincijs, & populis, atq; vniuersa Dei Ecclesia (nisi prouideatur iamiam excitanda formidantur. Idcirco ad hanc perniciosissimam pestem extinguendam, ex supradicto-

rum Electorum, & ſtatuum concordi animo & ſententia omnibus & ſingulis ſupradictis tam Imperiali quam hæreditario iure Nobis ſubditis ſub iam ſæpe dictis omnibus pœnis præcipimus & mãdamus ne quis huiuſmodi famoſos & peſtilentes libros, ſeu quaſcunque alias ſchedas, ſcripturas, imagines, picturas contra Orthodoxam fidem, bonos mores & id quod ſancta Romana Eccleſia hactenus obſeruauit: atque etiam inuectiuas criminationes & ignominias contra ſummum Pontificem, Sedem Apoſtolicam, Prælatos, Principes, uniuerſitates ſtudiorum & eorum facultates honeſtas perſonas componere, ſcribere imprimere, depingere, uendere, emere, tenere, habere, aut imprimi, deſcribi, depingi, vel vendi facere, quauis arte aut dolo audeat, aut attentet.

Quin immò ſub eiſdem pœnis iubemus omnibus & ſingulis ſupradictis, & præſertim ijs qui Iuſtitiæ miniſterio præſunt, vt eiuſmodi libros quoſcumque ante hac impreſſos, vel poſt hac imprimendos, nec non etiam manu ſcriptos, cuiuscumque ſint authoris, aut vbicumque locorum per Sacrum Imperium atque etiam noſtra hæreditaria Regna et Dominia, inueniantur, ſimiliter etiam et picturas huiuſmodi et imagines noſtro iuſſu et nomine occupent, diripiant, et publico igni comburãt.

Et nihilominus huiuſmodi deteſtabilium librorum codicum, ſchedarum ſcripturarum, & picturarum authores & inuentores, ac etiam poſt præſentu mãdati publicationem impreſſores, emptores, & venditores, qui contra iuſſa noſtra facere præſumpſerint (ſi modò id legitimè conſtiterit) nec non eorũ iura, & bona omnia & ſingula capiant, apprehendant, & detineant, ac iure bono quicquid ſibi libitum fuerit de illis diſponant: ita, quòd de hoc nulli hominum tam in iudicio quam extra, reſpõdere ſint obligati. Atque vt omnis huiuſce modi et aliorum errorum occaſio tollatur, et ne talia ſcribentium venena longè latéque diffundantur, ſed præclarum imprimendi libros artificium in bonos tantum, et laudabiles vſus exerceatur: ex certa noſtra ſcientia, animoq́ deliberato, ac Imperiali, regiaq́ authoritate, de maturo ſupradictorum Electorum et aliorum Rom. Imperij ſtatuum Concilio, deliberatione, et conſenſu vnanimi, volumus et ſub banni, et interdicti Imperialis, ac alijs antedictis pœnis præcipimus et iubemus tenore præſentis edicti, quòd vim inuiolabilis legis habere decernimus, ne quis de cætero, Chalcographus et librorum impreſſor, aut alius quiuis vbi libet per ſacrum Imperium, atq́ noſtra prædicta Regna et dominia conſtitutus libros vllos, ſeu aliam quamcumque

que ſcripturam, in quibus de ſacris literis, aut fide Catholica aliquid, vel minimum, tractatur, non habito priùs conſenſu & voluntate ordinarij loci, aut eius ad hoc ſubſtituti et deputati, cum authoritate etiam facultatis Theologicæ alicuius propinquę vniuerſitatis, pro prima videlicet impreſſione: alios verò cuiuſcumque rei et facultatis libros et ſcedas, et picturas de conſenſu ſaltem ordinarij aut eius ad hoc ſubſtituti vllo pacto Imprimere, vel vendere aut imprimi vel vendi facere directè vel indirectè quoquo modo præſumat aut attentet, Quod ſi quis cuiuſcumque ſit dignitatis, gradus, aut conditionis, hanc noſtram mentem, decretum, ſtatutum, legem, et ordinationem, in omnibus et ſingulis ſupradictis tam Lutheranam quàm impreſſoriam materiam concernentibus, inuiolabiliter obſeruandam vllo pacto, aut quouis quęſito colore vel ingenio contra facere, aut venire auſu temerario pręſumpſerit: prętterquam quod illud irritum decernimus et inane, etiam in læſæ Maieſtatis crimen, ac noſtram & ſacri Imperij grauiſſimam indignationem, proſcriptionisque & banni, ac interdicti Imperialis: nec non alias ſæpe dictas pœnas, ſe. ipſo facto incurriſſe cognoſcat harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri munimine roboratarum. Datum in Ciuitate noſtra Imperiali Vuormatia die octauo Menſis Maij. Anno Domini M. D. XXI. Regnorum noſtro-

rum, Romani ſecundo: cęterorum vero omnium ſexto.

O quam fœlices ſtatus & regna beata in quibus quiſque ſcit quid ſibi ex officio incumbat, & quæ ſint reddenda Cæſari quæuè Deo! quorum omnium peritiſsimus fuit & obſeruantiſſimus hic noſter prædictus Imperator, qui certè videtur aduertiſſe ſerio admonita Diui Bernardi quæ dirigit Conrado Romanorum Regi Epiſt. 243. his verbis *Nec dulcius, nec amicabilius, ſed nec arctius omnino Regnum ſacerdotiúmque coniungi ſeu complantari in inuicem potuerunt, quàm vt in perſona Domini ambo hæc pariter conuenirent, vt pote qui factus eſt nobis ex vtraque tribu ſecundùm carnem ſummus & ſacerdos & Rex. Non ſolùm autem ſed & commiſcuit ea nihilominus ac confederauit in ſuo corpore, quod eſt populus Chriſtianus, ipſe caput illius: ita vt hoc genus hominum Apoſtolica voce genus electum, regale ſacerdotium appelletur. In alia quoque ſcriptura, quotquot ſunt prædeſtinati ad vitam, omnes Reges & ſacerdotes nominantur Ergo quæ Deus coniunxit, homo non ſeparet. Magis autem quod diuina ſanxit authoritas, humana ſtudeat adimplere voluntas, & iungant ſe animis qui iuncti ſunt inſtitutis. Inuicem ſe foueant, inuicem ſe defendant, inuicem onera ſua portent. Ait Sapiens, Frater adiuuans fratrem, ambo conſolabuntur. Quòd ſi alterutrum ſe, quod abſit, corroſerint, & momorderint, procul dubio ambo deſolabuntur. Non veniat anima mea in conſiliũ eorũ, qui dicunt: vel Imperio, pacem & libertatem Eccleſiarum, vel Eccleſiis proſperitatem & exaltationem Imperij eſſe nocituram. Non enim vtriuſque inſtitutor Deus, in deſtructionem ea conne-*

xuit, ſed in ædificationem. *Itaque accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime, vt reſtituat ſibi Cęſar quę Cæſaris ſunt, & quæ ſunt Dei Deo. Vtrumque intereſſe Cæſaris conſtat, & propriam tueri coronam, & Eccleſiam defenſare. Alterum Regi, alterum conuenit Eccleſiæ aduocato.* Hæc S. Pater volebat dirigi ad aduocatum & defenſorem Eccleſiæ, qualem eſſe ſe profitebatur Carolus Imperator, his ſimilia forſan cum maiori energia olim in ſeptima œcomenica Synodo coram patribus lecta Nicææ, Taraſio Conſtantinopolitano dirigebant Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus & Hieroſolymitanus his verbis. *Secundas Eccleſię portant Imperatores. Nam primum tu Eccleſia locum poſſident Sacerdotes. Sacerdotium enim Imperij ſanctificatio eſt, & conſtitutio: & Imperium Sacerdotij fortitudo, & firmamentum. De quibus ſapiens quidam Princeps, & in ſanctis Regibus beatiſſimus ait: maximum donum Deus hominibus præſtitit, ſacerdotium & imperium, illis quidem adornans & regens cœleſtia, hoc verò gubernans iſta terreſtria.* Et fortè timoratus noſter Imperator territus fuit exemplo Vuillelmi Regis Angliæ, Eccleſiaſticæ libertatis perturbatoris, qui in venatione ſagitta in ceruum emiſſa percuſſus perijt, & à Sancto Hugone Abbate Cluniacenſi viſus eſt apud Thronum Dei accuſatus, iudicatus, & condemnatus: cuius ſucceſſorem Henricum, hominium ab Anſelmo petentem, iuueſtituras Eccleſiarum & reliqua ſacra iura vſurpantem epiſt. 51. Iuo Carnotenſis his verbis admonet. *Et quia res omnes non aliter bene adminiſtrantur, niſi cum Regnum & ſacerdotium in vnum conuenerint ſtudium: Celſitudinem veſtram obſecrando monemus, quatenus, in Regno vobis commiſſo vei-*

bum Dei currere permittatis, & Reguum terrenum cœlesti Regno, quod Ecclesiæ commissum est subditum esse debere, semper cogitetis. Sicut enim sensus animalis subditus debet esse rationi, ita potestas terrena, subdita esse, debet Ecclesiastico regimini. Et quantùm valet corpus, nisi regatur ab anima: tantum valet terrena potestas, nisi informetur & regatur Ecclesiastica disciplina. Et sicut pacatum est regnum corporis, cùm iam non resistit caro Spiritui, sic in pace possidetur regnum mundi, cùm iam resistere non molitur regno Dei. Hoc cogitando, seruum seruorum Dei vos esse intelligite, non Dominum: protectorem, non possessorem, vindicem non iudicem: vnam debere esse de cedris Libani, quas plantauit Dominus in qua nidificent passeres, id est sub cuius tutela quietè fructificent, & conuersentur Christi pauperes: quorum orationes prostatu regni vestri, & incolumitate vestra: quantò quietiores, tantò sanctiores quantò sanctiores tanto constat esse efficaciores Hoc eum faciendo, & regnum quiete, Deo cooperante, possidebitis, & ad Regnum æternum eiusdem miseratione peruenietis Hæc ille.

Damnauit etiam hæreticos, vt ad institutum reuertar S. D. N. Paulus V. in celebri illa bulla cœnæ Domini, quæ quia omni negotio vtilissima est, & multis ne dicam omnibus perneccssaria hîc diuulgatur, & sic habet.

PAſtoralis, Romani Pontificis diligentia, & ſolicitudo, cùm in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace, & tranquilitate procuranda, pro ſui muneris officio aſſiduè verſatur, tum potiſſimum in Catholica fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, vnitate, atque integritate retinenda, & conſeruanda, maxime elucet. Nimirum, vt fideles Chriſti non ſint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris: ſed omnes occurrant in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neque ſe in huius vitæ ſocietate & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeãt: ſed potius in vinculo charitatis cõiuncti, tanquam vnius corporis membra ſub Chriſto capite, eiúſque in terris Vicario Rom. Pontifice Beatiſſimi Petri ſucceſſore, à quo totius Eccleſiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita diuina gratia adiutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Roman. Pontifices Prædeceſſores noſtri, hodierna die, quæ aniuerſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma per Miniſterium ſummi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueuerunt.

Nos igitur quibus nihil optabilius eſt, quàm fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem, & iuſtitiam Deo auctore. tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes.

1. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti,

Authoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscumque Hussitas, Vvichlephistas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios hæreticos quocunque nomine censeantur, & cuiuscunque secta existant, ac eis credentes, eorúmque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine authoritate nostra & Sedis Apostol. scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, nec non schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

2. *Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes & singulos cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint: Vniuersitates verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus: ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio, consilio vel fauore, appellatum fuerit.*

3. *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos Maritimos, discurrentes mare nostrum, præcipuè à monte Argentario vsque ad Terracinam, omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.*

4. *Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus, tempestate, seu in transuersum (vt dici solet) iactatis, vel quoquo modo naufragium passis, siue in ipsis nauibus,*

ſiue ex eiſdem eiecta in mari, vel in littore inuenta, cuiuſcunque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriaci, quam in cæteris cuiuſcúmque maris religionibus, & littoribus, ſurripuerint, ita vt nec ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem ſeu alium quemcunque pretextum excuſari poſſint.

5 *Item, excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua Pedagia, ſeu Gabellas, præterquam in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt, vel augent, ſeu imponi vel augeri prohibita exigunt.*

6 *Item, excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios literarum Apoſtolicarum, etiam in forma breuis, ac ſupplicationum, gratiam, vel iuſtitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarios, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatum, necnon falsò fabricantes literas Apoſtolicas, etiam in forma breuis, & etiam falsò ſignantes ſuplicationes huiuſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.*

7 *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes & inimicos, vel hæreticos per noſtras, ſiue huius ſanctæ ſedis ſententias expreſſe, vel nominatim declaratos, deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniáque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipſo canape, quam alia quacumque materia, & ipſam materiam, aliáque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, nec non illos, qui per ſe,*

vel alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, in Chriſtianorum perniciem, & dammum ipſi Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, nec non hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant. Non obſtantibus, quibuſcunque priuilegijs, quibuſuis perſonis, Principibus, Rebuspubilcis, per nos, & Sedem prædictam hactenus conceſſis, de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

8 Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu imuadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad vſum Rom. Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos qui ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios cuiuſcunque ſint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiam ſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

9. Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, nec non illos omnes, qui iuriditionem ordinariam, vel delegatam, à nobis, vel noſtris Iudicibus non habentes, illam ſibi temere vendicãtes, ſimilia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

10. Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium, vel fauorem.

11 *Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eos à ſuis diœceſibus, Territorijs, Terris, ſeu Dominijs eijcientes: nec non ea mandantes, vel ratæ habentes, ſeu præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel fauorem.*

12 *Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe vel per alios perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque, vel ſeculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos, procuratores, & agentes, ſeu etiam auditores vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotijs deputatos occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi, occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, vel per alios directè, vel indirectè, delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint..*

13 *Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos, quàm ſaculares cuiuſcumque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam apellationem à grauamine, vel futura executione Liter. Apoſt. etiam in forma breuis, tam gratiam quàm iuſtitiam concernentium: nec non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, executorialium, & aliorum decretorum, à nobis, & ſede predicta, ſeu Legatis Nuncijs, Præſidentibus, Palatij noſtri, & Cam. Apoſt. Auditoribus, Commiſſarijs, aliſq; Iudicibus, & delegatis Apoſtolicis*

emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad Curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, inſtante etiam fiſci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi admitti, ac literas citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta, capi, & retineri faciunt, quiue illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones aut Notarij, ſuper huiuſmodi literarum & proceſſuum executione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, conſanguineos, affines, familiares, Notarios, executores, & ſubexecutores literarum, Citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Ciuitatibus, locis, & Regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrè faciunt, concutiunt, & comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè, vel occultè quibuſuis alias quibuſcunque perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Roman. Cur. accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas à dicta ſede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios ſeu Tabelliones, velalios quomodolibet retinere præſumunt.

14 Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel alios, authoritate propria, ac de facto, quarumcumque executionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab auditoribus, & Commiſſarijs noſtris, aliiſque Iudicibus Eccleſiaſticis auocant, curſum & audien-

tium, ac perſonas, Capitula, Conuentus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam iudices interponunt, quiue partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui, per ſtatutum, vel aliàs, compellunt, vel executione literarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium, proceſſuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam pretextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætentionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos. vt dicunt ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & ſede Apoſtolica legitimè proſequantur, etiam ſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conciliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Conſilij, Conſiliarij ordinarij, vel extraordinarij quorumcumque Principum ſæcularium, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali vel alia quæcumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.

15 *Quiue ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcumque, perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcumque coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, uel Parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſitionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè vel indirectè, quouis quæſito colore: nec non qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quauis alia decreta in genere vel in ſpecie, ex quauis cauſa*

& quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, vel ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclasiastica tollitur, seu in aliquo ladiur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris & dictæ sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expresse præiudicatur.

16. Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliósque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, carcerando, vel molestando eorum agentes, Procuratores, familiares, nec non consanguineos, & affines, aut alios impediunt, quò minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundùm quod Canones & sacræ Constitutiones Ecclesiastice, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrent, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia, Ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

17 Quiue iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascunq; Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimem facultate

em habentium expreſſa licentiâ ſequeſtrant.

18 Quiue collectas, decimas, talleas, proſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorúmque fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi abſque ſimili Roman. Pont. ſpeciali, & expreſſa licentia, imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Nec non qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & terris, quoquo modo Præſidentes, Conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificiali dignitate inſigniti. Innouantes decreta ſuper his per ſacros Canones, tam in Lateranenſi nouiſſimè celebrato, quàm alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis cõtentis.

19 Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes, quoſcunque Magiſtratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, ſubexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias, contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius S. Sedis Apoſtolicæ licentia, quique eiuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarij,

& quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, vel ordinatis usi fuerint, vnde libertas Ecclasiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris & dictæ sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expresse præiudicatur.

16. Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliósque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, carcerando, vel molestando eorum agentes, Procuratores, familiares, nec non consanguineos, & affines, aut alios impediunt, quò minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundùm quod Canones & sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, & alias Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia, Ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

17 Quinue iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascunq; Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultat-

rem habentium expressa licentia sequestrant,

18 Quinue collectas, decimas, talleas, prestantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorúmque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Roman. Pont. speciali, & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & terris, quoquo modo Præsidentes, Consiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificiali dignitate insigniti. Innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quàm alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.

19 Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes, quoscunque Magistratus, & Indices, Notarios, Scribas, Executores, subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias, contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius S. Sedis Apostolicæ licentia, quique eiusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam vsurpantur, etiamsi talia committentes fuerint Consiliarij,

Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

20 *Item, Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directè vel indirectè sub quocunque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, & detinere præsumpserint, in totum, vel in partem almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas, Sardiniæ, & Corsicæ, Terras citra Pharum, patrimonium B. P. in Tuscia, Ducatum Spoletanum. Comitatum Venayssimum, Sabinen. Marchiæ, Ancomitanæ, Massæ, Trabariæ, Romandiolæ campaniæ, & Maritimas Prouincias, illarúmque territorias, & loca, ac terras specialis commissionis Arnulphorum, ciuitatesq; nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum Beneuentum, Perusium, Auenionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæq; R. E. mediatè vel immediatè subiecta, nec non supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Rom. Eccles. competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, nec non adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.*

Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcunque his literis contenta, quousq; alij huiusmodi processus, à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosq; effectus omnino sortiri.

Cæterum à prædictis sententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi destando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum qui-

buſcunque perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuentibus, & domibus, ac Capitulis Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacunque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

Quòd ſi fortè, aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, grauiùs contra eos, ſpiritualiter & temporaliter, pro vt expedire nouerimus, proceſſuri.

Declarantes, ac proteſtantes quamcunque abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi priùs à præmiſſis, cum vero propoſito vlterius ſimilia non committendi, deſtiterint, ac quo ad eos, qui contra ECCLESIASTICAM LIBERTATEM *vt præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, ſeu capitularibus locis, aut libris inquibus annotata reperiuntur, deleri & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunqme alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos. ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum, quantocun-*

que tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscunque iuribus Sedis Apostolicæ, ac S.R.E. undecunque & quandocunque quæsitis, vel quærendis nullatenus præiudicari posse aut debere.

Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, indultis, & Literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus alijs cuiuscunque Ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica, & mundana præfulgeãt dignitate: vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu locis à prædicta Sede, ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs concessis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de priuilegijs, indulgentijs, & indultis, huiusmodi, ac de ordinibus locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum, mentionem necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcunque longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus ac sententias, quominus includantur in eis, se iuuare valeant, vel tueri.

Quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque.

Vt verò præsentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas

processus

processus ipsos continentes, valuis Ecclesiæ S. Ioan. Lateran. & Basilicæ Principis Apost. de Vrbe appendi faciemus, vt ij, quos processus huiusmodi concernunt, quòd ad ipsos non peruenerint, aut quòd ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cùm non sit veri simile, id remanere incognitum, quòd tam patenter omnibus publicatur. Insuper, vt processus ipsi, & præsentes literæ, ac omnia & singula in eis contenta eò fiant notiora, quò in plerisq; Ciuitatibus & locis fuerint publicata, Vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum ordinarijs, & Prolatis vbilibet constitutis per hæc scripta committimus, & in virtute S. Obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios præsentes literas, postquam eas receperant, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesijs suis, dum in eis major populi multitudo ad Diuina conuenerit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuntient, & declarent.

Cæterum Patriarchæ, Archiepisc. Episcopi, alijq; locorum ordinarij & Ecclesiarum Prælati, nec non Rectores, cæteriq; curam animarum exercentes, ac Præsbyteri, sæculares, & quorumuis Ordinum Regulares, ad audiendas peccatorum confessiones, quauis authoritate deputati, transumptum præsentium literarum penes se habeant, eásque diligenter legere, & percipere studeant. Volentes earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum exhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo

omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, reuocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XVI. 10 Kal. April. Pontific. noſtri Anno duodecimo.

M. DATARIVS

J. Bulgarius,

Locus † plumbi

Regiſtrata in Secretaria Breuium.

S. de Vrſinis,

Solitum iam ab olim eſt vt ter in anno, ritu ſolemni hæretici cuiuſuis ſectæ anathematizarentur, ſcilicet in die Cœnæ Domini, Aſcenſionis, & dedicationis Baſilicarum Petri & Pauli, vt etiam notauit Ioan. And. in Clemen. dudum. Verbo ſolemnes. de Iudicijs quare hæc bulla cœnæ ab æuo recepta, ãntiquior eſt, quam quidam opinati fuerunt. Et ſanè, meritò fulminatur in hæreticos nam Hæretici, Catholicæ fidei integritatem corrumpunt, ad circumuentionem erroris credentes ſeducunt, communionem & ſocietatem vitæ ledunt, offendiculum pijs exhibent, publicè blaſphemi, ab vnitate Eccleſiaſtica auellunt, publicè ſeditioſi, pacem & publicam Iuſtitiam violant, publicè turbatores, ab obedientia Sum. Pontif. fideles ſubtrahunt, adeóque in Paſtorem oues armant; ſalutis Reipublicæ Chriſtianæ perpetui hoſtes, vt ipſe Bzouius ibidem ſingula latius tractat. Vidit etiam & olim ipſe Tertullianus hæreticorum peſtiferos conatus, & laudandam ſemper contra Rom. Pontificum cautelam dum libro tertio contra Marcionem hæc pangebat.

Nam ſeruire Deo totôque incumbere corde,
Intemerata fides, libertas ſponte paratur.
Ergo Patres iuſti, ſancti, ſine labe prophetæ,
Aduentum Domini multis cecinere futurum:
Teſtantúr que fide cæleſtia iuſſa prophanis,
Cum quibus immanes ſatiati gloria Chriſti,
Conſortes virtutis verba ſacrata replentes

Firmauere fidem, factis prædicta probando.
Quorum discipuli, qui discessere per orbem
Conflati virtute viri, nostrique Magistri,
Conuictos operis nobis tribuere honores.
Ex quibus electum magnum, plebique probatum
Hæc Cathedra, Petrus præsederat ipse, locatum
Maxima Roma Linum, primum considere iussit,
Post quem Cletus & ipse, gregem suscepit ouilis.
Huius Anacletus successor sorte locatus.
Quem sequitur Clemens, Is Apostolicis bene notus.
Euaristus ab hoc rexit siue crimine legem.
Sextus Alexander Sixto commendat ouile.
Post expleta sui qui lustri tempora tradit.
Telesphoro, excellens hic erat, martyrque fidelis;
Post illum socius legis, certúsque Magister:
Quum vestri sceleris socius, præcursor & auctor.

Aduenit Romam Cerdo, noua vulnera ge-
ſtans
Detectus, quoniam voces & verba veneni
Spargebat furtim: quapropter ab agmine pul-
ſus,
Sacrilegum genus hoc genuit, ſpirãte dracone.
Conſtabat pietate vigens Eccleſia Romæ
Compoſita à Petro, cuius ſucceſſor & ipſe,
Iamque loco nono Cathedram ſuſcepit Higinus
Poſt hunc deinde Pius, Hermas cum germi-
ne frater,
Angelicus paſtor, quia tradita verba locutus,
Atque Pio ſuſcepit Anicetus ordine ſortem,
Sub quo Marcion hic veniens, noua Pontica
peſtis
Nondum ſecretum facinus, ſub corde recluſum
Paſſim vulgo loquens latebroſa perfidus arte.
Sed poſtquam cœpit mortis proferre ſagittas
Abiectus merito tam ſæui criminis auctor,
A Sanctis reprobus; patuit mirabile mon-
ſtrum.

Pangebat etiam mœtiſſime Pontifex Opt. Paulus V. calamitates Angliæ ab hæreticis ſuſcitatas, & paterna ſolicitudine Catholicis contra eas prouidebat hoc diplomate directo ad Anglos relato à Bzouio in *Pontifice Romano cap. 30. cuius tit. eſt Pontifex Romanus Clauiger cœlorum.*

Dilecti filij. Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Magno animi merore nos ſemper affecerunt tribulationes & calamitates, quas pro retinenda Catholica fide iugiter ſuſtinuiſtis: ſed cùm intelligamus omnia hac tempore magis exacerbari, afflictio noſtra mirùm in modum aucta eſt. Accepimus namque compelli vos grauiſſimis pœnis propoſitis templa hæreticorum adire, cetus eorum frequentare, concionibus illorum intereſſe: profectò credimus procul dubio eos, qui tanta conſtantia atque fortitudine atrociſſimas perſecutiones, infinitas propemodum miſerias hactenus perpeſſi ſunt, vt immaculatè ambularent in lege Domini, numquam commiſſuros eſſe, vt coinquinentur communione deſertorum diuinæ legis. Nihilominus zelo paſtoralis officij noſtri impulſi, & pro paterna ſolicitudine, qua de ſalute animarum veſtrarum aſſiduè laboramus, cogimur monere vos atque obteſtari; vt nullo pacto ad hæreticorum templa accedatis, aut eorum conciones audiatis, vel cum ipſis in ritibus communicetis, ne iram Dei incurratis: non enim licet vobis hoc facere ſine detrimento diuini cultus, ac veſtræ ſalutis, quemadmodum etiam non poteſtis abſque euidentiſſima grauiſſimáque diuini honoris iniuria obligare vos iuramento, quod ſimiliciter maximo cum cordis noſtri dolore audiuimus propoſitum vobis fuiſſe

præſtandum infra ſcripti tenoris videlicet.

Ego A. B. verè & ſyncerè agnoſco, profiteor, teſtificor, & declaro in conſcientia mea, coram Deo & mundo, quod Supremus Dominus Rex Iacobus eſt legitimus & verus Rex huius Regni, & omnium aliorum Majeſtatis ſuæ Dominiorum & Terrarum; & quod Papa nec per ſe ipſum, nec per vllam aliam authoritatem Eccleſiæ, vel Sedis Romanæ, vel per vlla media cum quibuſcunque alijs, aliquam poteſtatem, nec authoritatem habeat Regem deponendi, vel aliquorum Majeſtatis ſuæ Dominiorum vel Regnorum diſponendi, vel alicui Principi extraneo ipſum damnificare, aut terras ſuas inuadere authoritatem concedendi, vel vllos ſubditorum ſuorum ab eorum Suæ Majeſtatis obedientia & ſubiectione exonerandi, aut vllis eorum licentiam dare, arma contra ipſum gerendi, tumultus ſeminādi, aut aliquam violentiam, aut damnum Majeſtatis ſuæ perſonæ, ſtatui, vel regimini, vel aliquibus ſuis ſubditis, infra ſua Dominia auferendi. Item iuro ex corde, quòd non obſtante aliqua declaratione, vel ſententia excommunicationis, aut depriuationis facta, vel conceſſa aut facienda, vel concedenda per Papam, vel ſucceſſores ſuos vel per quamcunque authoritatem deriuatam, aut deriuari prætenſam ab illo ſeu à ſua ſede contra dictum Regem, Hæredes aut ſucceſſores, ſuos, vel quacumque abſolutione dictorum ſubditorum ab eorum obedientia, fidelitatem tamen, & veram obedientiam ſuæ Majeſtati, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis præſtabo, ipſúmque & ipſos totis meis viribus, contra omnes conſpirationes & attentata quæcunque quæ contra perſonam illiùs,

vel illorum, eorúmque coronam & dignitatem, ratione vel colore alicuius ſententiæ, vel declarationis aut aliàs facta fuerit, defendam: omnémque operam impendam reuelare, & Majeſtati ſuæ hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis manifeſtum facere, omnes proditiones, & proditorias conſpirationes, quæ contra illum, aut aliquos illorum ad notitiam vel auditum meum peruenerint. Præterea iuro quod ex corde abhorreo deteſtor & abiuro tanquam impiam & hæreticam hanc doctrinam & propoſitionem, quòd Principes per Papam excommunicati vel depriuati, poſſint per ſuos ſubditos vel alios quoſcunque deponi & occidi. Et vlterius credo, & in conſcientia mea reſoluor, quod nec Papa, nec alius quicunque poteſtatem habet, me ab hoc iuramento vel aliqua eius parte abſoluendi. Quod iuramentum agnoſco recta ac plena authoritate eſſe mihi legitimè miniſtratum; omnibúſque indulgentijs ac diſpenſationibus in contrarium renuncio. Hæcque omnia planè ac ſyncerè agnoſco & iuro iuxta expreſſa verba per me hîc prolata, & iuxta planum ac communem ſenſum & intellectum eorumdem verborum, abſque vlla æquiuocatione aut mentali euaſione, vel ſecreta reſeruatione quacunque. Háncque recognitionem, & agnitionem facio cordialiter, voluntariè, & verè in vera fide Chriſtiani viri. Sic me Deus adiuuet.

Quæ cum ita ſint vobis ex verbis ipſis perſpicuum eſſ debet, quòd huiuſmodi iuramẽtum ſalua fide Catholica, & ſalute animarum veſtrarum præſtari non poteſt, cùm multa contineat quæ fidei & ſaluti aperè aduerſantur. Propterea admonemus omnino caueatis: quod quidem eò

acriùs exigimus à vobis, quia experti veſtræfidei conſtantiam, quæ tanquam aurum in fornace perpetuæ tribulationis igne probata eſt, pro comperto habemus vos alacri animo ſubituros eſſe quęcunque atrociora tormenta, ac mortem denique ipſam conſtanter opperituros potiùs quàm Dei Majeſtatem vlla in re lædatis. Et fiducia noſtra confirmatur ex his quæ quotidie nobis afferuntur de egregia virtute atque fortitudine, quæ non ſecus, ac in Eccleſia primordijs reſplendet nouiſſimis hiſce temporibus in Martyribus veſtris. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, ſumentes ſcutum fidei confortamini in Domino & in potentia virtutis eius nec quicquam vos detineat. Ipſe autem, qui coronaturus vos certamina veſtra in cœlo intuetur bonum opus, quod in vobis cœpit, perficiet. Noſtis quia diſcipulis ſuis pollicitus eſt ſe numquam relicturum eſſe orphanos. Fidelis enim eſt, qui repromiſit. Retinete igitur diſciplinam eius, hoc eſt radicati & fundati in charitate quicquid agitis, quicquid conamini in ſimplicitate cordis & vnitate ſpiritus, ſine murmuratione aut hæſitatione vnanimes facite. Si quidem in hoc cognoſcant omnes, quia Diſcipuli Chriſti ſumus, ſi dilectionem ad inuicem habuerimus. Quæ quidem charitas, cùm ſit omnibus Chriſti fidelibus maximè appetenda: vobis certè dilectiſſimi filij: prorſus neceſſaria eſt. Hac enim veſtra charitate diaboli potentia infringitur, qui nunc aduerſus vos tantopere inſurgit, cum ipſa contentionibus, atque diſſidijs noſtrorum filiorum præcipuè inuitatur. Hortamur itaque vos per viſcera Domini Ieſu Chriſti, cuius charitate è faucibus æternæ mortis erepti ſumus, vt ante omnia, mutuam inter vos charitatem habeatis. Præſcripſit ſanè vobis præcepta maximè vtilia: de fraternæ charitate viciſſim exercenda, fœlicis recorda-

tionis Clemens Papa Octauus ſuis Literis in forma breuis ad dilectum filium Magiſtrum Georgium Archipreſbyterum Regni Angliæ, datis die quinto Menſis Octobris Milleſimi ſexcenteſimi tertij. ea igitur diligenter exequimini, & ne vlla difficultate, aut ambiguitate remouamini, præcipimus vobis, vt illarum literarum verba ad amuſſim ſeruetis, & ſimpliciter pro vt ſonant & iacent, accipiatis & intelligatis, ſublata omni facultate aliter illa interpretandi. Interim nos nunquam ceſſabimus Dei Patris miſericordiam precari, vt afflictiones, & labores veſtros clementer reſpiciat, ac vos continua protectione cuſtodiat atq; defendat, quos Apoſtolica Benedictione Noſtra clementer impertimur.
Datum ROMÆ apud Sanctum MARCVM, ſub Annulo Piſcatoris, 10. *Kalend. Octob.* 1606. *Pontificatus noſtri Anno ſecundo.*

Hæc Pontifex Paulus.

TEXTVS IV.

---- Idcirco vt hæretica prauitas eò efficaciùs propellatur, quò illius Inquisitores maiori fuerint auctoritate sufful ti, Te Fratrem N. de cuius doctrina, pietate & prudentia planè confidimus.

MAximæ certè requiruntur qualitates in Inquisitore, vt potè qui ad tam ardua negotia à D. Papa, cuius non tantùm vices gerit, sed etiam personam representat, deputetur, debet enim esse, secundùm quod scribant Doctores, conuersatione honestus, prudentia, circumspectus, constantia firmus, virtutibus circumfultus, quadraginta annorum natus, (quia tunc potissimum viget mens & intellectus, vt ait Aristoteles 7. *politic. cap.* 6.) sacra doctrina fidei eminenter eruditus, qui articulos fidei, & strictè, & largè sumptos, & etiam non contentos in symbolo, omniáque in sacra scriptura contenta, & approbata quę ad fidei credibilitatem spectant, explicitè sciat, eorúmque rationem reddere possit, hæreticorum captiones dissoluere, fidei dogmata tueri, & Ecclesiæ hostes iudicialiter corrigere, atque damnare valeat.

Quæ omnia explicantur in extrauagãtibus Vrbani 4. & Clementis 4. *Pra cunctis.* quas vide infra impreſſas ad textum 6. & *in fine Direct. Inquiſit. inter literas Apoſtolicas pro Officio S. Inquiſitoris*, nec non *in 2. part. Director. pag.* 137. Diligentiſſimè ergo legat Inquiſitor Directorium Inquiſitorum Fr. Nicolaj Eymerici, cum Commentarijs Franciſci Pegnæ Theologiæ, Iuris, & Artium Doctoris, quondam Rotæ Decani: & in prima huius Docti libri parte qui tribus conſtat, dirigetur circa credenda ſeu fidei noſtræ articulos ex ſcripturis ſacris, concilijs, Pontificibus & Patribus collectos, in ſecunda circa fidei contrarios errores, circa pœnas hæreticorum, circa naturam hæreſum & errorum, dirigetur, in tertia totam Sanctæ Inquiſitionis Tribunalis praxim, videbit. Legat inſuper Zanchinum de hæreticis, cum additionibus fratris Camilli Campegij. Fr. Iacobi Sprengeri maleficarum. Patris Martini del-Rio diſquiſitiones Magicas P. Sanchez, & omnium recentiſſimum Farinacium de hęreſi, qui omnes alios vbivbique citat. Continuam verò tam Inquiſitor, quàm Officiarij eius nauent operam Iuri Canonico, quod nocturna verſent manu atque diurna; ex cuius ignorantia poteſt facilè in ordine iudiciario contingere deceptio, ita vt & damnandi abſolui poſſint, & abſoluendi damnari: Nec certè poteſt niſi ſine ignominia Iudex eas neſcire ſanctiones ſecundùm quas iubetur procedere; verùm ſecundùm Canonicas ſanctiones debet Inquiſitor procedere vti dicetur ad tex. 6. quare pudeat Canonicum Iudicem iudicare ſiue Canonicis Conſtitutionibus, ſicut legiſtam ſine lege loqui. Quas omnes conditiones videre eſt in

S. D. N. Dominico in prologo, quem conari debent Inquisitores vt imitentur.

TEXTVS V.

Authoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, tenore præsentium, nostrum, & Apostolicæ Sedis in negotio Inquisitionis huiusmodi, in Ciuitate, & Dioceſi Bisuntina, ac aliis in locis consuetis Inquisitorem Generalem creamus, instituimus, & deputamus.

POtestas Inquisitorum est, & semper fuit à D. N. Papa, vt ait esse commune omnium etiam decretum Francis. Pegna 3. *parte directorij. Comment.* 52. *quæst.* 3. & Campegius in *additione ad præfationem Zanchini*: & ideo ipsi quoque Inquisitores vt dicit Panormit. *in cap. sane quia de officio delegati in principio*, loqui & scribere consueuerunt in plurali, vt constat ex vsu & stylo Curiæ Inquisitorum, & aliorum delegatorum: Nam ita scribunt: *salutem, & nostris*

imò veriùs Apoſtolicis obedire mandatis. Fuerunt ergo olim inſtituti Inquiſitores, vel immediatè à Domino Papa viuæ vocis oraculo, & per ſuas literas Apoſtolicas, vel mediatè, eò quòd interdum commiſerit alicui Domino Legato, regulariter autem Superioribus Ordinum qui poterant faciliùs & certiùs de ſuorum fratrum capacitate iudicare. Nunc autem à ſolis Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus inſtituuntur. Vt poſt per multos graues authores aſſerit Proſp. Farinacius *de hæreſi quæſt.* 186. *num.* 31. & Superiores Ordinum tantùm ſuorum fratrum merita declarant.

A quocunque tandem fuerint inſtituti, & nominati Inquiſitores, ſunt ſemper & fuerunt ſolius Papę Officiales delegati, & ab eo iuriſdictionem accipiũt & poteſtatem: illi verò quibus Romanus Pontifex committit, vt eligant Inquiſitores ſolùm habent à Papa eligendi miniſterium non propriam poteſtatem. Vide *Director. Inquiſ.* 3. *p. q.* 6.

Legatorum autem nunquam fuerunt Inquiſitores, quod ex eo patet quia nullam penitus Legati in Inquiſitores habent iuriſdictionem: nam nullus Apoſtolicæ Sedis delegatus, vel ab eo ſubdelegatus, aut conſeruator, vel executor ab eadem Sede deputatus, vel deputandus in Inquiſitores, ſeu Notarios, vel ſcriptores, quamdiù in proſecutione Officij fuerint, excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam promulgare poteſt, abſque ſpeciali mandato Sedis prædictæ faciente plenam & expreſſam de hac indulgentia mentionem, vt per Vrbanum 4. definitum eſt in bulla, quæ ſequitur.

NE Inquiſitionis negotium contra damnatam hæreſim prudentiæ veſtræ commiſſum impediri (quod abſit) propter aliquorum aſtutiam, vel etiam retardari contingat, vobis auctoritate præſentium indulgemus, vt nullus ſedis Apoſtolicæ delegatus, vel ſubdelegatus ab eo conſeruator, aut etiam executor à Sede Apoſtolica deputatus ſeu etiam deputandus, in vos, vel quatuor Notarios, ſiue ſcriptores veſtros, ſuper his vobis fideliter obſequentes, quamdiù in proſecutione huiuſmodi negotij vos & ipſi fueritis, poſſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam promulgare, abſque ſpeciali mandato prædictæ ſedis, faciente plenam & expreſſam de hac indulgentia mentionem : decernentes irritum & inane, ſi ſecus fuerit attentatum. Nulli ergo, omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum apud Montem Flaſconem ij. Nonas Auguſti. Pontificatus noſtri anno 1.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo idem prorſus tribuerat paucis antè annis Alexander 4. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono Anagniæ 14. Kalend. Maij. idem conceſſit Clemens 4. reſcripto incipiente *Catholicæ fidei* quod refertur poſteà cuius priuilegij meminit campegius apud Zanchinum *cap.* 31. *verſ. ſecundùm autem.*

Nec fuerunt, cùm ab illis olim inſtituerentur Su-

periorum Inquiſitores, quia in ijs quæ ad S. Officium attinent, non tenentur Inquiſitores ſuis Superioribus, & Prælatis obedire. Nam id conſtat ex his Bullis Alexandri IV. Clementis IV. & Vrbani IV. quas etiam refert Franciſcus Pegna inter Literas Apoſtolicas pro officio ſanctæ Inquiſitionis in fine Directorij & ſic habent.

CAtholicæ Fidei negotium, quod plurimum inſidet cordi noſtro in veſtris proſperari manibus, ac de bono in meliùs procedere cupientes, ac volentes omne ab eo impedimentum omneque obſtaculum remoueri: præſentium vobis auctoritate Mandamus, quatenus in eodem negotio de Diuino & Apoſtolico fauore confiſi omni humano tractare depoſito, conſtanter ac intrepidè procedentes, circa extirpandam hæreticam prauitatem tam de Lombardia & Thuſcia, quam de omnibus alijs Italiæ partibus, cum omni vigilantia omnique ſtudio laboretis. Et ſi forſan Magiſter & Miniſter Generalis aliiq; Priores, & Miniſtri Prouinciales ac Cuſtodes ſeu Guarduani aliquorum Locorum veſtrorum Ordinum, prætextu quorumcumq; Priuilegiorum ſeu indulgentiarum eiuſdem Sedis dictis Ordinibus conceſſorum, aut concedendorum impoſterum, vobis vel veſtrum alicui ſeu aliquibus iniunxerint, ſeu quoquomodo præceperint, vt ad tempus vel quoad certos articulos certaſue perſonas negotio ſuperſedeatis eidem, vobis vniuerſis & ſingulis Auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne ipſis obedire in hac parte vel intendere quomodolibet præſumatis

ſumatis: nos enim priuilegia ſeu indulgentias huiuſmodi, quantum ad hunc articulum, tenore præſentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis ſententias, ſi quas in vos vel veſtrum aliquos hac occaſione ferri contigerit, irritas prorſus decernimus & inanes. Nam ſi prædicta ſedes interdum Prælatis aliquibus veſtrorum Ordinum per ſuas ſub certa forma committat literas, vt ad exercendum Inquiſitionis officium contra hæreticam prauitatem aliquos ſuorum Ordinum fratres aſſumere valeant, ipſoſq; cum expedire viderint, amouere, ac alios ſubrogare, non tamen per hoc quod ipſis ea duntaxat de cauſa in hac parte committit, quia de fratrum ſuorum Ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præſumãtur, aliqua eis ſuper huiuſmodi Inquiſitionis negotio, vobis immediatè à prædicta Sede commiſſo, & committendo, facultas vel Iuriſdictio attribuitur ſeu poteſtas. Datum Lateran. 3. Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Non denique Epiſcoporum erant Inquiſitores licet ab eis fuerint aliquando nominati & quidem rariſſimè, tunc ſcilicet tantùm quando Superiores Ordinum ex quibus aſſumebantur Inquiſitores, non erant præſentes. Tùm quia Religioſi exempti non ſubſunt Epiſcopis, tùm quia Inquiſitores in cauſa ſibi commiſſa maiorem habent authoritatem, quàm Epiſcopi, quia iuriſdictio delegata eſt dignior, nobilior, & fortior ordinaria propter reuerentiam delegantis, vt dicit Panormit. *in cap. ſuper quæſt. de Officio delegati. §. ſi vero. verſ. vltimo not.* Et ideo, vt dicit Gemi. poſt Ioan. And. in *cap. per hoc de hæret. lib. 6.* Iuriſdictio, ſeu authoritas Inquiſitoris eſt maior,

nobilior, & fortior, quàm authoritas, ſeu iuriſdictio Ordinarij. Et ex hoc infert. ipſe Panorm. quòd ſi contingeret appellari ab Epiſcopo,& Inquiſitore ſimul procedentibus, non eſſet appellandum ad Metropolitanum Epiſcopi, ſed potiùs ad ipſum Papam. vide Bern.Comenſ. in lucerna Inquiſit verbo Inquiſitor. num. 15. verbo iuriſdictio. num. 1. verbo excommunicatus num. 1. verbo citatus num. 2. verbo carceres num. 1. Campegium in additionibus ad cap. 8. Zanchini de hæret. qui ex vtroque iure, & eruditiſſimorum ſententia aſſerit, & probat copiosè Inquiſitorem Epiſcopo præferendum,aut coæquandum, vèl ſaltem nullo modo ſubijciendum eſſe: tãdem ſic concludit: Hæc plus æquo fortè proxiliùs non ideò annotaui, vt Inquiſitores, qui vt plurimùm ſunt viri Religioſi, ita ſupra Epiſcopos extollantur, vt qui humilitatem profitentur, primos accubitus, & inſigniores cathedras exquirant; ſed potius vt Ordinarij ſeipſos, & alios clariùs agnoſcant. Profiteor quidem me ſemper præcedentiam Epiſcopo dediſſe, cum ipſe perſonaliter in S.Officij negotijs mecum adeſſe voluit: quod eius Vicario, aut eius ſubſtituto minimè præſtare placuit. Epiſcopali etenim dignitati in propria præſertim Diœceſi plurimùm eſſe tribuendum puto, nec omnia, quæ licent, ſemper & vbique expedire videntur. Vide etiam Eymericum quondam Generalem Hiſpaniarum Inquiſitorem, qui 3. part. Direct. q. 5. comparationem facit Epiſcopi & Inquiſitoris, quæſtionis ſummarium eſt.

1. Epiſcopus & Inquiſitor pares ſunt, cum poteſtate delegata procedunt.

2. Citatus ab eis pro temporibus diuersis, debet vtrique parere.
3. Si verò pro eadem hora citetur, vtri maluerit obediat.
4. Inquisitor maior est Episcopo potestate ordinaria procedente.
5 Quare coram illo potius comparere debet citatus.
6. Ordinarius processum Inquisitoris nequit prohibere.

Quòd dicatur omnes citatos Authores fuisse Inquisitores, & Ordinis Prædicatorum quo circa nimium sibi in sua causa attribuentes, & ideo esse suspectos: audiatur minimè suspectus doctor sæcularis nec Inquisitor, Franciscus Pegna, Rotæ Decanus quondam, ad prædict. quæst. Eymerici Comment. 54. Præcipua, *inquit*, huius quæstionis conclusio est, Inquisitorem velut S. Pontificis delegatum in causa hæresis maiorem esse Episcopo. Hanc assertionem probat textus præcipiuus in cap. sanè l. 2: de Offic. delegat. concordat in capite studuisti de offic. legati textus in L. fi. §. de Offic. eius cui mandata est iurisdictio, & in lege & si præter. eodem tit. Atque vt vno verbo dicam, hæc est communis opinio. Et paulò post. quærit (quod nondum inueni quæsitum ab aliquo ex nostris) an priuilegia Inquisitorum etiam competant eorum Commissarijs? Eius verba sunt: *Num autem huiusmodi prælationis, seu superioritatis priuilegium, quod competit Inquisitoribus supra Episcopos, conueniat etiam Inquisitorum Commissarijs? grauis est quæstio, nec vulgaris, nec inutilis, aut infrugifera, quæ à me, & breuiter hoc loco declaranda ex sententia Bart. in lege filius §. de legationibus. quem cæte-*

ri vno conſenſu laudant, & ſequuntur, & ipſe ibi tandem ſic concludit. Quare in propoſito noſtro ſi Vicarius, aut Commiſſarius Inquiſitoris, ab ipſomet Inquiſitore fuerit conſtitutus, nec Ordinario præferetur, nec indiſtinctè omnibus alijs priuilegijs gaudebit, quibus fruitur Inquiſitor. Quòd ſi Vicarius nominatim Authoritate Apoſtolica ſit conſtitutus, ille & gaudebit priuilegijs Inquiſitoris, & Ordinario præferetur, eis modis quos, in hac quæſtione tradit Eymericus. Nam quamuis ſubdelegatus ſit, non eſt tamen ſubdelegatus à Delegato, ſed ab ipſo Principe: & propterea parerit vtriuſq; priuilegium, & hanc ſententiam veram puto, quam videntur quandoq; indicare reſcripta Pontificia, vt obſeruaui ſupra part. 2, ſuper c. fraternitatis §. iam hæc prohibitio, quod videto, quamuis in caſu de quo ibi videar aliter ſentire. Hoc ipſum etiam tenere videtur Locatus in opere iudiciali, verbo Inquiſitor num. 7. in contrarium eſt. Sed an ita teneat nec ne parum refert. Et ſtatim poſt ad nu. 6. Eymerici quem ſupra poſuimus, ſic concludit ex verbis ipſis Guidon fulcodij. qui poſtmodum Clemens IV. in quæſt. 1. illarum 15. quas fecit ad Inquiſitores hæret. prauit. verba ſunt. *Item conſtat quod Delegatus in commiſſo ſibi negotio maior eſt quolibet Ordinario, vt extra de offic. & poſtea. iud. deleg. ſanè, Pone ergo quod citatur aliquis ab Inquiſitoribus, Nemo certè dicet, quòd poſſit Ordinarius prohibere proceſſum, quia inferior, eſt vt dixi. & minor in maiorem nullum habet Imperium, quin imò nec in parem, argumento 22. diſt. inferior ff. ad Tribelliam ille à quo §. tempeſtiuum, & potius obediendum eſt maiori, quàm minori. 11. q. 3. qui reſiſtit. Quid igitur faciet Ordinarius ſi illum citat qui auditur ab Inquiſitoribus? Non rectè agit, quia citatus eſt coram maiore ff. de*

ius uocando. l. 2. §. fui. Item si ponas, quod primò eum citauerat Ordinarius adhuc dico, quòd deserto eius iudicio debet venire coram Inquisitoribus, si eum citent ff. de re iudicata contra pupillum §. vltimo & 11. quæst. 3. qui resistit. & ita nullus est effectus Ordinarij processus, siue præueniat, siue præuentus sit ab Inquisitoribus.

Hactenus ille qui neç etiam Inquisitor. Hæc à me non sunt relata, vt terminos professæ humilitatis egrediar, quos fauente Deo numquam excedam, sed vt quidam minus prudentes, & circumspecti videãt cum quibus Inquisitores comparentur.

TEXTVS VI.

------ In Ciuitate & Diœcesi Bisuntina.

ANtiquissima est hæc Inquisitio Bisuntina, & testante D. Chiffletio in suæ Vesontionis parte 2. in Gerardo primo, Archiepiscopo sexagesimo primo; cuius rei etiam fidem facit insigne tunc, solisque viris Illustribus in ordine nostro concessum inter Crucem scilicet & Chorum Epitaphium, quod sic in Basilica Conuentus nostri etiamnùm legitur.

ANNO DOMINI MILL
SIMO TRECENTESIM
TRIGESIMO PRIMO I
VIGILIA ASSVMPTIONI
BEATÆ VIRGINIS MA
RIÆ OBIIT FRATE
GERARDVS DE AVXO
NA QVONDAM INQV
SITOR HÆRETICÆ PRA
VITATIS. ANIMA EIV
REQVIESCAT IN PAC
AMEN.

Et ea Inquisitio summæ semper fuit Curæ Sum
mis Pontificibus, vt pote quæ fuerit obtenta p
Ioannem Comitem BVRGVNDIÆ, Dom
num Salinensem, qui cognominabatur Sapiens,
fœlicis recordationis Innocentio quarto Papa, Po
tificatus sui anno sexto. & salutis nostræ 1247. d
12. Kalend. Septemb. vt constat ex diplomate, quò
habemus in nostris Archiuis Inquisitionis. Da
Lugduni quod sic habet.

INNOCENTIVS QVARTVS.



INNOCENTIVS *Episcopus Seruus Seruorum Dei.*

Dilecto Filio Priori Fratrum Prædicatorum Bisuntin. Salutem & Apostolicam Benedictionem.

ZELO *magno Zelatus sidem Catholicam Dilectus filius Nobilis vir Ioannes Comes Burgundiæ, Dominus Salinen. tanquam vir zelator fidei Orthodoxæ nobis significare curauit, quod hæretica prauitas quæ vvalden. vocatur in Bisuntina Diœcesi & maximè terra sua peccatis exigentibus iam adeò pululauit quòd maximam partem populi terræ ac diœcesis eorumdem suæ malitiæ veneno infecit. Verùm quia magno est studio præcauendum ne pestis huiusmodi serpens vt cancer nisi ei obuiatum fuerit latiùs se extendat fidelium & simplicium cordibus virus suæ nequitiæ infundendo, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus per te vel per alios fratres tuos qui contra peruersos fidei*

A *sint Potentes opere ac Sermone ad extirpandam prauitatem eandem de finibus ipsarum diœcesis atque terræ diligenter intendas inquisita super hoc sollicitè veritate procedas contra illos quos huiusmodi labe inueneris esse in-*

fectos B *ſecundum Canonicas ſanctiones, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita. compeſcendo. Datum Lugdun.* 12. *Kal. Septembriles, Pontificatus noſtri Anno ſexto.*

ANNOTATIO

A *Sint Potentes opere ac ſermone.* Hæc Pontificis verba tangunt nos ô R. R. Patres Confratres mei, quia vt ait Tertullianus de patientia: dicta factis deficientibus erubeſcunt: non enim confundãt, vt ait Sanctus Hyeronimus epiſt. 2. opera tua ſermonem tuum, ne cum loqueris tacitus quilibet reſpondeat: Cur ergo hæc, quæ dicis ipſe non facis? ſectaris ſcilicet ſapientiam mundi, quæ ſtultitia eſt apud DEVM, quæ apud eos eſt, qui maxima dicunt (vt docet Beata Angela de fulginio) & minima faciunt. Voluit animo illud celebre apophthegma B. noſtri Patris Iordani quondam Ordinis noſtri ſacratiſſimi, ſecundi Generalis Magiſtri; qui interrogatus, quodnam eſſet ſuorum officium? Reſpondit trinum eſſe, illúdque à pſalte pſal. 118. tribus verbis recenſeri, cùm ait: bonitatem, diſciplinam, & ſcientiam doce me. Vult B. ille vir in Prædicatore, quod ante eum voluit Diuus Bernardus in Paſtore, in ſententijs: Paſtori, inquit Doctor Mellifluus, tria ſunt neceſſaria, bonitas attrahit, diſciplina corripit ſcientia, paſcit; bonitas amabilem, diſciplina imitabilem, ſcientia docibilem reddit. Duæ ſiquidem

ſunt Prædicatorum vitę (vt Diuus Gregorius Magnus fatetur lib. 1. in Ezechiel. hom. 3. part. 1.) actiua ſcilicet & contemplatiua: quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. Quamdiu autem inter proximos viuimus, vna nobis in neceſſitate eſt, altera in voluntate. Quis enim cognoſcens Deum ad eius Regnum ingreditur: niſi prius bene operetur? Sine contemplatiua ergo vita intrare poſſunt ad Cœleſtem patriam qui bona, quæ poſſunt, operari non negligunt, ſine actiua autem intrare non poſſunt. Vnde (vt ipſe ait ibidem homel. 10. part. 2.) neceſſe eſt vt qui verbum Dei loquitur; priùs ſtudeat qualiter viuat: & poſt ex vita colligat, quæ & qualiter dicat. Ad prædicandum namque plus conſcientia ſancti amoris ædificat, quàm exercitatio ſermonis. Quia amando cœleſtia intra ſemetipſum prædicator legit quoquomodo perſuadeat vt deſpici debeant terrena. Qui enim vitam ſuam interiùs penſat, & exemplo ſuo foris admonendo alios ædificat, quaſi in corde, linguæ calamum tingit, in eo quod manu verbum proximis exteriùs ſcribit &c. Cur, inquit S. Gregor. Nazianzenus, orat. 33. manibus vinctis linguam armamus? nec enim qui in ſermone ſapiens eſt, hic mihi ſapiens eſt; ſed is qui pauca quidem de virtutibus verba facit, cæterùm per ea, quæ agit multa demonſtrat; ac fidem, & auctoritatem ſermoni ſuo per vitam conciliat. Præſtantior ſi quidem meo iudicio, eſt pulchritudo ea, quæ oculis cernitur, quàm quæ ſermone pingitur; & ſapientia quæ per opera demonſtratur, quàm qua oratione nitet & ſplendeſcit &c. Vult ergo Pontifex nos eſſe imitatores Chriſti, qui potens erat ope-

re & ſermone Luc. 24. vel certè cupit nos imitatores Pauli, ſicut ipſe erat Chriſti, Ergo: ſi qua virtus, ipſe inquit ad Phil. 4. ſi qua laus diſciplinæ: hæc cogitate: quæ & didiciſtis, & accepiſtis & audiſtis, & vidiſtis in me hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum; at eius ſermo, & prædicatio, 1. Corinth. 2. non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides noſtra non ſit in ſapientia hominum ſed in virtute Dei. Audite ad hæc D. Chryſologum ſermone 18. ad illa verba Lucæ 4. Surgens Ieſus de Synagoga. *In hac lectione*, ait *quid ſpiritualis intelligentiæ lateat ſi ſcire volumus, verborum floſculos non quæramus, qui maturitatem fructuum quærit, deſpicit amœna camporum: violæ, roſæ, lilia narciſſus grati flores, ſed gratior panis: quod eſt odor naribus, hoc eſt auribus ſermonis ornatus: quod dat panis vitæ, hoc ſcientia dat ſaluti. Sepoxenda eſt ergo eloquentiæ voluptas, quando ſcientiæ depoſcitur fortitudo.* Hæc ille. Condemnat ergo in Prædicatoribus eloquentiam ſanctus ipſe eloquentiſſimus? abſit: Sed auditores quærentes magiſtros prurientes auribus. 1. Timoth. 4. qui non attendunt ad illud prouerb. 19. *Qui tantùm verba ſectatur, nihil habebit.* Condemnat ergo ſanctus Orator eos Prædicatores de quibus Origenes homel. 13. in pſal. 36. Condemnat etiam eos concionatores, quos poſt eum multi Doctores apud Emanuelem Saa, & ipſe Saa verbo. prædic. num. 4. & poſtea Antonius Fernandes in particulari catalogo peccatorum cap. 15. §. 1. num. 6. grauis peccati accuſant, ſcilicet vaniloquos, auriculos, qui nihil aliud intendunt, quàm lingua loqui, & auribus titillare; multa noua, vana, & ficta comptis, & calami-

ſtratis verbis proferentes. Verba ſiquidem prædicantium Chriſtum eſſe debent ſagittæ potentis acutę ad penetrandum corda: carbones deiolatorij ad delenda vitia: gladij ancipites in manibus ad præſcindendas occaſiones. Contra hos agit Diuus Paulus per tota quatuor prima capita. 1. Corinth. Audite denique Sanctum noſtrum Vincentium Ferrarienſem, ad eos qui volunt dignè & fructuosè prædicare in l. de vita ſpirituali. In prædicationibus & exhortationibus vtere eloquio ſimplici, confabulatione domeſtica ad declarationem actuum particularium; & quantùm potes inſiſte cum exemplis, vt quilibet habens illud peccatum videatur percuti, ac ſibi ſoli prædicari. Taliter tamen quod verba videantur animo procedere non ſuperbo vel indignāti, ſed magis ex viſceribus charitatis, & pietatis paternæ: ſicut Pater condolet peccantibus filijs vel infirmitate graui, vel fouea grandi iacentibus, quos nititur extrahere & fouere ſicut mater; & ſicut gaudet de profectu eorum & de gloria Paradiſi ſperata. Talis enim modus ſolet eſſe proficuus audientibus. Nam de virtutibus & vitijs locutio generalis parum excitat audientes. Item in confeſſionibus vt, & ſiue blandiaris puſillanimes, ſine terreas induratos ſemper viſcera charitatis oſtendas, vt ſemper peccator ſentiat, quòd verba tua ex pura charitate deſcendant; & ideò charitatiua verba & dulcia ſemper pungitiua præcedant. Tu itaque qui deſideras proximorum animabus eſſe vtilis, primò ad Deum ex toto corde recurre, & hanc petitionem ſuppliciter ab eo poſtula, vt tibi illam charitatem dignetur largiri, in qua eſt ſumma virtutum, per quam poſſis

perficere quod optas. Eos verò hic in noſtra bulla commendat Innocentius quartus qui ſunt potentes opere & ſermone. Illi verò ſunt potentes opere qui vacant ſedulæ ſcripturam ſacrarum lectioni: nam tanta eſt, ex D. Auguſtino epiſt. 2. ad Voluſian, Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eis, ait quotidie proficerem ſi eas ſolas ab ineunte pueritia, vſq; ad decrepitam ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere. Et ibidem dicit de ſcriptura ſacra; quòd quaſi amicus familiaris ſine fuco ad cor loquitur & paulò poſt. Inuitat omnes humili ſermone. Et de Ciuit. lib. 11. c. 1. Sacra ſcriptura, inquit, ſuper omnes omnium gentium literas omnia ſibi genera humanorum ingeniorum Diuina excellens authoritate ſubiecit. Abſtine ergo te, inquit Sanctus Clemens conſt. Apoſt. lib. 1. cap. 7. ab omnibus Gentilium libris, quid enim tibi cum externis libris, vel legibus, vel falſis Prophetis? quæ quidem leuem à fide abducũt: nam quid tibi deeſt in lege Dei, vt ad illas gentium fabulas confugias? nam ſi hiſtorica percurrere cupis; habes Reges: ſi ſophiſtica & poetica, habes Prophetas & Iob & Prouerbiorum authorem, in quibus omnis poeticæ ac ſapientiæ accuratam rationem inuenies, quoniam Domini Dei, qui ſolus eſt ſapiens, voces ſunt: quòd ſi cantilenas cupis; habes Pſalmos: ſi rerum Origines noſſe deſideras; habes Geneſim: ſi leges & præcepta, gloriоſam Dei legem hæc ibi. Etenim, vt ait Baſil. homel. 3. in Exameron, quantò in caſtis, ſibique temperantibus fœminis pulchritudo eſt meretricia præſtabilior, magíſque anteponenda; tantò fidei noſtræ ſermones præcellunt ad

exteriorum dogmata collati. Iſti namque vt exortam ſuis ſententijs concilient probabilitatem, hic ipſa ſola veritas nuda, & omni vacua artificio aut impoſtura ob oculos præponitur. Et Hyerony. ad Demetrium vocat ſcripturam ſacram ſpeculum feda oſtendens, & corrigi docens. Et idem ad Iſaiam in prologo. Ignorantia ſcripturarum ignorantia Chriſti eſt. & alibi.

Ama ſtudium ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.

S. Gregor. in prolog. moral. Sacra Scriptura eſt quaſi quidam fluuius, in quo & agnus ambulet & elephas natet. & lib. 1. in Ezechiel homel. 6. Oſtendunt ſacra eloquia notitiam præceptorum cum exibitione operum. & homel. decima ibidem Scriptura ſacra cibus & potus eſt, in rebus obſcurioribus cibus, in apertioribus verò potus, Caſſiodor. in pſal. 15. vocat eam ſcholam cœleſtem, & eruditionem vitalem. D. Dionyſ. ad Tit. Rorem, aquam, lac, vinum & mel, Origenes in Matth. 3. tract. 2. Templum gloriæ Dei. D. Chryſoſt. homel. 3. & 21. in Geneſ. Grandem Theſaurum, & fontem perennem. Damaſcen. 4. fid. orthod. cap. 18. pulcherrimum hortum mirè fragrantem & ſuauem. Et ſic Hugo Victorinus lib. de Archa Noë. Sacra ſcriptura eſt liber vitæ, cuius origo æterna, cuius incorporalis eſſentia cuius cognitio, vita, cuius ſcriptura indelebilis, cuius profunditas inſcrutabilis, cuius ſcientia dulcis, cuius profunditas inſcrutabilis, cuius verba innumerabilia, & vnum tantùm verbum, omnia. Nam per ſacra eloquia dono ſpiritus viuificamur, vt inquit Gregorius lib. 1. in Ezechiel. homel. 7. vt mor-

tifera à nobis opera repellamus. Studete ergo quæſo fratres, vt ait idem lib. 2. in Ezechiel. homel. 15. part. 3. Dei verba meditari: nolite deſpicere ſcripta noſtri conditoris quę ad vos miſſa ſunt: multum valde eſt quod per ea animus refricatur ad calorem; ne iniquitatis ſuæ frigore torpeſcat &c. legatur tota homelia eius vbi præclara habet & vtiliſſima de ſcripturis ſacris; quas vtilitates nullo modo videre eſt in prophanis libris de quibus lib. 3. de ſummo bono c. 13. ait Iſidorus quòd ſunt caduca figmenta & vacua virtutis. Circa legendas ſacras ſcripturas & omiſſionem aliarum pertinent c. Sacerdotes & c. legant 37. diſt. & de incommodis quæ oriuntur ex libris prophanis vide à Caſtro. lib. 3. c. 8. de iuſta hæretic. punitione At contra: Blanda eſt inquit Bernardus ſer. 51. ſuper Cant. ſacræ ſcripturæ facies, facit, efficit & allicit ad legendum, ita vt quod in ea latet, delectet etiam cum labore inueſtigare, nec fatiget fortè inquirendi difficultas, vbi eloquij ſuauitas mulcet. Lege omnino P. Cornelium à Lapide in Encomio ſacræ ſcripturæ ad Pentateuch.

Cùm ergo Biſuntinæ Inquiſitionis prima fuerit Origo Conuentus noſter Biſuntinus & ſit ſedes Inquiſitoris operæ pretium duxi, hic annectere ea quæ de eo D. Chiffletius habet in Girardo, 1. par. 2. ſuæ Veſontionis, quibus nihil addi poſſe puto.

Hoc verò Gerardo ſedente, Fratres Prædicatores è familia S. Dominici, Veſontione recepti ſunt circa annum 1223. Occaſionem refert S. Antoninus, tit. 23. cap. 9. §. 3. vbi de B. Jordane, primo, poſt Sanctum Dominicum, Generali Ordinis Magiſtro: Alterâ vice, inquit, cum tranſiret (Jordanes) per Biſuntium, antequàm Fra-

tres Domum ibi haberent, contingit eum ibi grauiter infirmari. Quadam ergo die cùm febribus vehementer æstuaret factum est vt in immensum sitiret. Et ecce iuuenis habens mappam albam ad collum, lagenam vini portans in vna manu, & scyphum argenteum in alia, obtulit ei, dicens, Magister, ecce porto vobis optimum potum, de quo bibatis securè, quia in nullo nocebit vobis. Qui non ignorans astutias eius (scilicet Diaboli) commendauit se Deo, muniens se signo Crucis: qui statim disparuit Ex deuotione autem, quam cœperunt Archiepiscopus, & populus ad Sanctitatem viri, dederunt ei locum ad ædificandum Conuentum. Hæc ille, Ea domus, olim à numero, Conuentus centum fratrum dicebatur: Et quamquam ædes ipsæ perampla ac splendidæ, eleemosynis ex omni ordine corrogatis exstructæ sunt, tamen Capitulo S. Ioannis Euangelistæ, quòd fundum concessisset, fundationem adscribit Girardus Archiepiscopus, dato diplomate ad annum 1224. his verbis.

MEMORIÆ dignum duximus tradere futurorum quòd Venerabiles Fratres nostri Decanus totúmque Capitulum nostræ Bisuntinæ Matricis Ecclesiæ Sancti Ioannis Euang. attendentes, &c. Reuerendos Fratres Canonicos Ordinis Prædicatorum, ad Ciuitatem nostram instinctu S. Spiritus vocauerunt. Ipsis etiam iuxta molendina sua de ripa, locum dederunt (hinc barbaro nomine Fratres Riuetæ dictos legimus in Archiuo Sanctæ Magdalenæ in testamento Theobaldi Cantoris, Anno 1254.: quasi dicas, paruæ ripæ: quòd eorum Domus ad ripam Dubij fluminis constituta sit) ad ædificationem loci, consilium & auxilium plurimum impenderunt. Supplicauerunt etiam nobis, vt nos prædictis Fratribus in eo-

dem loco Cimeterium benediceremus, ad ſepeliendum ibi Fratres Ordinis prædicti & eos qui ibi elegerint ſepulturam: ſaluo in omnibus iure Parochiali, & iure prædictæ Matris Eccleſiæ Sancti Ioannis Euangeliſtæ, quæ fundatrix & patrona eſt prædictæ Domus Ordinis Prædicatorum. Et quicumque in Domo illa pro tempore Prior exſtiterit, fidelitatem & reuerentiam debet Eccleſiæ ſupradictæ Sancti Ioannis, ſicut Canonicus Spiritualis Eccleſiæ. Hac ex chartâ Girardi, cuius exemplar reperi inter tumultuarias ſchedas Petri Chiffletij Sacræ Theologiæ Doctoris, & Canonici Metropl. Biſuntini, Patrui mei qui anno 1574.

Oſtentatus, raptúſque ſimul,
Solſtitialis velut herba ſolet,

In ipſo iuuentæ flore, conditus eſt in choro Eccleſiæ Sancti Petri, iuxta Sanctorum Sepulchra, in monumento familiari, quod (propter Religionem loci) hæredes tantum maſculos & innuptos ſequitur.

Ad Biſontinam Prædicatorum Domum (quam S. Anton. tit. 23. c. 13. §. 1. quinquaginta nouem Prouinciæ Franciæ conuentus enumerant, quarto loco recenſet) Inquiſitio fidei, quam vocant, ab eo pertinuit. Hinc Innocentius IV. anno 1247. Priori Biſuntino, vt in Lotharingiam & Burgundiam, ad extirpandos hæreticos clam pullulantes, Inquiſitores viros idoneos deſtinaret, præcepit Epiſtola 370. data 16. Kal. Decemb. Bzouius Continuator Baronij anno 1247. num 4. Et fuit ſane ea familia Magnorum Virorum ferax: nam, vt de Sancto Vincentio Ferrario taceam, quem olim vidit Veſontio (prout in Theobaldo dicturi ſumus) aliquot Archiepiſcopi

copi Suffraganeos tulit: ac duos Generales Ordinis Magistros, octauum, & decimum octauũ: de quibus sic Frater Vincentius de Castronouo, in Chronica Generalium, ad calcem Constitutionum ordinis S. Dominici: Anno 1292. in Capitulo Romæ celebrato, electus est in Magistrum ordinis octauum F. Stephanus Bisuntinus Magister in Theologia, & præfuit duobus annis. Hic obyt anno 1295. in Conuentu Lucano. Scripsit autem super Ecclesiasten. Item libellum de auctoritatibus Sanctorum & Philosophorum. Item librum exemplorum per alphabetum narationum. Item post illum super Apocalypsin, & inferius: Anno 1343. electus fuit in Magistrum Generalem ordinis decimumoctauum frater Petrus de Palmâ, Magister in Theologia, Prouinciæ Franciæ, Conuentus Bisuntini. Scripsit hic Petrus de Palmâ, librum erudium in epistolas & Euangelia, quem cum alijs manuscriptis in meâ bibliotheca seruo. Extat in Doctoris Angelici lucubrationibus, opusculum duodecimum, quo respondet ad sex quæstiones à Gerardo Lectore Bisuntino propositas. Porrò in sacrario Ecclesiæ Prædicatorum Bisunt. inter alia seruatur Cranium S. Ermenfredi Abbatis Cusanciæ.

Hactenus ille. At cùm contra Vualdùenses hæreticos primo prodierit hæc Inquisitio, quid iam ea rest opus, cum intactus sit ab hæresi Comitatus Burgundiæ, vigilantia: Senatus, nec non ad omnia aduigilante Illustrissimo & Pijssimo Principe Archipræfule? Romam quis prudens diceret ab hæresi corruptam? In qua primus hæreticorum Iudex & vltor residet: vel fortè ibi nullus Senatus? vel si sit, dormit? Quis impudens hoc assereret? nonne semper præsentem habet illam Illustrissimorum & Reuerendiss.

ſimorum Cardinalium generalium Inquiſitorum congregationem? Et tamen Romæ eſt Commiſſarius Generalis Inquiſitoris, peculiaris Romanæ Vrbis Inquiſitor. De dominijs Sereniſſimorum Principum per Italiam idem dicerem. At Hiſpaniarum Regna fortè peſtis hæreſeos inficit; vel ſtupidi, aut negligentes ſunt Senatores; aut ſine zelo in Catholicam Religionem viuit Rex? Incontaminata ſunt Regna ab hæreſi: Senatores prudentiſſimi, & vigilantiſſimi: Rex verò Catholicus maximè eſt, & ab omnibus rectè iudicantibus agnoſcitur, habetur, & declaratur: & ibi floret, & viget Inquiſitio Sancta, eique defert in primis ipſe Rex non modicè. Vobis ergo placeat obſecro Viri Catholici quod tanto cum zelo veſter Princeps obtinuit, quod noſtro Catholico Regi ita probatur, quod placet Vicario Chriſti, Catholicæ Eccleſiæ primati, conciliorum auctori, præſidi, confirmatori, moderatori, Iudici controuerſiarum de fide, Doctori orbis, hæreticorum vltori, librorum cenſori, legiſlatori, Eccleſiaſticæ libertatis aſſertori, orbis arbitro: quod ſic complacet & placet, placeat.

B *Secundum Canonicas ſanctiones, &c.*
Idem dicunt Clemens IV. Vrbanus IV. in bullis Præ cunctis Innocentius IV. in extrauaganti incipien. Tunc potiſſimè. iam ſupra relata, imò eſt expreſſè in decretal. lib. 6. de hæret. cap. vt Officium cuius hæc ſunt verba: *Quatenus vbiq; in præfata prouincia, ſimul vel ſeparatim, aut ſingulariter (pro vt negotij vtilitas ſuadebit) contra hæreticos, credentes, recepi-*

tores, fautores, & defensores eorum, nec non contra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta Canonicas sanctiones (hominum metu diuino timori postposito) procedatis, &c. Atque hæc conformiter ad lib. 1. decretal. tit. de Constitutionibus, cap. Canonum vbi hæc habentur *Canonum statuta custodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus vel iudicijs Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducatur.* Ne quis ergo Iudex Ecclesiasticus innitatur prudentiæ suæ; at eod. tit. & lib. cap. Ne innitaris. *Prudentiæ suæ innititur, qui ea quæ sibi agenda vel dicenda videntur patrum decretis præponit.* Et de hoc modo procedendi in Officio Inquisitionis dicemus posteà ad tex. 20. & sequentes. Quod si quis satis inscius Inquisitoriæ potestatis audeat mihi ex errore vernaculo objicere; quòd iurisdictioni Inquisitorum & modo procedendi S. Officij derogatum est in hac Prouincia per antiquum non vsum & receptam in contrarium consuetudinem. Responderem satisfactum esse supra à Francis. Pegna *in sua disputatione*; vbi ostendit de natura legis esse vt sit perpetua & durabilis, quo vsque ipsam legislator expresse non reuocet: & cùm ex bullis recentioribus & iure habeat Inquisitor potestatem procedendi iuxta canonicas sanctiones, & illæ sint perpetuæ, videtur quòd perpetuò habeat talem potestatem: nec obstat consuetudo in contrarium, de qua sic statuitur in decret. dist. 8. *Mala consuetudo non minus quàm perniciosa corruptela abijcienda & vitanda est, quæ nisi citiùs radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impijs assumitur: & incipiunt præuaricationes & variæ præsumptiones celerrimè non compresse pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari.* & si verbis

Annæi Senecæ vtar ad Lucilium *Recti apud nos*
cum tenet error cùm publicus factus est, Verùm ex
distinct. Veritate manifestata cedat consuetudo veri
planè quis dubitet veritati manifestæ consuetudinem c
re. Item nemo consuetudinem rationi & veritati pra
nat. quia consuetudinem ratio & veritas semper excl
Si consuetudinem fortassis opponas: aduertendum est
Dominus dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Non
xit: Ego sum consuetudo, sed veritas. Et certè vt
Cypriani vtamur sententia: quælibet consuetudo quan
uis vetusta, quamtumuis vulgata veritati omnino est
ponenda. & vsus qui veritati est contrarius, est abolen
& §. Consuetudo. Consuetudo quæ apud quosdam irr
rat, impedire non debet, quo minus prævaleat verit
vincat. Nam consuetudo sine veritate vetustas e
est. Propter quod relicto errore sequamur veritatem,
tes quòd apud Esdram veritas vincit: vt scriptum est
ritas valet & invalescit, & viuit in æternum, & [ob
in sæcula sæculorum. Hæc ibi.

Hanc autem summam Pontificum Romanorum
ram & paternam solicitudinem circa nostram
quisitionem Bisuntinam testantur bullæ priùs re
Innocentij 4. & sequentes tàm eiusdem, quàm
rum Pontificum; quæ eò acceptiùs nunc lucem v
bunt, quò antiquiùs & infructuosiùs pridem in
stris Archiuis latuerunt.

INNOCENTIVS QVARTVS.

INNOCENTIVS *Episcopus Seruus Seruorum Dei.*

Dilectis Filijs vniuersis nobilibus per Burgundiam & Lotharingiam constitutis ad quos literæ istę peruenerint. Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ille humani generis peruicax Inimicus omnium malorum Incentor, quem de supremis ad ima superbia postrauit, non contentus quod suæ fraudis nequitia hominem perduxit ad casum ærumnis & miserijs applicandum, callidè eumnititur pestiferis retibus irretire, astutè sibi parans Insidias, ne resurgat locum à quo ceciderat obtenturus. Nouissimè autem diebus istis fidem nisus perfidia deprauare per Ministros suos iniquitatis operarios venena sparsit morifera, seditiosè considerans quod familiaris hostis sit efficax ad nocendum, qui quasi Dulcia promittentes eauda pungunt vt scorpio in aureo tandem calice Babilonis virus pestilentiæ infusuri. Licet enim hæretici hactenus diutiùs latitantes sicut cancer serperent in occulto, & velut vulpes latenter niterentur vineam Domini Sabaoth demoliri. Iam tamen peccatis exigentibus in aperto

quaſi equi parati ad prælium, præſumunt manifeſtè inſurgere contra eam in quibuſdam locis publicè prædicando quærentes in cibum ſimplices, & in prædam edoctos, ac illaqueare nihilominus fideles quoſlibet ſuis circumuentionibus cupientes, facti Magiſtri erroris qui nunquam fuerunt diſcipuli veritatis Vnde expedit quod inſurgatur viriliter contra eos vt eorum omnino hæreſi confutata per totum vigeat fides Chriſti. Nam corona ſequetur pramij tentationibus reſiſtentes. Cùm igitur dudum reſplenduerit in Burgundia & Lotharingia fida fides, ac per hoc formidamus ibi potiùs animalia venenoſa ne fortè ſimplices ipſorum callidis ſeductionibus circumuenti, & aſtuti praui circumuentionibus periculosè decepti in profundum deueniant peccatorum ſicque violetur ibidem fidei firmamentum, nos qui circa horam vndecimam inter operarios, immò veriùs ſupra operarios vineæ Domini ſumus à patrefamilias euangelico deputati, moniti voce ſponſi capere vulpes paruulas, quæ demoliri vineam Domini moliuntur, & tacti dolore cordis intrinſecùs, non valentes ſuſtinere tãtam contumeliam Creatoris, ac volentes tot animarum periculis obuiare. Dilectos filios Priorem & Conuentum fratrum Ordinis Prædicatorum Biſuntin. rogamus, monemus, & hortamur attentè noſtris ſibi dantes ſub Diuini atteſtatione iudicij diſtrictè literis in præceptis, vt aliquos de fratribus ſuis in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos eſſe nouerint ad partes Burgundiæ & Lotharingiæ tranſmittant qui clero & populo conuocatis Generalem prædicationem faciant, vbi commodiùs viderint expedire, adiunctis ſibi aliquibus diſcretis ad hæc ſollicitius exequenda diligenti perquirant ſollicitudine de hæreticis & etiam infamatis, & ſi quos culpabiles vel infamatos inuenerint, niſi examinati velint abſolutè mandatis Eccleſiæ obedire

procedant contra eos iuxta statuta sedis Apostolicæ contra hæreticos promulgata, in receptatores, defensores, & fautores hæreticorum secundùm eadem statuta nihilominus processuri. Si verò aliqui hæretica labe penitus abiurata ad Ecclesiasticam redire voluerint vnitatem ipsis iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis quod talibus consueuit iniungi. Attentiùs prouisuri ne qui videntur reuerti sub palliata specie pietatis impietatem committant, & Angelus satanæ in lucis Angelum se transformet. Propter quod statuta quæ super hoc per Apostolicam sedem sunt edita, inspicere poterunt, & ab eorum insidijs secundùm discretionem eis traditam à Domino precauere. C Ad hæc vt super præmissis omnibus officium sibi commissum liberiùs possint & efficaciùs exercere omnibus qui ad prædicationem eorum accesserint in singulis stationibus viginti dies: Illis verò qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum in munitionibus & castellis vel aliàs contra Ecclesiam rebellantes ipsis ex animo auxilium, consilium, præstiterint vel fauorem, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et si qui ex ijs in prosecutione huius negotij fortè decesserint, eis omnium peccatorum de quibus corde contriti, ac ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. Ne verò aliquid Fratribus ipsis desit ad prædictum negotium prosequendum, in contradictores & rebelles Ecclesiasticam proferendi censuram tenore literarum nostrarum liberam eis concedimus facultatem. Quocirca vniuersitatem vestram rogamus monemus & hortamur attentè per Apostolica scripta mandantes quatenus pro diuinæ, & Apostolicæ sedis reuerentia eisdem fratribus detis ad hoc consi-

lium, auxilium, & fauorem cum ab eis fueritis requisiti. Datum Lugduni xij. Kalendas Decembris. Pontificatus nostri anno 5.

ANNOTATIO

C *Ad hæc vt super præmissis &c.* Concedunt Indulgentias Summus Pontifex ex plenitudine potestatis, Episcopus ex ordinaria potestate, hoc est vi muneris & officij competente, Inquisitor ex priuilegio, &c.

Primò fuerunt plures Summi Pontifices, quorum quilibet concessit Inquisitoribus authoritatem concedendi viginti aut quadraginta dies Indulgentiæ omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad prædicationem eorum pro officio Inquisitionis faciendam accesserint, & hi sunt Pontifices, scilicet Innocentius IV. per has literas huc directas, & per illas quæ sequuntur.

TVnc potissimè conditori omnium acceptabile obsequium exhibetur, cum sibi pro Catholicæ conseruatione fidei, cuius est ipse stabile ac perpetuum fundamentum, pura intentione seruitur. Digne itaque in hoc sibi prouidimus, studiosum ac placidum impendere famulatum, & præcipuè in partibus Italiæ, propter ipsarum vicinitatem, vigilare instantius ac validius satagere contra diros hostes

eiusdem fidei, vt cultura salubris impensa per vos vicinis agris Dominicis, vtilis sit longinquis, & semen verbi animosius in proximis, fructificet etiam in remotis. Licet Apostolica Sedes tales hostes vbique indefessa solicitudine persequatur, nec vnquam ab huiusmodi exercitio cessauerit cura eius. Conuenit namque (vt quia contra pestem hæreticam Inquisitores roborare ac reuocare per diuersas siculi volumus regiones) id agere in Italia maiori opportunitate nunc habita, nullatenus dimittamus, Cum quanto nostris propror adest aspectibus, tanto iustius possemus argui de neglectu, nisi saluti eius attentè prospicere studeremus, ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta districtè precipiendo mandamus, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi negotium, quod principaliter residet cordi nostro, in Lombardia & Romaniola per te, affectu prompto suscipias, ac feruenti animo prosequaris: ita quod si per Inquisitionem de Consilio Diœcesanorum dictarum Lombardiæ ac Romaniolæ, cum omni vigilantia & solenni prouidentia faciendam, aliquos in eis de contagio prauitatis hæreticæ culpabiles vel infectos inueneris, aut etiam infamatos, nisi examinati velint absolutè Ecclesiæ Mandatis obedire, contra ipsos, & receptatores, defensores, & fautores eorum, humano timore postposito, iuxta sanctiones Canonicas, Apostolica Auctoritate procedas: inuocato ad hoc contra eos, si opus fuerit, Auxilio Brachij Secularis, Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata redire voluerint ad Ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ, consultis Diœcesanis, eisdem Beneficium absolutionis impendens, iniungas eisdem, quod iniungi talibus consueuit: prouiso solerter ne simulata conuersione redeant fras-

dulenter, & te, immo potius se fallentes, sub agni specie gerant lupum, verum quia tam salubre negotium super omnia promoueri cupimus, propter quod impedimenta qualibet ab ipso intendimus penitus, cum Dei adiutorio remouere: quia si forte, quod non credimus, aliqua Ciuitas vel Communitas, siue aliqui magnates, vel Nobiles seu Potentes, huic negotio se opponere, aut illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit per deputatos ad hoc à nobis, procedi liberè in eodem, immo nisi fouerint illud & iuuerint studiosè, nos proculdubio ad comprimendam tam superbam & pernicioſam audaciam, & omnimodo confundendam, in illis gladium Ecclesiasticæ potestatis acriter extendemus. Et Reges, ac Principes, alios q; Christi fideles, siue pro terræ sanctæ succursu, siue alias pro Christi seruitio CRVCIS CHARACTERE insignitos, nec non & cæteros Catholicos inuocabimus contra eos: vt & cœlum & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur, cum non minus expediat immo magis fidem in locis prope positis, quàm procul distantibus defensare. Quia enim futura volumus in quantum præsumus (præcipue in supradictis partibus, quas speciali affectione diligimus) vitare discrimina, idcirco scribimus, quod ista palam exponere ac prænuntiare procures, populos ipsarum partium diligentius admonens, vt debitum habentes respectum ad negotium memoratum, nullum prorsus promotioni eius inferant nocumentum, sed potius in exequendo illo tibi fauorem tribuant & auxilium opportunum: quia si forsan contrarium agere attentauerint, nullatenus dimittemus, quin per Reges ipsos & Principes, alios q; fideles dictum promoueamus negotium, sicut superius est expressum. Vt autem prædicta per te, ac Fratres eosdem possint liberius ac vtilius exerceri, tibi ac eis largiendi viginti

vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videbitur, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad tuam & ipsorum fratrum prædicationem propter hoc faciendam accesserint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum Brixiæ V. Kalend. Octob. Pontificatus nostri anno nono.

Pontifex idem probat idipsum in alio priuilegio quod incipit Malitia huius temporis. quod vide infra. Alexander Quartus in Bullis, quæ incipiunt *Cupientes*. Clemens Quartus in bulla quæ incipit, *Licet ex omnibus*. Vrbanus Quartus in diplomate *Licet ex omnibus*. Nicolaus Quartus in bulla *Licet ex omnibus*. Data Reate 12. Kalend. Septemb. Pontificat. sui anno 2. Gregorius 9. in bulla *Ille humani generis*. & Innocentius Quartus in bulla ad Inquisitorem Bisuntinum directa quàm paulò post referemus, & incipit *Ille humani generis*.

Secundò Inquisitorum socijs & Notarijs in sacro Officio laborantibus ad extirpandos hæreticos conceduntur indulgentiæ trium annorum: quòd si in prosecutione hæreticorum, & in executione Officij sacri, seu in eius ministerio moriantur, plenam habent indulgent. Probat hoc rescriptum Vrbani 4. *Præ cunctis*. Gregorij non supra citatum. Clementis 4. & Vrbani 4. citata proximè.

Tertiò Assistentes, dantes Auxilium, Consilium, & fauorem Inquisitori, & alij Sancti Officij Ministri scilicet Consultores, fiscalis & similes participāt æqualiter indulgentijs cum Socijs & Notarijs, sicut & Cruce signati. Imò & ex Pegna ij qui scribunt contra hæreticos, qui instruunt Inquisitorem quali-

ter ſe gerere debeat contra fidei hoſtes. Eandem etiam, vt idem dicit, indulgentiam conſequerentur, quicunque zelo fidei cùm opus eſſet Inquiſitoribus auxiliarentur. Id probant Pontificum ſupra citata reſcripta.

Quartò Inquiſitor in vita & in morte plenariam habet præterea omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, in vita quidem in quolibet actu Inquiſitionis, quando fit aliquis actus reconciliationis per eum vel aliqua executio durante tempore Officij, vt vult *Repertor. Inquiſit. verbo Indulgentia* & Pegna *in 3. par. Direct. quæſt.* 130. *Comment.* 179. Hæc Priuilegia cõfirmant & probant eadem ferè Reſcripta Pontificum ſed præcipuè Clementis Alexandri, & Vrbani IV. *Præcunctis*: Luculentiſſimè verò Alexandri Quarti diploma ſequens.

FIRMISSIME teneat veſtra prudentia, & nullatenus dubitet quod DEVS Indulgentiarum & Pater Miſericordiæ, conſiderans merita ſingulorum contentus Indulgentijs noſtris non exiſtit, quin benefacientibus gratiam potiorem indulgeat, & gloriã ſuperaddat. ad quas per fructum boni operis promerendas, fideles CHRISTI frequenter & libenter noſtris remiſſionibus inuitamus. Cum

itaque vos propter Deum, in negotio fidei laborantes, huiusmodi salutaribus præmijs deceat recreari. Nos vobis verè pœnitentibus & confessis de Omnipotentis DEI misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, plenam concedimus veniam peccatorum. Socijs autem Ordinis vestri fratribus & Notarijs vestris, qui vna vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & alijs qui ad impugnandum hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, vobis ex animo auxilium præstiterint vel fauorem, tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Datum Anagniæ XVII. Kalendas Octobris. Pontificatus nostri anno quinto.

De hac materia Indulgentiarum Inquisitioni concessarum vide *Repertorium Inquisitor. verbo Indulgentia*, Nicolaum Eymericum 3. *part, direct. quæst.* 127. *& seq.* & ibi Pegnam *Comment.* 176. *& seq. Summam Armillam verbo Inquisitor, n.* 20. Ioan. Rojam *tract. de haret. par.* 2. *num.* 415. Bernardum Comensem *in Lucerna Inquisitorum, verbo indulgentia &* ibidem Pegnam.

IDEM.

INNOCENTIVS *Episcopus Seruus Seruorum Dei.*

Dilectis filijs Priori & Conuentui Fratrum Prædicatorum Bisuntinensium, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ille humani generis peruicax inimicus, omnium malorum incentor quem de supremis ad ima superbia sua prostrauit, non contentus quòd suę fraudis nequitia hominem perduxit ad casum ærumnis & miseriis applicandum, callide eum nititur pestiferis retibus irretire, astutè sibi parans insidias ne resurgat, locum à quo ceciderat obtenturus. Nouissimè autem diebus istis fidem nisus perfidia deprauare per Ministros suos iniquitatis operarios venena sparsit mortifera seditiosè considerans quòd familiaris hostis sit efficax ad nocendum qui quasi dulcia promittentes cauda pungant vt scorpios, in aureo tandem calice Babylo-

nis virus pestilentiæ infusuri. Licet enim hæretici hactenus diutius latitantes, sicut cancer serperent in occulto, & velut vulpes latenter niterentur vineam Domini Sabaoth demoliri, iam tamen peccatis exigentibus in aperto, quasi Equi parati ad prælium præsumunt manifestè insurgere contra eam, in quibusdam locis publicè prædicando quærentes in cibum simplices, & in prædam edoctos, ac illaqueare nihilominus fideles quoslibet suis circumuentionibus cupientes facti Magistri erroris, qui nunquam fuerunt discipuli veritatis. Vnde expedit quòd insurgatur viriliter contra eos vt eorum omnino hæresi confutata pervigeat fides Christi. Nam corona sequetur præmij, tentationibus resistentes. Cum igitur dudum resplenduerit in Burgundia & Lotharingia fida fides, ac per hoc formidemus ibi potius animalia venenosa, ne fortè simplices ipsorum callidis seductionibus circumuenti, & astuti pranis circumuentionibus periculosè decepti in profundum deueniant peccatorum, sicque violetur ibidem fidei firmamentum, nos qui circa horam vndecimam, inter operarios vineæ Domini sumus à Patrefamilias Euangelico deputati, moniti voce sponsi capere vulpes parvulas quæ demoliri vineam Domini moliuntur, & tacti dolore cordis intrinsecùs non valentes sustinere tantam contumeliam Creatoris acvolentes tot animarum periculis obuiare. Vniuersitatem vestram Rogamus, Monemus, & hortamur attentè per Apostolica vobis scripta sub Diuini attestatione judicij districtè præcipiendo mandantes, quatenus aliquos de Fratribus vestris in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos esse noueritis ad partes BVRGVNDIÆ & LOTHARINGIÆ transmittatis qui Clero & Populo conuocatis generalem prædicationem faciant vbi commodius viderint expedire; & adiunctis sibi aliqui-

bus discretis adhęc sollicitius exequenda, diligenti perquirant sollicitudine de hæreticis & etiam infamatis, & si quos culpabiles vel infamatos inuenerint, nisi examinati velint absolutè mandatis Ecclesiæ obedire, procedant contra eos iuxta statuta Sedis Apostolicæ contra hæreticos promulgata: in receptatores, defensores, & fautores hæreticorum secundùm eadem statuta nihilominus processuri. Si verò aliqui hæretica labe penitus abiurata ad Ecclesiasticam redire voluerint vnitatem, ipsi iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus consueuit iniungi. Attentiùs prouisuri, ne qui videntur reuerti, sub palliata specie pietatis impietatem cõmittant, & Angelus sathanæ, in lucis Angelum se transformet. Propter quod statuta quæ super hoc per Apostolicam Sedem sunt edita, inspicere poterunt, & ab eorum insidijs secundùm discretionem eis traditam à Domino præcauere. Ad hæc vt super præmissis omnibus officium sibi commissum liberiùs possint & efficaciùs exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum accesserint in singulis stationibus viginti dies: Illis verò qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum in munitionibus & Castellis vel aliàs contra Ecclesiam rebellantes, ipsis ex animo Auxilium, Consilium præstiterint vel fauorem de omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctorit. confisi tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et si quis ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij fortè decesserint eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi sunt, plenam, veniam indulgemus. Ne verò aliquid fratribus ipsis desit ad prædictum negotium prosequendum, in contradictores & rebelles Ecclesiasticam proferendi censuram tenore præsentium liberam eis concedi-

mus:

nus facultatem D *Prædicatores quoque quæstuarios quorum interest charitatiua tantùm subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam si quam forsam habent exponere, à prædicationis officio quod ad ipsos nullatenus pertinet compescendi censura simili eisdem nihilominus licentiam indulgemus. Datum Lugdi ni xvj. Kalend. Decembris Pontificatus nostri anno quinto.*

ANNOTATIO.

D *Prædicatores quoque quæstuarios &c.*

Inquisitor potest procedere contra quæstuarios prædicatores, sicut constat ex hoc nostro rescripto clarè & ex rescripto Vrbani 4. *Licet ex omnibus*. & Gregorij 9. *Ille humani generis*. Idem probant literæ Vrbani, Clementis, & Alexandri 4. *Præ cunctis*. & cap. vt Officium §. compescendi de hæret. lib. 6. quod sic habet.

Compescendi (scilicet concedimus potestatem) *præterea monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita prædicatores quæstuarios (vbi contigerit pro Inquisitionis seu fidei negotio, congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio, quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet (quorum interest tantùm charitatiua subsidia supplicitèr petere, ac indulgentiam, si forte habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritate præsentium facultatem: Denique vt hæc præmissa plenè vobis & singulis vestrum correctionis*

expedita & inuiolabilis adsit auctoritas, volumus, vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij sæcularis: contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscunque personis cuiusuis conditionis, dignitatis vel gradus, Religionis vel Ordinis, communitatibus, vel vniuersitatibus Ciuitatum, & locorum specialiter vel generaliter sub quacumque verborum expressione vel forma, à memorata sede concessis, vel imposterum concedendis, cum ex huiusmodi vel alijs priuilegijs vel indulgentijs nullum vobis in tantæ pietatis negotio, velimus obstaculum interponi &c. Idem probat Bernard. Comens. in lucerna Inquisitorum verbo Inquisitor Nicol. Eymeric. *in 3. part. direct. quæst. 37.* & ibi Pegna *Comment. 86.* Sed cum hodie Conc. Tridentinum sustulerit quæstuarios *sess. 21. de reforma. cap. 9.* his verbis. *Cum multa à diuersis antea concilijs, tàm Lateranensi, ac Lugdunensi, quam Viennensi aduersus prauos eleemosynarum quæstarum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiusque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela excrescere deprehendatur, vt de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur: Statuit, vt post hac in quibuscumque Christianæ religionis locis eorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur: non obstantibus priuilegijs, Ecclesijs, Monasteriis, Hospitalibus, pijs locis, & quibuscuis, cuiuscumque gradus, status, & dignitatis personis, concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus &c.* Idem *sess. 5. de reforma. cap. 2. Quæstores vero eleemosynarij, qui etiam quæstuarij vulgo dicuntur, cuiuscunque*

conditionis existant, nullo modo nec per alium prædicare præsumant, & contra facientes ab Episcopis & ordinarijs locorum priuilegijs quibuscumque non obstantibus, opportunis remedijs omnino arceantur. Vnde patet quòd nõ obstante exemptione regularium à iurisdictione Episcopi quæstuarij ab eo arceri possunt & puniri: quinam autem verè dicendi sint quæstuarij colligitur ex remissionibus ad prædictam sess. 21. Concilij cap. 9. in quibus sacra Congregatio Cardinalium decidit dari posse licentiam petendi eleemosynas cum his circumstantijs. 1. vt sint personæ bonæ æstimationis. 2. ne sint participes ipsarum eleemosynarum. 3. ne habeant vllo modo nomen quęstoris. 4. nullas indulgentias diuulgent nec concionentur. 5. ne sua priuilegia aut sacras reliquias circumferant. 6. ne imprecationibus aut nimis eleemosynas ab hominibus exprimant, aut extorqueant, nec campanas aliàue instrumenta deferant. 7. nec quicquam debitum, aut vsitatum petant. 8. nec vllo artificio aut specie commemorandæ orationis alicuius Sancti, aut alio peruerso more vtantur. 9. sed simpliciter, ac modestè eleemosynas petant, eàsque in pij loci vtilitatem transportent. Et videtur ex defectu harum circumstantiarum alioquin censendos esse qnæstuarios. Contra cæteros autem prædicatores nunc & olim hæc priuilegia locum habent, licet de solis quæstuarijs loquantur, cùm par sit vbique ratio, nempe fauor fidei, erit ergo idem statuendum. l. à Titio ff. de verb. oblig. l. illud ff. ad Aquiliam. Notat Zabarella in *Clement. Dudum §. ab olim quæst. 12. in fin. de sepult.* tradit Tabiens. *in summa, verbo Inquisitor & notant* Ioannes And. Geminian. &

Franchus *in cap. vt officium §. compescendi de hæret. lib.* 6. & Comensis citat. *& verbo Prædicatores* & ibi Pegna sic habet: *Generaliter & hoc verum est, vt Inquisitores, cum officio Inquisitionis viderint expedire, ne alicui prædicent, id possint sub pœna inobedientiæ & excommunicationis præcipere vide Repert. Inquisitorum verbo, Prædicare. §. an Inquisitores, & Ioan. Rojam tract. de hæret. par. 2. tit. de priuilegijs Inquisit. num.* 425. Hæc ille. Imò constat nunc ex bulla Leonis decimi, quę incipit *Supernæ Majestatis* relata inter Lit. Apostolicas in fine Direct. pag. 111. Prædicatores teneri sub pœna excommunicationis, & perpetuæ priuationis officij prædicandi, vt prædicent Euangelium & explicent iuxta Sanctorum Patrum interpretationes, tempus futurorum. aut Antichristi temerè non præfigant, vanas reuelationes non comminiscantur, virtutes commendent vitia detestentur, Episcopos & alios Superiores publicè coram populo incautè non reprehendant, aut mordeant, inspirationes sibi factas priùs non prædicent, quàm Romanus Pontifex, aut Episcopus approbarit. Et Inquisitores possunt procedere contra eos, qui asserunt, & prædicant propositiones suspectas, scandolosas, periculosas, erroneas, hæresim sapientes, à fide Catholica quauis ratione discrepantes, & Christianæ pietati, ac bonis moribus non conformes, non obstantibus quibusuis priuilegijs & exemptionibus, aut quauis personarum qualitate & dignitate, Episcopis exceptis. Qui verò id impediuerint grauiter coercentur, vt videre est clariùs ex ipsis verbis bullæ sequentis Pauli tertij.

Digitized by Google

IN Apostolici culminis specula diuinæ gratiæ munere collocati, nihil magis esse nostri officij duximus, quàm sedulo ac diligenter omnia circumspicere, quæ Catholici nobis cõmissi gregis custodiæ, ac conseruationi conferant, illamque in primis curam suspicere, & quæ materiam scandali præbere possent penitus succindantur, ac radicitus extirpentur, nec ea vsque pullulare sinantur.

CVm itaque sicut accepimus in nostræ Bononiæ ac Mediolani, & quamplurimis alijs Italiæ Ciuitatibus & locis, nonnulli sæculares ac etiam & religiosi prætextu, quorundam indultorum, ac concessionum seu priuilegiorum & exemptionum, à Sede Apostolica per ipsos obtentorum, & ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in eisdem Ciuitatibus & locis per Sedem Apostolicam, aut illius auctoritate deputatis, illorum iurisdictione exemptos, prætendentes, varias propositiones scandalosas & erroneas, ac piarum mentium offensiuas, & quandoque etiam hæresim sapientes, ac catholicæ fidei minus consonas, christianæque pietati & bonis moribus minimè conformes publicè preponere, ac disputare, & pro viribus sustinere, nec non populis prædicare, non sine magno Christi fidelium animarum periculo, ipsiusque fidei detrimento, & totius Religionis opprobrio temere audeant & præsumant. Nos qui desideranter in

votis gerimus, vt fides præfata noſtris proſperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fidelium extirpetur, attendentes non ideo ab Apoſtolica ſede priuilegia & exemptiones concedi ſolitas eſſe, vt per ea ſcandala & fidei diminutio generentur, ſed potius ad ea tollendum & ipſam fidem augendum, volenteſque ne de cætero per propoſitiones & prædicationes huiuſmodi in perditionem (quod abſit) animæ fidelium prolabantur, obuiare, & ne exemptionum prædictarum prætextu videant talium præſumptores in eorum tam deteſtabili temeritate perdurare, eorúmque iniquitas remaneat impunita, morbo huiuſmodi neceſſariam adhibere medelam, motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod Inquiſitores præfati in tota Italia, & in Inſula Chij deputati & in poſterum deputandi contra omnes & ſingulos tã ſæculares quàm religioſos, quorumuis ordinum etiam mendicantium profeſſores, cuiuſcunque ſexus, gradus, ſtatus, conditionis, dignitatis & præeminentiæ non tamen Epiſcopalis exiſtant, qui propoſitiones ſuſpectas, ſcandaloſas, periculoſas, errores continentes, hæreſim ſapientes, ac alias Catholicæ fidei minus conſonas, chriſtianæque pietati & bonis moribus minimè conformes, huiuſmodi vel earum quaſlibet in poſterum aſſerere, ſeu publicè proponere, & populis prædicare audeant, vel præſumant, iuxta auctoritatem & poteſtatem eis Inquiſitoribus, à Iure aut aliàs quomodolibet traditam & conceſſam procedere & inquirere, ſuamque iuriſdictionem exercere debeant, nec non eis contra illos iuxta prædictam poteſtatem, vt præfertur procedendi & inquirendi, & iuriſdictionis huiuſmodi exercendæ facultatem quatenus opus ſit, eadem auctoritate de nouo concedimus: decernentes præſentibus noſtris literis, niſi per ſignaturam manu noſtra ſignata minimè derogari poſſe, irritumq; & inane quicquid ſecùs ſuper his à

quoque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: diſtrictiuſque inhibentes locorum ordinarijs ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ & ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, nec non Ciuitatum & locorum quorumlibet Dominis Gubernatoribus, & Rectoribus, & alijs quibuſcunque ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac bonorum ſuorum priuationis pœnis, eo ipſo ſi contra fecerint incurrendis, ne Inquiſitores præfatos quominus contra propoſitiones præfatas, vel earum quaſlibet ſub indultorum, conceſſionum, priuilegiorum, & exemptionum eorundem, & quouis alio prætextu aſſerentes, proponentes & prædicantes huiuſmodi procedere, inquirere, eorumque iuriſdictionem exercere liberè poſſint & valeant quouis modo per ſe vel alium ſeu alias directè vel indirectè impedire præſumant. Non obſtantibus præmiſſis & Apoſtolicis in prouincialibus, & in Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordinationibus, nec non ordinum eorundem iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegijs quoque & exemptionibus, prædictis quibuſuis, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, & per nos & ſedem Apoſtolicam cõceſſis, confirmatis & innouatis, quibus etſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis illorumq́, totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda foret, tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe derogamus, cęteriſque contrarijs quibuſcumque. Et quia difficile foret præſentes noſtras literas originales ad ſingula loca quo opus foret deſtinare volumus & decernimus, quod earum tranſumptis manu Notarij publici

ſubſcriptis. & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides indubia, in iudicio & extra vbicumque exhibitæ fuerint, detur ac eiſdem ſtetur, ac ſi originales litteræ ij ſæ exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die xiiij. Ianuarij. 1542. Pontificatus noſtri anno Octauo.

Verus ergo & Apoſtolicus Prædicator coram rudi plebecula, & ſimplicioribus debet eſſe catechiſta: quales fuerunt olim Apoſtoli, qui lac præbebant paruulis, ſapientiam autem inter perfectos loqui nouerant. Catechiſta fuit Paulus 1. Corinth. 14. vt ait Iater Cornelius à Lapide in epiſt. ad Galatas cap. 6. Apoſtolos imitatus Origenes, iſque fuit Catechiſta, qui ludum S. Theologiæ ex abundantia ingenij ſuæ ætatis anno decimo octauo aperuit. Hos ſequuti ſunt alij Patres, vt Cyrillus Hieroſol. cuius extant Catecheſes, & Auguſtinus qui ſcripſit de catechizandi rudibus, Gregorius Nyſſenus, qui ſcripſit orationem catecheticam, quæ dicitur magna, & alij. Vnde patet munus catechizandi eſſe primæuum Eccleſiæ, & Apoſtolicum, vt merito D. Ioannes Ge ſon, Cancellarius licet Pariſienſis, eo quaſi honorifico, veréque Chriſtiano perfunctus ſit, ipſéque pueros erudire, eorúmque confeſſiones aſſiduè audire voluerit. In hoc negotio ſacro & perutili functus eſt vita tantopere famatus ille Caſſianus. Maiores imitatus eſt ſuperioris qui Religioſiſſimus Piæ memoriæ R. P. F. Ludouicus Granatenſis Ordinis Prædicatorum, & Sereniſſimo Archiduci, Principique pijſſimo Alberto charus in primis, qui ſcri-

ſit perneceſſarias catecheſes. Imitati ſunt & R. R. P. P. Caniſius, Coſterus & alij. hocque negotium iam S. D. N. Papa Gregorius XV. tot priuilegijs & indulgentijs nobilitauit, quas anno Domini M. DC. XXII. 4. Kalend. Octob. & catechiſtis, & catechizatis ita impartiuit copioſas, vt nunquam concionibus popularibus & politioribus tales conceſſæ fuiſſe legantur. Eſt enim hoc munus neceſſarium in Eccleſia, multi enim ſunt ita ſimplices & ignari, vt S. Trinitatis, incarnationis ac redemptionis Chriſti Myſteria neſciant, quorum tamen trium tantopere eſt fides neceſſaria vt ſine illa nulla poſſit eſſe ſalus æterna: vt docent Theologi in ſecunda ſecundæ, & in tertio ſent. (nam eſt de neceſſitate medij & præcepti) imo, quod peius etiam videtur, ne ipſa quidem ſymboli verba recitare valeant, ad quæ omnes explicite ſcienda tenentur ex concilio Foro-Iulienſi congregato ſub Carolo & Pepino, in quo poſtquam ſinguli fidei articuli recitati ſunt, ita legitur. *Symbolum & Orationem Dominicam omnis Chriſtianus memoriter ſciat, omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, maſculi fœminæ, iuuenes, ſenes, ſerui, liberi, pueri, coniugati, inuptæque puellæ, quia ſine hac benedictione nullus poterit in cœlorum regno percipere portionem.* Et in Concil. Moguntiaco Caroli Magni tempore celebrato cap. 45. ita legitur. *Symbolum quod eſt ſignaculum fidei, & orationem dominicam diſcere ſemper admoneant ſacerdotes populum Chriſtianum.* Et in Rhemenſi ſub eodem Carolo, anno Domini 813. cap. 2. ita ſcriptum legitur. *Vt orationem, quam Dominus noſter Ieſus Chriſt. diſcipulos ſuos orare docuit verbis diſcerent, & ſenſu bene intelligerent, quia illam ignorare nulli Chriſtia-*

non licet Et hinc eſt quòd dæmon quamplurimo ſuo deteſtando ſignat charactere, & inducit ad ſectas maleficas, quia multos videt hoc ſymbolo Apoſtolico, quod eſt ſignaculum ſidei, non præmunitos Et mihi contigit cum multo mœrore in examine ſuſpectarum vel delatarum de maleficio, eas interrogare & quidem ſexagenarias, quæ verba ipſa Orationis Dominicæ, ſalutationis Angelicæ, & ſymboli Apoſtolici ignorarent, quam ignorantiam neſcio quibus adſcribam, niſi ijs qui ex Concilijs relatis, & Tridentino ſeſſ. 24. cap. 4. & 7. ſuos his de rebus abunde debent inſtruere, de eorum animabus Deo Iudici rationem reddituri. O rigoroſam rationem ſi enim pro hac ignorantia in æternum perit ouis, multo magis & paſtor qui oues paſcere noluerit, ſed earum ignorantiam fouere. Hæc non vt quempiam carpam tetricè, ſed vt charitatiuè moneam, dixerim nam fateor & ex iiunctis Apoſtolicis Inquiſitorem eiuſque Officiarios quando prædicant, ad hanc Catechiſticam concionandi formam teneri, dum in bullis Pontificijs eis iniungitur, vt prædicent fidem & Crucem. O ſuper omnes, laudabiles prædicatores religioſos, qui has habent, & frequentes, & neceſſarias, & perutiles ad populum non ex obligatione, ſed ex charitate catecheſes!

CLEMENS QVARTVS.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Fratribus ordinis prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Bisuntin. Gebennen. Lausanen. Sedunen. Tullensi, Metensi, Virdunensi Ciuitatibus, & diœcesibus suis deputatis auctoritate Apostolica, & imposterum deputandis. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Præcunctis nostræ mentis desiderabilibus Catholicæ incrementum Fidei affectantes nimio vtique dolore replemur, cùm audimus aliquos, vel sentimus ad illius depressiones qualicúmque malignitate satagere, vel damnabilibus ipsam deprauando, reprehensionibus, aut detractionibus ei abrogabilibus, derogando, seu commentis eandem mendacibus pernertendo: Ad quorum iniqua conster-

nenda molimina eò animosius aspiramus, quò in animarum stragem pernicioſius eos agnoſcimus conſpirare. Sanè licet vbilibet Sedis Apoſtolicæ diligentia contra talium doloſam aſtutiam ne diffuſius huiuſmodi ſerpat morbus, remedium libenter adhibeat opportunum: In Biſuntin. tamen Geben. Lauſan. Sedun. Tullen. Meten. & Virdun. Ciuitatibus, & Diœceſibus ſuis cupientes anxiè vt negotium fidei ingi profectu, eliſis omnino quibuſlibet erroribus fortius conualeſcat, adhæc per nos, & alios ſtudemus attentius vigilare, prouidimus igitur in eiſdem locis ad preſens perſonas aliquas circumſpectas, pro tanto negotio deputari, quarum honeſta conuerſatio exemplum tribuat puritatis & doctrinam fundant erudita labia ſalutarem, vt ſacro ipſarum miniſterio præfatæ ciuitates, & diœceſes prorſus ab huiuſmodi contagijs expurgentur. Vt autem Inquiſitionis officium contra hæreticos in præfatis locis per Auctoritatem Apoſtolicam poſſit efficacius adimpleri: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem ſpiritus induentes ex alto prædictum officium, quod Apoſtolica vobis auctoritate committimus, vbique infra præfatos limites ſimul vel ſeparatim aut ſingulariter, prout negotij vtilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ ſic efficaciter proſequi & exequi ſtudeatis: vt per ſollicitudinis veſtræ prudentiam, de locis prædictis radix iniquitatis hæreticę ſuccidatur, & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ peruerſis morſibus demoliuntur eandem, fructus afferat Catholicæ puritatis. Si quos autem de prauitate prędicta culpabiles inueneritis vel infectos, ſeu etiam infamatos, contra ipſos niſi examinati abſolutè velint mandatis Eccleſię obedire) nec non & contra receptatores, defenſores, & fautores eo-

rum, iuxta ſanctiones canonicas, auctoritate Apoſtolica, hominum metu diuino timore poſtpoſito, procedatis. Non obſtantibus aliquibus literis ad quoſcumque alios de locis prædictis (exceptis locorum diœceſanis) ſuper huiuſmodi negotio, ab Apoſtolica Sede directis, quarum deinceps ad Inquiſitiones huiuſmodi faciendas nolumus auctoritate proceai, Quin immò ne procedatur per illas diſtrictiùs inhibemus, nec prætextu commiſſionis ſpecialiter eiſdem diœceſanis ſuper noc facta, veſtros proceſſus in eorumdem diœceſanorum Ciuitatibus & diœceſibus volumus impediri. Nec per hoc, quòd fidei negotium generaliter in ipſis locis vobis committimus, commiſſiones à prafata Sede diœceſanis eiſdem factas, ſi forſam, illarum ſeu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus reuocare. Veruntamen ſiue auctoritate ordinaria, ſiue ex delegatione prædicta Sedis, ijdem diœceſani in huiuſmodi negotio proceſſerint, nequaquam volumus, vel per concurſum proceſſuum, vel alias quomodolibet veſtros impediri proceſſus, quin diœceſanorum ipſorum proceſſibus nonobſtantibus, in eodem negotio procedere liberè valeatis. Si verò aliqui exprædictis, hæretica labe penitus abiurata redire voluerint ad Eccleſiaſticam vnitatem, eis iuxta formam Eccleſiæ, abſolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eiſdem quod iniungi talibus conſueuit: proniſo ſolerter ne ſimulata conuerſione redeant fraudulenter, & vos immo potius ſeipſos fallentes ſub Agni ſpecie gerant lupum. Quod ſi aliqui fuerint indicandi hæretici velincarcerationis pœna perpetuæ alicui pro huiuſmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœceſanorum vel Vicariorum ſuorum, ſi diœceſanis abſentibus præſentes fuerint, conſilio procedatur: vt in tantę animaduerſionis iudicio, non poſtponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verùm quia

in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi vt in reos ſine vllo proferatur errore duræ ac dignæ ſeueritas vltionis, volumus & mandamus, vt vos vel illi quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque cõtigentibus oportuerit, adhibeatis duas Religioſas & diſcretas perſonas, in quarum præſentia per publicam, ſi commodè poteſt haberi perſonam, aut per duos viros idoneos fideliter eorumdem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas quoque huiuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, qua in commiſſo vobis officio ad ſcriuiarij, ſeu tabellionis officium pertinent, teneri diſtrictè præcipimus, cùm per vos, ſeu per deputatos ad hoc à vobis requiſiti fuerint omnes, & ſingulos veſtri ordinis fratres, qui dum eſſent in ſæculo huiuſmodi tabellionatus officium habuiſſe, & exercuiſſe noſcuntur, & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotij fidei, fuit à dicta Sede commiſſum, & impoſterum committetur: concedentes huiuſmodi Fratribus nec non & alijs Religioſis quibuſlibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſæculo dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt, quibuſcumque etiam Clericis ſæcularibus officium ipſum habentibus, ſi ijdem Fratres Religioſi, & Clerici ſint in ſacris ordinibus conſtituti, exercendi liberè officium ipſum, quo ad præmiſſa, nonõbſtante aliquo contrario ſtatuto Canonis, vel ordinis quocumque vallato munimine plenariam facultatem. E

Quod ſi teſtibus quos à vobis recipi vel ab alio vice veſtra ſuper eodem crimine examinari contigerit ex publicatione nõminum eorumdem videritis periculum imminere, ipſorum nomina non publicè, ſed ſecretè coram aliquibus perſonis prouidis & honeſtis, Religioſis, & alijs ad hoc vocatis, de quarum conſilio ad ſententiam vel condemnationem

rocedi volumus exprimantur: & sic nonobstante, quòd
llis, contra quos huiusmodi testes deposuerint, eorum no-
ina non fuerint publicata, ad cognitionem iudicis in-
ruendam, adhibeatur plena fides testium depositionibus
orundem. Vt ergo commissi vobis officij debitum vtilius
& liberius exequamini, committendi citationes, testium
examinationes, cùm de huiusmodi crimine, ac ipsius cir-
umstantijs duxeritis inquirendum. F Ita tamen quòd
eidem examinationi duæ personæ Religiosæ, vt dictum est
interfint, & denunciationes sententiarum quas in quoslibet hac de causa tuleritis: G Accersendi quoque prout
expedierit peritos quoslibet, vt vobis inferendis huiusmodi
sententijs præbeant consilium opportunum ac vobis assistãt
conuocandi etiam Clerum & populum ciuitatum, castro-
rum, aliorúmque locorum, prout dicto negotio de plano &
absque iudiciorum & aduocatorum strepitu: ac contra il-
os quos in prædictis locis in hæreseos crimine commisisse
constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint
rocedendi: nec non faciendi vobis libros, seu quaternos,
& alia scripta, in quibus Inquisitiones factæ, & processus,
per quoscúmque auctoritate sedis Apostolicæ vel legatorũ
ius habiti contra hæreticos continentur, à quibuslibet as-
signari, & obseruari inuiolabiliter omnes constitutiones
Apostolicas, & leges Imperiales per quondam Frederi-
um Romanorum Imperatorem tunc in deuotione Roma-
æ Ecclesiæ persistentem, Paduę promulgatas aduersus hu-
iusmodi pestem haereticae prauitatis. Priuandi praeter-
a de diœcesanorum, vel eis absentibus, Vicariorum suo-
um consilio haereticos eorumdem credentes, receptatores,
& defensores, eorumdem filios, & nepotes personatibus,
dignitatibus, ac beneficijs Ecclesiasticis, & officijs publi-
cis, ac honoribus quibuscumque: nec non & largiendi vi-

ginti, vel quadraginta dierum Indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint: plena sit vobis, & singulis vestrum præsentium tenore facultas. Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, Illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terræ Sanctæ in generali concilio est concessa. Socijs verò fratribus vestri Ordinis, & notarijs vestris, qui vna vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & omnibus qui personaliter vobis astiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, vobis ex animo præstiterint consilium, auxilium, vel fauorem: de Omnipotentis Dei Misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius Auctoritate confisi tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. Et si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij fortè decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compescendi præterea monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, prædicatores quæstuarios, vbi contigerit sacro Inquisitionis seu fidei negotio quomodolibet ex hoc impedimentum afferri, à prædicationis officio (quod ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest, tantum charitatiua subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam si quam fortè habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrum concedimus, auctoritate præsentium, facultatem. Cæterum si fortè (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem, contra eos tanquam contra hæreticorum fautores &

tores & defensores, contra illos verò qui idem negotium requisiti iuxta officium, & posse suum non iuuerint. seu fouerint studiosè, freti auctoritate eadem intrepidè procedatis secundùm canonicas sanctiones. Nos enim nihilominus ad reprimendam eam superbam & pernicioſam audaciam, & omnimodè confundendam, in illos gladium Ecclesiastice potestatis acriter exercemus: Et Reges & Principes, alios q; Christi fideles, siue pro terræ sanctæ succursu, siue aliàs pro Christi seruitio CRVCIS CARACTERE insignitos, necnon & cæteros Catholicos prout expedire viderimus, inuocabimus contra eos, vt cœlum, & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur. Denique vt circa præmissa penè vobis & singulis vestrum coertionis expedita & inuiolabilis sit auctoritas, volumus vt ea omnia viriliter exequamini, inuocato (si opus fuerit) Auxilio brachij secularis, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscumque personis, cuiuscis conditionis dignitatis vel gradus, Religionis vel Ordinis, & præsertim Cistercien. Prædicatorum, minorum, seu hæremitarum, siue communitatibus, vel Vniuersitatibus Ciuitatum & locorum specialiter vel generaliter, sub quacumque verborum expressione vel forma à memorata sede concessis, vel imposterum concedendis: etiam si dicatur in illis quòd eis per aliquas literas totum de verbo ad verbum tenorem non continentes priuilegiorum vel indulgentiarum ipsarum, nequeat derogari: & illis maximè priuilegijs & indulgentiis, quibus ab ipsa Sede concessum est aliquibus seu concedetur deinceps, quod excommunicari, vel ipsorum terræ supponi non possint Eccle. interdicto: aut quod prædictorum, vel alio-

rum quorumlibet Ordinum Fratres, ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, siue denunciationes sententiarum excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, auctoritate literarum Apostolicarum minimè cogi possint, nisi de ipsorum Ordinibus & priuilegiis, vel Indulgentiis, eis super hoc à sede concessis eadem, habeatur in eisdem literis mentio specialis: cùm ex huiusmodi vel aliis priuilegiis, & indulgentiis nullum vobis in tanta pietatis negotio, velimus obstaculum interponi: & constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali. Datum Viterbij. 2. Nonas Iulij. Pontificatus nostri. Anno tertio..

ANNOTATIO

E *Quod si testibus quos à vobis &c.* Exploratum est, exemplum seu copiam iudiciorum dãdam esse reo, & concedendam dilationem ad ea diluenda & suam innocentiam probandam, hoc enim & naturalia, & humana iura fieri postulant, & iurisconsulti vno ore fatentur, & tradunt passim criminalistæ, sed præ alijs videto Iulium Clarum in pract. crimina. q. 49. & Antonium Gomesium tomo 3. variar. resolu. cap. 13. num. 21. Cæterùm cum in hoc crimine iudiciorum copia traditur illa circumstantiæ tacendæ sunt, ex quibus reus posset in notitiam testium deuenire. Hæc Pegna ad Lu

cernam Inquisit. verbo, tradere. Hoc autem singulare de non publicandis seu manifestandis reo accusato in sancto tribunali testium, vel delatorum nominibus vel circumstantiis ex quibus reus posset in cognitionem eorum venire confirmat rescriptum Pij Quarti quod sequitur.



Vm sicut non sine magna animi nrimolestia accepimus humani generis hoste instigante ita Schismaticorum & aliorum hæreticorum numerus in prouincia, statu, & diœcesi Ciuitatis nostræ Auinion. prævaluerit, & propter eorum, seu alicuius ipsorum potentiam, & malitiam nullus contra eos deponere, seu eorum crimina revelare, & accusare audeat: quò fit vt ipsi Schismatici, & hæretici remaneant impuniti, in non modicam *Diuinę* Majestatis offensam, & graue personarum Catholicarum scandalum. Nos ne in futurum aliquis metu ipsorum hęreticorum, & schismaticorum, eorum crimina reuelare formidet, aliàs in præmissis opportunè prouidere volentes, motu proprio & ex certa scientia nostris Dilecto filio Fratri Bernardo moderno Inquisitori Auinionen. vel pro tempore existenti, in dicta Prouincia hæreticæ prauitatis Inquisitori, vt personas quæ Schismaticos, seu

hæreticos huiuſmodi reuelauerint, ſeu contra eos depoſuerint, & teſtificauerint, publicare, ſeu reuelare minime teneantur. Et ſi ab eodem Inquiſitore aliqua ipſorum teſtium dicta publicari contingat, ita truncata & ſecreta publicentur, vt cognitio nominum, & cognominum ipſorum teſtium, ad aliquam notitiam deuenire non poſſit. Quodque ipſe Inquiſitor à quoquam ſyndicari nequeat, & nemini, niſi nobis, aut pro tempore exiſtenti Romano Pontifici, & Almæ Vrbis noſtræ ſupremis Inquiſitoribus de proceſſibus per eum contra dictos hæreticos & Schiſmaticos formatis rationem reddere teneatur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus pariter & indulgemus, diſtrictius inhibentes vniuerſis & ſingulis Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Prælatis, eorumque in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarijs, ſeu Officialibus generalibus, & dilectis filijs omnibus, & ſingulis Iudicibus & perſonis tam Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus & ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ne ipſum modernum, & pro tempore exiſtentem Inquiſitorem ad nominum, & cognominū dictorum teſtium reuelationem & publicationem, ſeu de proceſſibus per eundem modernum contra ipſos hæreticos & Schiſmaticos formatis, vel ab eo, & alijs Inquiſitoribus pro tempore in futurum formandis rationis redditionem arctare, nec ſuper præmiſſis, ſeu eorum occaſione quouis prætextu moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præſumant. Irritum nihilominus & inane decernentes ſi ſecus ſuper his

à quoquam quauis Auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & in Prouincialibus, ac Synodalibus concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus ſtatutiſque & conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis: priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis confirmatis & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe latiſſiméque derogamus. Cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Nouembris. M. DLXI. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Cæſ. Glorierius.

Et Innocentij Quarti editum diploma Anno Domini M. CC. LIII. Idem probat circa non danda nomina testium, quod refertur ab Eymerico secunda parte direct. pag. 145. col. 2. & sic habet.

CUm negotium fidei Catholicæ aduersus hæretica pranitatis errores vobis, vt vestra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias literas duxerimus committendum, vt commissum vobis ab Apostolica Sede tam salubre, ac vtile Ministerium exequi liberius, ac exercere possitis efficacius, in hac parte interpretandi statuta Ecclesiastica & secularia contra hæreticos edita, & hæreticorum filios, & nepotes, credentium quoque fautorum, defensorum, & receptatorum ipsorum dignitatibus, personatibus, & honoribus quibuscumque, ac Beneficiis Ecclesiasticis, & publicis Officiis, illes etiam qui hæreticorum, vel aliorum prædictorum interuentu, intuitu, vel gratia talia sunt adepti, vel in posterum assequentur, priuandi huiusmodi dignitatibus, personatibus, beneficijs & officijs liberam vobis authoritate præsentium concedimus potestatem. Sanè volumus vt nomina tam accusantium pranitatem hereticam, quam testificantium super ea nullatenus publicentur, propter scandalum, vel periculum, quod ex publicatione huiusmodi sequi posset, & adhibeatur dictis huiusmodi testium nihil

minus plena fides. Quod si simul iis non interfueritis exequendis, vnus vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateran. 7. Idus Martij. Pontificatus nostri Anno 11.

Idem priuilegium de non dandis testium vel delatorum nominibus habetur cap. Satutum. §. iubemus. de hæret. lib. 6. licet in dicto cap. fin. Bonifacius concedat posse testium & accusatorum nomina in hoc crimine sicut in alijs, omni periculo cessante publicari. hodie tamen. inquit Pegna in 3. p. Direct. ad q. 75. commen. 124. perpetuo id periculum adesse putatur, & ideo numquam nomina testium dãtur ita vt hæc Bonifacij octaui prouisio sublata nunc prorsus esse videatur; Quod etiam confirmat Repertorium Inquis. verbo nomina, vers. nunc videndum. Idem Pegna in eadem part. directorij, commen. 28. versu vbi autem. Ioan. Rojas tract. de hæret. part. 2. num. 98. Ludouicus Paramus de origine S. Inquisitionis lib. 3. q. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei num. 48. & seq. vbi ita vsu & communi stilo receptum esse testatur, & ita in supremo vrbis & orbis. S. Generalis Inquisitionis tribunali seruari regulariter, dubitandum non est. Et ita obseruant quicumque de hæreticis scripserunt. Repert. Inquisitorum, verbo, nomina Gondisalvus tract. de hæret. q. 10. num. 4. Ioan. Rojas de singular. fidei, singul. 208. incipien. *testium publicatio.* & 140. incipien. *Nomina & dicta,* Director Inquisit. parte 3. num. 119. pag. 482. & sequent. & ead. part. q. 75. & ibidem Pegna. Simanchas de Cathol. instit.

cit. 64. de testibus num 27. Campegius apud Zanchinum cap. 9. Comensis in Lucerna Inquisit. verbo nomina, & verbo procedere num. 5. & ibidem Pegna & alij plerique quos omitto & citat Farinacius de hæresi cap. 188. qui de hoc argumento amplè differit. Obseruat etiam Concil. Biterrense cap. 10. his verbis. Illud autem caueatis secundùm prouidam Sedis Apostolicæ voluntatem, ne testium nomina signo vel verbo aliquo publicentur, & Narbonense cap. 22. instructio item Hispalensis An. Domini 1484. cap. 16. quam citat Pegna cit. comment. 124. & in 2. part. Direct. comment. 24. verbo sanè volumus. & eandem habet Ioannes Rojas in singul. fidei singul. 208.

Quod si reus instaret, postularetque vt sibi concederetur defensio secundum iuris ordinem, & per consequens vt testium nomina simul cum dictis eorum sibi ederentur, audiendus non esset, vt docet Pegna, vtque olim etiam in hoc articulo consuluerunt periti quidam Auinionenses responso quodam super quibusdam dubitationibus in causa fidei. quæst. 3. quod legitur in vetusto illo codice Bibliothecæ Vaticanæ. At si ob id grauari se diceret, & appellaret: talis appellatio nullo modo esset admittenda, sed ea nonobstante, imò reiecta tanquam friuola & iniusta, ad vlteriora iudicij acta est intrepide procedendum.

At sunt ne saltem aliquæ circumstantiæ delicti commissi publicandæ, quo facilius reus se defendat, quales sunt locus, tempus & aliæ huiusmodi? de hac re sancitum est in Hispalensi institutione citata hi

verbis. *Cùm probatio facta fuerit, & testes reproducti debent Inquisitores publicare dicta & depositiones eorum supressis & tacitis nominibus, & circumstantijs, ex quibus reus accusatus posset venire in cognitionem testium.* Hæc ibi. in Madriliana verò institutione anni 1561. *cap.* 32. declaratur quales loci & tempori bis quæ latinè reddit Pegna: *In publicatione ponentur mensis & annus, in quibus deponunt testes: quoniam si aliquod inconueniens insurgeret, si poneretur praecisè dies non debet apponi: & sufficiet mensis & annus quod fieri sæpe solet cum testibus in carcere deponentibus. similiter apponetur in publicatione locus & tempus commissi dilecti quoniam hoc ad defensionem reorum spectat. Caterùm non est apponendus locus loci.* Hactenus illa. Sed non diffiteor, vt docet Pegna, contingere posse, vt si locus & tempus reis panderentur, ipsi possent deuenire in notitiam delatorum, quo casu prouidendum est testium incolumitati, & legitimæ reorum defensioni, alijs modis competentibus, quos prudens Inquisitor pro qualitate negotij melius sciet poterit. Quoniam verò legitimæ defensionis ordo ex suppressione nominum, quodammodo videtur truncatus, ideo Inquisitores diligenter debent inuestigare vitam & mores testium: nam in toto hoc negotio præcipuè curandum est Inquisitori, ne dum cautelas & modos excogitat ad inquirendum, an delati habeant inimicos capitales, per alias circumstantias efficiant vt ijdem delati in notitiam testium deueniant: alioquin nisi testium incolumitati abundè consuleretur non reperirent

tur facilè qui hæreticos denunciarent, vel aduersus eos testificarentur, quod in maximum Catholicæ fidei detrimentum vergeret. Idem sentiendum est de maleficis hæreticorum omnium pessimis, subtilissimis & pernicioſissimis, vt pote qui sunt primarij satanæ Dei & hominum hostis infensissimi sectarij & discipuli, seu potius serui & machinationum infernalium executores. Ratio verò potissima quare nomina testium in casu hæreseos subticeantur est, quòd licet regulariter in habiles vt excommunicati, infames, & similes à testimonio repellantur cap. 1. de excep. c. licet. de probatio. c. testimonium de testibus. c. testes. cum similibus, at in causis fidei propter religionis fauorem, ne tam grauè hæresis crimen maneat impunitum ob defectum probationum, quæ aliàs repellerentur ob quemcumque defectum, nunc in causis fidei admittuntur, vt apertissimè probat text. cap. in fidei fauorem de hæret. lib. 6. cui penitus consentit Concil. Biterrense *c.* 12. his verbis: *Quæuis in huiusmodi crimine omnes criminosi & infames, ac participes criminis ad accusationem & testimonium admittantur*: Idem sentit Conc. Narbonense *cap.* 24. & de hoc nullam esse ambignitatem concludit doctissimus Pegna *comment.* 113. *ad q.* 64. *direct. Inquis. part.* 3. Ad quid ergo nomina testium reseruabuntur, si nulli quantumuis infames repellantur? & cùm nec ea Campegius ad Zanchinum *cap.* 15. *versu nec valet*, consultoribus Inquisitionis publicanda esse asserat; primò quia ipsi periti id ægrè ferrent, ac si iniuria maxima illis irrogaretur: secùs

dò quia cũ in paucis verus fidei zelus inueniatur, ex huius indictione secreti laqueus illorum animabus imponeretur: nam statim in excommunicationem laberentur, saltem ob importunam curiosorum instantiam, qui ab eis de arcanis huiusmodi instanter inquirerent. At is doctor ab alijs reijcitur; potest enim Inquisitor si id viderit expedire reuelare nomina testium suis consultoribus tamen sub sigillo secreti ex cap. statuta Bonifacij 8. de hæret. lib. 6. §. & vt eorundem, vbi sic habetur: *Et vt eorumdem accusatorum & testium periculis efficatius occurratur & cautiùs in Inquisitionis negotio procedatur, præsentis constitutionis authoritate permittimus, quòd Episcopus & Inquisitores possint indicere illis quibus (vt præmissum est) processum huiusmodi explicabunt, & in eos arcana consilij seu processus sibi sub secreto ab eisdem Episcopo & Inquisitoribus patefacta alijs si patefacerent, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso actu incurrant, si eis videbitur promulgare, &c.* Quare qui temerè publicare præsumeret testium, accusatorum seu denuntiantium nomina planè imprudentissimè ageret, & fortassis mortalem culpam, inquit Pegna, incurreret: quia ageret contra decreta Pontificum, & contra receptam sacri officij consuetudinem, quę quamuis nulla lege niteretur, quia tamen consuetudo est laudabilis, approbata, & legitimè præscripta atque inducta, vim legis habet. §. ex non scripto instit. de iure naturali gent. & ciuili.

F. *Fata tamen quod eidem examinationi duæ personæ religiosæ vt dictum est interfint, &c.* Examina-

tioni teſtium, ſeu deponentium in crimine hæreſis, & ipſum crimen concernentibus, debent eſſe præſentes duæ religioſæ & diſcretę perſonæ, in quarum præſentia per publicam perſonam aut per duos idoneos viros eorumdem teſtium depoſitiones fideliter conſcribantur. vt dicitur in cap. vt officium lib. 6. §. verum his verbis quæ ſunt expreſſa noſtræ Bullæ. *Verum quia in tam graui crimine cum multa opponi cautela procedi (vt in reos ſine vllo proferatur errore debitę ac digna ſeueritas vltionis) volumus & mãdamus : vt in examinatione teſtium quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque cõtingentibus opportuerit : adhibeatis duas religioſas & diſcretas perſonas, in quarum præſentia per publicam (ſi commodè poteſtis habere perſonam , aut per duos viros idoneos fideliter eorumdem depoſitiones teſtium conſcribantur.* Et ibi quærunt Doctores quænam perſonæ intelligendæ, ſint per religioſas & Philippus Francus ſtrictè eas tantum intelligit quæ religionis habitum aſſumpſerunt, vouerũtque illa tria paupertatem, obedientiam & caſtitatem; cui videtur fauere Ber. Comenſis *in lucerna Inquiſitorum verbo Examinatio teſtium*, Sed Archidiaconus. Ioan. And. Geminian. & alij *in dicto cap. vt Officium §. verum quia.* per c. denique diſt. 4. optimè obſeruant, religioſorũ nomine intelligi etiam clericos ſæculares : quare & hi poterunt huic examini adhiberi, quod & Simancas adnotat *de Catholic, inſtituit tit. 64. num. 9.* Sed Pegna *ad tit. 3. part, Directorij comment. 112.* ſic habet : *Et quamquam re vera (vti ego exiſtimo) ſupradictæ perſonæ comprehendantur in diſpoſitione dicti c. vt officium, §. verum quia de hæret. lib. 6. nihilominus vbi vt*

ium ita fuerit Inquiſitoribus, diſcretos etiam laicos, peritos, honeſtæ vitæ, & ſpectate prudentiæ huic examini poterunt adhibere. Primò quoniam Chriſtiani laici honeſtè viuentes largè religioſi appellantur. C. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſtit. c. fina, de rebus. Eccle. non alienam. tradit plenè Albertinus in c. quoniam. de hæret. lib. 6. q. 1. concluſ. 3. num. 5. Rurſus, quamuis dum eſt ſermo de materia odioſa & pœnali verba propriè & ſtrictè accipi debeant. cap. ſtatutum. de electio lib. 6, at in materia fauorabili largè accipi poſſunt. vt Albertinus adnotauit præcitato loco. nu. 6. Cum ergo hic ſit ſermo de fauorabili materia, vt manifeſtum eſt laici adhiberi poterunt. Poſtremo hoc voluit Eymericus 3. part. num. 84. deque arbitrio Inquiſitoris hæc crederem relinquenda, qui eos adhiberet, quos magis idoneos iudicaret: honeſtius tamen & decentius eſt religioſos monachos, vel clericos ſæculares adhibere. Per diſcretas autem perſonas, viros peritos & doctos accipere debemus, qui intelligant negotium de quo agitur, ſciantque diſcernere quod geritur: vt optimè interpretatur Archidiaconus in dict. c. vt officium. §. Verum quia de hæret. lib. 6. num. 14. Tametſi vero, cum vel rei, vel teſtes examinantur, huiuſmodi duæ religioſæ perſonæ interuenire poſtulentur, hodie tamen maiori ex parte proceſſus in ſancto tribunali fiunt abſque præſentia, siue interuentu iſtarum perſonarum, & eos ſic factos tolerat Supremus Senatus ſanctæ Romanæ & generalis Inquiſitionis. Et profectò duæ illæ religioſæ perſonæ de conſilio magis, quam de præcepto videntur adhibendæ. Equidem in hac cauſa mea ſententia eſt, ſi fieri commodè poſſet, ſingulis actibus examinãdi reos aut teſtes adhibendas fore has duas perſonas: aut ſaltem vtiliſſimũ & conſultiſſimũ eſſet finitis examinibus repetere omnia coram illis: quod

tunc potissimum procurare debent Inquisitores cùm agitur maior aliqua & grauior causa, qualis est relapsi, vel pertinacis, vel cum reus qui examinatur callidus est, cauilosus & sceleratus. Cùm testes examinantur difficilius possunt hæc obseruari: cùm multi nolint coram illis personis deponere contra aliquem, timentes ne reuelentur, aut ob alias causas. hæc ille qui de hac re optimè:

G. *Accersendi quoque, pro vt expedierit, peritos quoslibet vt vobis in ferendis huiusmodi sententijs prabeant consilium opportunum, ac vobis assistant, &c.* Ad hoc facit textus in c. vt commissi de hæret. in 6. his verbis. *Aduocandi quoque pro vt expedierit peritos quoslibet vt vobis assistant: & in huiusmodi ferendis setentijs prabeant consilium opportunum? ac eius quod super his vobis humiliter parcant in virtute obedientiæ iniungendi.* Idem confirmat Lucerna Inqnisitorum *verbo aduocare, num. 2. verbo Inquisitor.* §. 21. Zanchinus. *tract. de hæret. cap.* 15. & ibi Campegius, Eymericus *in directorio Inquisit. part. 3. q.* 77. *& ibi* Pengna *comment.* 126 Farinac. *tract. de hæresi. c.* 185. §. 2. *num.* 188, qui & alios multos ibi citat. Nec vnum aut duos potest aduocare, sed etiam plures, quia *vbi multa consilia ibi salus. prouerb. cap.* 11. & *cap.* 14. Cicero *lib. de offcijs* dicit. *Nec verò alienum est eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam iurisperitos, & quid de vtroque genere officij placeat exquirere*: Quilibet autem peritus non est aduocandus sed Theologus, Canonista & Legista

& qui ſint vitæ probatæ vt tollatur omne ſuſpicionis periculum: nec debent tales ſic vocati exigere ſalarium: cùm nogotium fidei quiſque defendere teneatur. 11. q. 3. nolite, el. 2. Gemi. *ibid. verſu. Quæro an gratis.* nec gratis quidem quia eorum merces copioſa in cœlo, cùm indulgentijs de quibus ſupra ad Bullam ſecundam Innocentij 4. ſupra relatam communicent. Quibus conuocatis poteſt Inquiſitor iniungere in virtute obedientiæ, vt ſibi in ferendis ſententijs aſſiſtant, & conſilium oportunum præbeant. c. vt commiſſi. cap. final. l. 6. Relinquitur autem eius arbitrio conuocare quos voluerit, & qando voluerit. Gemi. *ſup. dict. c. vt commiſſi §. aduocandi.* Eorum tamen conſilia non tenetur ſequi Inquiſitor, quãuis lex dicat quòd faciat de conſilioPanor. *in. c. cumin veteri de elect. in glo. tractatu.* quiaConſultorum ſuffragia non ſunt deciſiua ſed conſultiua. vt latè docet Ioan. Rojas *tract. de hæret. par. 1. num. 409. & ſeq.* & Pegna. *in lucernam Inquiſitor. verbo Aduocare §. 4.* quem etiam omnino vide ſuper Eymericum in *direct. Inquiſitorum parte. 3. quæſt. 78.* vide etiam Simancam *Catholic. inſtitut. tit. 41. rubrica de miniſtris* & Farinacium *de hæreſi cap. 185. §. num. 2. 193.* His peritis legendus omnino integralis proceſſus à Secretario Officij antequam ſuum proferant conſilium. Lud. à Paramo *de origine S. Inquiſitionis lib. 3. q. 4. rub. de forma & ordine iudicario ſancti Officij num. 56.* Licet aliqui Doctores in maiorem fidei fauorem aliter ſentiant. Non autem nomina teſtium eſſe

illis publicanda de laudabili Inquiſitorum conſuetudidine receptum eſſe teſtatur Franc. Pegna. *ad Eymeric. 3. part, q. 80. commen. 129.* licet bene velit, quòd Inquiſitores debent conſultoribus ſignificare teſtium qualitates, vt ſi religioſi, periti, ſi graues fuerint, aut Prælati, aut contra ſi minus probati, ſi plebeij, pauperes, ſi iuuenes, ſi imperiti, aut ſimiles. Et idem affirmat, & veriùs, & tutiùs videri, vt etiam nec reorum nomina conſultoribus publicentur.; non tament negat, quin ex cauſa, & teſtium & reorum nomina peritis explicanda ſint, vt putà, quando probabiliter dubitatur de inimicitia teſtium, & periti bene cognoſcentes, & teſtes & delatores, & reum faciliùs hoc poſſent arbitrari: Tunc enim iniuncto Conſultoribus ſilentio ſub pœna excommunicationis non erit abſurdum nomina Conſultoribus ſignificare. Idem Farinac. *citato verſu. verùm quid nomina.* Et hos conuocans Conſultores Inquiſitor imitatur ſtilum & praxim ſui ſupremi Senatus Generalis Romanæ Inquiſitionis de quo ad ſupra tectum 1.

Et qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores & defensores eorum vobis ex animo &c. Præter relatas iam ad bullam Innocentij 4. quæ incipit *Ille humani generis*, quas potest ex concessione Summorum Pontificum conferre indulgentias Inquisitor, alias potest adhuc & Cruce signatis impertiri, possunt equidem illi multorum priuilegiorum fieri participes, vt constabit; sed anteà videndum quinam sint illi Crucesignati. Antiquissimam ergo esse scribit hanc Crucesignatorum institutionem post alios Bursatus in *Cons.* 343. *lib.* 4. ferè per totum vbi egregiè, & multa de Congregatione Crucesignatorum, citu dignà recensèt, & quamplurimis argumentis & rationibus eam societatem probat origine, creatione, & *institutione* cæteris alijs Confraternitatibus ntiquiorem, Nobiliorem, atque omnibus præfendam: quam etiam opinatur Flauius Cherubinus omo primo Compendij bullarum fol. 36. col. prima tempore Innocentij Quarti ad opus Inquisitionis formaliter esse institutam: quamuis etiam tempore Innocentij tertij extarent, qui exterminio hęticorum se vouebant, vt in cap. Excommunicauius §. Catholici. de hæreticis. fuit equidem hæc cõegatio ab Innocentio tertio instituta ad subsidium rræ Sanctæ sed tempore Honorij 3. suasione Bea Dominici mutauit institutum, cum enim priùs ornaretur ad subsidium terræ sanctæ, à Beato Domi-

nico directa est contra Catharorum & Manichæorum integram interneciem. Cum enim Sanctus ille Patriarcha dilapidata ab hæreticis patrimonio Ecclesiastico cogi multos clericorum & parochorũ ad miserabilem pauperiem redactos ostiatim eleemosynam petere vnde sustentarentur cerneret; & Ecclesiæ statum & ordinem in contemptum opprobriumque verti; in status Ecclesiastici defensionem arma statuit esse capienda, & gladio materiali etiam aduersus hæreticos esse prælíandum, quod vt fieret adiunxit se pluribus Catholicis sæcularibus (quos forte iam consignatos esse ad terræ sanctę subsidium duxerim) & cum illis sanctam quandam militiam ordinauit cuius institutum esset Ecclesiarum facultatem tum defendere, & quoties opus esset, hæreticis manu armata, validissime resistere. Huic congregationi multi nomen dederunt cum feruore laudabili & eam Honorius tertius magnifice laudauit, cuius authoritate & approbatione instituta & confirmata est. Beatus Pater Dominicus huic confraternitati quasdam constitutiones indixit, quibus conseruari posset & gubernari. Prima & potissima constitutio ingredientibus hanc sacram militiam Iesu Christi (sic enim vocabatur talis societatis ex qua Ordo Tertiarius Beati Dominici de pœnitentia postea deriuatus est) solemne iuramentum profiteri, quod totis viribus curarent iura Ecclesiæ recuperare, defendere ac protegere ab omnibus ea vsurpare conantibus. Item quod in bonorum Ecclesiasticorum defensionem essent exposituri se & facultates suas, arma sumentes quoties ad hoc per Prælatum militiæ

vocati essent (Prælatus autem tunc erat Beatus Dominicus, & postea Magistri Generales Ordinis nostri) Exigebat præterea Sanctus Pater iuramentum ab vxoribus horum Crucesignatorum, si qui essent iuncti matrimonio, quod maritos suos à prælio hoc pro assertione Ecclesiastica non retraherent, & ipse eis pro tam sancto opere vitam æternam pollicebatur. Et vt ab aliis laicis distinguerentur, ordinauit quòd tam viri, quam eorum mulieres vestibus albi & nigri coloris licet tamen non vnius formæ vterentur. Insuper pro horis canonicis orationem Dominicam, & salutationem Angelicam tot vicibus repetebant, sicut in ordinibus militaribus fieri consueuit, Statutum est adhæc quod nullus ad hanc sanctam Militiam admitteretur absque præuio rigoroso examine de vita moribus, & zelo fidei ingredientis: qui prius debita soluebat, inimicitias deponebat testamentum faciebat, vt expeditior esset ad prælium, & prius facultatem à coniuge coram notario & testibus accipiebat: vxores verò viris in expeditione occisis promittebant numquam se nupturas. Hæc militia Iesu Christi valde acceptata per id tempus fuit, quam Honorius Tertius literis Apostolicis roboratam confirmauit; idem fecit Gregorius Nonus sub protectione sedis Apostolicæ eam recipiens. Et maxima fidei Catholicæ incremẽta per Italiam bono tempore contra Catharos & Manichæos attulit, adeo vt illi hæretici partim occisi sint, partim fugati, nonnulli ignominiosè latitarint. Quo factum est, vt Ecclesiarum bona hæresum occasione à sæcularibus vsurpata, Prælatis, & Rectoribus restituerẽ-

tur facilè qui hæreticos denunciarent, vel aduerſus eos teſtificarentur, quod in maximum Catholicæ fidei detrimentum vergeret. Idem ſentiendum eſt de maleficis hæreticorum omnium peſſimis, ſubtiliſſimis & pernicioſiſſimis, vt pote qui ſunt primarij ſatanæ Dei & hominum hoſtis infenſiſſimi ſectarij & diſcipuli, ſeu potius ſerui & machinationum infernalium executores. Ratio verò potiſſima quare nomina teſtium in caſu hæreſeos ſubticeantur eſt, quòd licet regulariter in habiles vt excommunicati, infames, & ſimiles à teſtimonio repellantur cap. 1. de excep. c. licet. de probatio. c. teſtimonium de teſtibus. c. teſtes. cum ſimilibus, at in cauſis fidei propter religionis fauorem, ne tam grauè hæreſis crimen maneat impunitum ob defectum probationum, quæ aliàs repellerentur ob quemcumque defectum, nunc in cauſis fidei admittuntur, vt apertiſſimè probat text. cap. in fidei fauorem de hæret. lib. 6. cui penitus conſentit Concil. Biterrenſe *c.* 12. his verbis: *Quãuis in huiuſmodi crimine omnes criminoſi & infames, ac participes criminis ad accuſationem & teſtimonium admittantur*: Idem ſentit Conc. Narbonenſe *cap.* 24. & de hoc nullam eſſe ambignitatem concludit doctiſſimus Pegna *comment.* 113. *ad q.* 64. *direct. Inquiſ. part.* 3. Ad quid ergo nomina teſtium reis dabuntur, ſi nulli quantumuis infames repellantur? & cùm nec ea Campegius ad Zanchinum *cap.* 15. *verſu nec valet*, conſultoribus Inquiſitionis publicanda eſſe aſſerat; primò quia ipſi periti id ægrè ferrent, ac ſi iniuria maxima illis irrogaretur: ſecũ-

dò quia cũ in paucis verus fidei zelus inueniatur, ex huius indictione secreti laqueus illorum animabus imponeretur: nam statim in excommunicationem laberentur, saltem ob importunam curiosorum instantiam, qui ab eis de arcanis huiusmodi instanter inquirerent. At is doctor ab alijs reijcitur; potest enim Inquisitor si id viderit expedire reuelare nomina testium suis consultoribus tamen sub sigillo secreti ex cap. statuta Bonifacij 8. de hæret. lib. 6. §. & vt eorundem, vbi sic habetur: *Et vt eorumdem accusatorum & testium periculis efficatius occurratur & cautiùs in Inquisitionis negotio procedatur, præsentis constitutionis authoritate permittimus, quòd Episcopus & Inquisitores possint indicere illis quibus (vt præmissum est) processum huiusmodi explicabunt, & in eos arcana consilij seu processus sibi sub secreto ab eisdem Episcopo & Inquisitoribus patefacta alijs si patefacerent, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso actu incurrant, si eis videbitur promulgare, &c.* Quare qui temerè publicare præsumeret testium, accusatorum seu denuntiantium nomina planè imprudentissimè ageret, & fortassis mortalem culpam, inquit Pegna, incurreret: quia ageret contra decreta Pontificum, & contra receptam sacri officij consuetudinem, quę quamuis nulla lege niteretur, quia tamen consuetudo est laudabilis, approbata, & legitimè præscripta atque inducta, vim legis habet. §. ex non scripto instit de iure naturali gent. & ciuili.

F. *Fata tamen quod eidem examinationi duæ personæ religiosæ vt dictum est interfint, &c.* Examina-

tioni testium, seu deponentium in crimine hæresis, & ipsum crimen concernentibus, debent esse præsentes duæ religiosæ & discretę personæ, in quarum præsentia per publicam personam aut per duos idoneos viros eorumdem testium depositiones fideliter conscribantur. vt dicitur in cap. vt officium lib. 6. §. verum his verbis quæ sunt expressa nostræ Bullæ. *Verum quia in tam graui crimine cum multa oporteat cautela procedi (vt in reos sine vllo proferatur errore debitę ac digna seueritas vltionis) volumus & mãdamus : vt in examinatione testium quos recipi super crimine prædicto, ipsumque cõtingentibus opportuerit : adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia per publicam (si commode poteritis habere personam , aut per duos viros idoneos fideliter eorumdem depositiones testium conscribantur.* Et ibi quærunt Doctores quænam personæ intelligendæ , sint per religiosas & Philippus Francus strictè eas tantum intelligit quæ religionis habitum assumpserunt, vouerũtque illa tria paupertatem, obedientiam & castitatem; cui videtur fauere Ber. Comensis *in lucerna Inquisitorum verbo Examinatio testium*, Sed Archidiaconus. Ioan. And. Geminian. & alij *in dicto cap. vt Officium §. verum quia.* per c. denique dist. 4. optimè obseruant , religiosorũ nomine intelligi etiam clericos sæculares : quare & hi poterunt huic examini adhiberi, quod & Simancas adnotat *de Catholic, institut tit. 64. num. 9.* Sed Pegna *ad tit. 3. part, Directorij comment. 112.* sic habet : *Et quamquam re vera (vti ego existimo) supradictæ personæ comprehendantur in dispositione dicti c. vt officium, §. verum quia de hæret. lib. 6. nihilominus vbi vi-*

sum ita fuerit Inquisitoribus, discretos etiam laicos, peritos, honestæ vitæ, & spectate prudentiæ huic examini poterunt adhibere. Primò quoniam Christiani laici honestè viuentes largè religiosi appellantur. C. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. c. fina, de rebus. Eccle. non alienam. tradit plenè Albertinus in c. quoniam. de hæret. lib. 6. q. 1. conclus. 3. num. 5. Rursus, quamuis dum est sermo de materia odiosa & pœnali verba propriè & strictè accipit debeant. cap. statutum. de electio lib. 6, at in materia fauorabili largè accipi possunt. vt Albertinus adnotauit præcitato loco. nu. 6. Cum ergo hic sit sermo de fauorabili materia, vt manifestum est laici adhiberi poterunt. Postremo hoc voluit Eymericus 3. part. num. 84. denique arbitrio Inquisitoris hæc crederem relinquenda, qui eos adhiberet, quos magis idoneos iudicaret: honestius tamen & decentius est religiosos monachos, vel clericos sæculares adhibere. Per discretas autem personas, viros peritos & dictos accipere debemus, qui intelligant negotium de quo agitur, sciantque discernere quod geritur: vt optimè interpretatur Archidiaconus in dict. c. vt officium. §. Verum quia de hæret. lib. 6. num. 14. Tametsi. vero, cum vel rei, vel testes examinantur, huiusmodi duæ religiosæ personæ interuenire postulentur, hodie tamen maiori ex parte processus in sancto tribunali fiunt absque præsentia, siue interuentu istarum personarum, & eos sic factos tolerat Supremus Senatus sanctæ Romanæ & generalis Inquisitionis. Et profecto duæ illæ religiosæ personæ de consilio magis, quàm de præcepto videntur adhibendæ. Equidem in hac causa mea sententia est, si fieri commodè posset, singulis actibus examinãdi reos aut testes adhibendas fore has duas personas: aut saltem vtilissimũ & consultissimũ esset finitis examinibus repetere omnia coram illis: quod

tunc potissimum procurare debent Inquisitores cùm agitur maior aliqua & grauior causa, qualis est relapsi, vel pertinacis, vel cum reus qui examinatur callidus est, cauiloſus & scelleratus. Cùm testes examinantur difficiliùs possunt hæc obseruari: cùm multi nolint coram illis personis deponere contra aliquem, timentes ne reuelentur, aut ob alias causas. hæc ille qui de hac re optimè:

G. *Accersendi quoque, pro vt expedierit, peritos quoslibet vt vobis in ferendis huiusmodi sententijs præbeant consilium opportunum, ac vobis assistant, &c.* Ad hoc facit textus in c. vt commissi de hæret. in 6. his verbis. *Aduocandi quoque pro vt expedierit peritos quoslibet vt vobis assistant: & in huiusmodi ferendis sententijs præbeant consilium opportunum? ac eius quod super his vobis humiliter pareant in virtute obedientiæ iniungendi.* Idem confirmat Lucerna Inqnisitorum *verbo aduocare, num. 2. verbo Inquisitor. §. 21.* Zanchinus. *tract. de hæret. cap. 15.* & ibi Campegius, Eymericus *in directorio Inquisit. part. 3. q. 77. & ibi* Pengna *comment. 126* Farinac. *tract. de hæresi. c. 185. §. 2. num. 188,* qui & alios multos ibi citat. Nec vnum aut duos potest aduocare, sed etiam plures, quia *vbi multa consilia ibi salus. prouerb. cap. 11. & cap. 14.* Cicero *lib. de offcijs* dicit. *Nec verò alienum est eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam iurisperitos, & quid de vtroque genere officij placeat exquirere:* Quilibet autem peritus non est aduocandus sed Theologus, Canonista & Legista

& qui sint vitæ probatæ vt tollatur omne suspicionis periculum: nec debent tales sic vocati exigere salarium: cùm negotium fidei quisque defendere teneatur. 11. q. 3. nolite, el. 2. Gemi. *ibid. versu. Quæro an gratis.* nec gratis quidem quia eorum merces copiosa in cœlo, cùm indulgentijs de quibus supra ad Bullam secundam Innocentij 4. supra relatam communicent. Quibus conuocatis potest Inquisitor iniungere in virtute obedientiæ, vt sibi in ferendis sententijs assistant, & consilium oportunum præbeant. c. vt commissi. cap. final. l. 6. Relinquitur autem eius arbitrio conuocare quos voluerit, & qando voluerit. Gemi. *sup. dict. c. vt commissi §. aduocandi.* Eorum tamen consilia non tenetur sequi Inquisitor, quãuis lex dicat quòd faciat de consilioPanor. *in. c. cum in veteri de elect. in glo. tractatu.* quiaConsultorum suffragia non sunt decisiua sed consultiua. vt latè docet Ioan. Rojas *tract. de hæret. par.* 1. *num.* 409. *& seq.* & Pegna. *in lucernam Inquisitor. verbo Aduocare* §. 4. quem etiam omnino vide super Eymericum in *direct. Inquisitorum parte.* 3. *quæst.* 78. vide etiam Simancam *Catholic. institut. tit.* 41. *rubrica de ministris* & Farinacium *de hæresi cap.* 185. §. *num.* 2. 193. His peritis legendus omnino integralis processus à Secretario Officij antequam suum proferant consilium. Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 13. *q.* 4. *rub. de forma & ordine iudicario sancti Officij num.* 56. Licet aliqui Doctores in maiorem fidei fauorem aliter sentiant. Non autem nomina testium esse

illis publicanda de laudabili Inquisitorum consuetudidine receptum esse testatur Franc. Pegna. *ad Eymeric. 3. part, q. 80. commen. 129.* licet bene velit, quòd Inquisitores debent consultoribus significare testium qualitates, vt si religiosi, periti, si graues fuerint, aut Prælati, aut contra si minus probati, si plebeij, pauperes, si iuuenes, si imperiti, aut similes. Et idem affirmat, & veriùs, & tutiùs videri, vt etiam nec reorum nomina consultoribus publicentur.; non tament negat, quin ex causa, & testium & reorum nomina peritis explicanda sint, vt putà, quando probabiliter dubitatur de inimicitia testium, & periti bene cognoscentes, & testes & delatores, & reum faciliùs hoc possent arbitrari: Tunc enim iuncto Consultoribus silentio sub pœna excommunicationis non erit absurdum nomina Consultoribus significare. Idem Farinac. *citato versu. verùm quid nomina.* Et hos conuocans Consultores Inquisitor imitatur stilum & praxim sui supremi Senatus Generalis Romanæ Inquisitionis; de quo ad supra tectum 1.

Et qui

Digitized by Google

Et qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores & defensores eorum vobis ex animo &c. Præter relatas iam ad bullam Innocentij 4. quæ incipit *Ille humani generis*, quas potest ex concessione Summorum Pontificum conferre indulgentias Inquisitor, alias potest adhuc & Cruce signatis impertiri, possunt equidem illi multorum priuilegiorum fieri participes, vt constabit; sed anteà videndum quinam sint illi Crucesignati. Antiquissimam ergo esse scribit hanc Crucesignatorum institutionem post alios Bursatus in *Cons.* 343. *lib.* 4. ferè per totum vbi egregiè, & multa de Congregatione Crucesignatorum, scitu digna recenset, & quamplurimis argumentis & rationibus eam societatem probat origine, creatione, & institutione cæteris alijs Confraternitatibus antiquiorem, Nobiliorem, atque omnibus præferendam: quam etiam opinatur Flauius Cherubinus tomo primo Compendij bullarum fol. 36. col. prima tempore Innocentij Quarti ad opus Inquisitionis formaliter esse institutam: quamuis etiam tempore Innocentij tertij extarent, qui exterminio hæreticorum se vouebant, vt in cap. Excommunicauimus §. Catholici. de hæreticis. fuit equidem hæc congregatio ab Innocentio tertio instituta ad subsidium terræ Sanctæ sed tempore Honorij 3. suasione Beati Dominici mutauit institutum, cum enim priùs ordinaretur ad subsidium terræ sanctæ, à Beato Domi-

nico directa est contra Catharorum & Manichæorum integram interneciem. Cum enim Sanctus ille Patriarcha dilapidari ab hæreticis patrimonio Ecclesiastico cogi multos clericorum & parochorũ ad miserabilem pauperiem redactos ostiatim eleemosynam petere vnde sustentarentur cerneret; & Ecclesiæ statum & ordinem in contemptum opprobriumque verti; in status Ecclesiastici defensionem arma statuit esse capienda, & gladio materiali etiam aduersus hæreticos esse præliandum, quod vt fieret, adiunxit se pluribus Catholicis sæcularibus (quos forte iam consignatos esse ad terræ sanctę subsidium duxerim) & cum illis sanctam quandam militiam ordinauit cuius institutum esset Ecclesiarum facultatem tum defendere, & quoties opus esset, hæreticis manu armata, validissime resistere. Huic congregationi multi nomen dederunt cum feruore laudabili & eam Honorius tertius magnifice laudauit, cuius authoritate & approbatione instituta & confirmata est. Beatus Pater Dominicus huic confraternitati quasdam constitutiones indixit, quibus conseruari posset & gubernari. Prima & potissima constitutio ingredientibus hanc sacram militiam Iesu Christi (sic enim vocabatur talis societatis ex qua Ordo Tertiarius Beati Dominici de pœnitentia postea deriuatus est) solemne iuramentum profiteri, quod totis viribus curarent iura Ecclesiæ recuperare, defendere ac protegere ab omnibus ea vsurpare conantibus. Item quod in bonorum Ecclesiasticorum defensionem essent exposituri se & facultates suas, arma sumentes quoties ad hoc per Prælatum militiæ

vocati essent (Prælatus autem tunc erat Beatus Dominicus, & postea Magistri Generales Ordinis nostri) Exigebat præterea Sanctus Pater iuramentum ab vxoribus horum Crucesignatorum, si qui essent iuncti matrimonio, quod maritos suos à prælio hoc pro assertione Ecclesiastica non retraherent, & ipse eis pro tam sancto opere vitam æternam pollicebatur. Et vt ab aliis laicis distinguerentur, ordinauit quòd tam viri, quam eorum mulieres vestibus albi & nigri coloris licet tamen non vnius formæ vterentur. Insuper pro horis canonicis orationem Dominicam, & salutationem Angelicam tot vicibus repetebant, sicut in ordinibus militaribus fieri consueuit, Statutum est adhæc quod nullus ad hanc sacram Militiam admitteretur absque præuio rigoroso examine de vita moribus, & zelo fidei ingredientis : qui prius debita soluebat, inimicitias deponebat testamentum faciebat, vt expeditior esset ad prælium, & prius facultatem à coniuge coram notario & testibus accipiebat : vxores verò viris in expeditione occisis promittebant numquam se nupturas, Hæc militia Iesu Christi valde acceptata per id tempus fuit, quam Honorius Tertius literis Apostolicis roboratam confirmauit; idem fecit Gregorius Nonus sub protectione sedis Apostolicæ eam recipiens. Et maxima fidei Catholicæ incremẽta per Italiam breui tempore contra Catharos & Manichæos attulit, ita vt illi hæretici partim occisi sint, partim fugati, pauciſſimi ignominiosè latitarint. Quo factum est, vt Ecclesiarum bona hæresum occasione à sæcularibus vsurpata, Prælatis, & Rectoribus restituerẽ-

tur. Hæc ſacra Militia Ieſu Chriſti ſunt modo Cruceſignati familiares Sancti Petri Martyris, vel ſanctæ Inquiſitionis, pro iuuamine, & auxilio Sanctæ Inquiſitionis, & defenſione Sanctæ Matris Eccleſiæ à Beato Patre Dominico inſtituti, hæreticorum extirpationis ergò. Vt refert ex multis authoribus Alphonſ. Fernandes in Concert. Prædicatoria. folio 38. col. 2. & ſeq. Habent autem à Summis Pontificibus indulta ſibi hi Cruceſignati priuilegia multa, quæ videre eſt, præ cæteris apud Camillum Campegium in additionibus ad Zanchinum tractatu de hæreticis cap. 9. & cap. 37. & apud Bernardum Comenſem in Lucerna Inquiſitorum verbo *Cruceſignati* & verbo *Indulgentia*; hæc ex citatis Authoribus ſummatim referam quæ talia ſunt.

1. Quando votum in manibus Inquiſitoris vel Vicarij emiſerint perſequendi hæreticos, ſemel ex tunc. & in mortis articulo, per ipſum Inquiſitorem, ſeu Vicarium à reſeruatis & in bulla Cœnæ Domini contentis caſibus, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, aut propoſitum confitendi debito tempore per Eccleſiam ſtatuto habuerint, abſolui poſſunt, & indulgentiam plenariam & omnium peccatorum remiſſionem conſequi. Ita Alexander 4. in bulla, *Præcunctis*, Gregorius 9. in priuilegio incipiente: *Ille humani generis*. Clemens 4. *Licet ex omnibus* & habetur etiam extra de hæret. cap. Excommunicamus §. Catholici verò his verbis. *Catholici verò qui Crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant Indulgentia illoque ſancto priuilegio ſint muniti, quæ accedentibus in terræ*

sanctæ subsidium conceduntur, & dicit Panormit. idem; dummodo tamen votum emissum in subsidium Officij Inquisitionis vsque ad mortem efficaciter prosequantur.

2. Possunt absolui ab Inquisitore ab omni sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti canonis, & ab omnibus alijs sententijs generaliter ab Apostolica Sede promulgatis.

3. Potest Inquisitor dispensare cum Clericis Crucesignatis super irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati sententijs canonis, contraxissent.

4. Omnia vota Crucesignatorum per Inquisitorem possunt commutari, votis terræ sanctæ & perpetuis duntaxat exceptis.

5. Possunt Inquisitores concedere Crucesignatis, quod tempore generalis interdicti valeant interesse diuinis officijs, & Ecclesiastica recipere Sacramenta in locis in quibus ex indulto Apostolico huiusmodi diuina celebrantur; & eorum corpora Ecclesiasticæ sepulturæ, tamen sine funerali pompa tradi possunt.

6. Possunt fieri participes Indulgentiarum stationum vrbis quæ quidem plurimæ sunt & maximæ si singulis diebus quinque altaria Ecclesiæ, si tot ibi fuerint, aut vnum loci, in quo eos esse contigerit psalmum vnum genibus flexis recitauerint, vel quinquies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam in quolibet altari. Vt autem dicta priuilegia possint consequi debet votum suum de exterminio hæreticorum & augmento fidei, in In-

quisitorum aut Vicariorum manibus emittere, & efficaciter prosequi & debet insuper Inquisitorum cõcessio accedere quia sunt Inquisitorum ministri; prẽterea Crucem semel voto susceptam absque summi Pontificis speciali dispensatione non possunt deponere. De horum Crucesignatorum priuilegijs vide Lucernam Inquisitorum, verbo Crucesignati, & verbo Indulgentia Crucesignatorum, Camillum Campegium apud Zanchinum cap. 9. & cap. 19. & 37. bullam Innocentij 4. quæ sequitur.

MALITIA *huius temporis in diuersis mundi partibus, & maximè in Prouincia Lombardiæ, peruersorum morũ peperit corruptelam, ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad Extirpationem igitur eiusdem pestis, iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam Catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt consurgant, stentque nobiscum pro Euangelicis, quas professi sunt legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta, districte precipiendo Mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra eosdem hæreticos, eorumque fautores proponere populis publice verbum*

Crucis: & eos qui tacti zelo fidei, ad extirpandam pravitatem eandem, votum assumpserint Crucis character consignare. Vt autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ob hoc votum assumpserint, copiosa mercedis præmium afferatur: vobis & eisdem fidelibus illam indulgentiam, illudque privilegium elargimur, quæ transeuntibus in terra sancta subsidium, in generali Concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi Crucis verbum, per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum devotè affuerunt, quadraginta vel viginti dies de iniunctis pœnitentijs libera sit vobis & singulis vestrum de nostra concessione facultas. Quod si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas, communitas, vel persona, cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire, vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, liberè procedi non valeat in eodem: immo si quicunque requisiti illud fouere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiosè iuuare, contra eos, tanquam defensores, & fautores hæreticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos, pro vt audacia ipsorum exegerit, Reges & Principes Christianos, necnon Cruce signatos pro terra sancta succursu, curabimus inuocare: cum non minus expediat immo magis, fidem in locis prepositis, quam procul distantibus defensare. Porrò vt non solum Inquisitionis vobis super hæretica pravitate commissa, sed & huiusmodi prædicationis Crucis officium in manibus vestris, congruis fauoribus adiuuetur, ad soluendi iuxta

formam Ecclesiæ, omnes qui contra prauitatem hæreticam assumpserint signum Crucis ad interdicti, suspensionis, & excommunicationum sententijs Canonis, & præsertim ab illis quas pro INCENDIIS, vel effractionibus Ecclesiarum, seu iniectione manuum violenta in personas Ecclesiasticas incurrerunt, & alijs quoque sententijs, à nobis, vel auctoritate nostra generaliter promulgatis: nisi adeo grauis & enormis excessus fuerit personarum, quod ab his oporteat absolutionis beneficium per sedem Apostolicam obtineri. Nec non & ab illis sententijs, quas adhærendo & fauendo contra Ecclesiam, quondam Frederico, se tum pro Imperatore gerenti, seu Conrado nato eius, vel ipsorum fautoribus incurrerunt: Egilino de Roma. vberto Marchione Pelauicino Marchionib. Comitib. Baronib. Capitan. Potestatib. Rectoribusque Ciuitatum atque locorum similibusque personis, qui in Ecclesias & personas Ecclesiasticas sæua exercuisse noscuntur, aut eorum bona nequiter occupasse, duntaxat exceptis. Dummodo assumpto crucis signaculo, votum huiusmodi, qui absoluti fuerint, efficaciter prosequantur: & ipsi caueant, quod de cætero contra Ecclesiam numquam erunt, & tam ab ipsis, quam ab alijs præmissis, plena de damnis & iniurijs, propter quæ excommunicati noscuntur, satisfactio, vel satisfaciendi sufficiens securitas impendatur. Necnon & dispensandi cum Clericis, super irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati sententiis canonis, contraxerunt Commutandi quoque vota eorumdem Crucesignatorum, vouentium, & votorum qualitate pensata: terræ sanctæ votis, aliisque perpetuis, quæ commutationis non admittunt remedium, duntaxat exceptis. Concedendi quoque crucesignatis eisdem, quod tempore generalis interdicti

possint interesse diuinis officiis, & Ecclesiastica sacramenta recipere, in locis in quibus eadem ex indulto sedis Apostolicæ celebrantur. Dummodo si in præmissis casibus, Ecclesiasticis tenentur ligati sententijs, prius absolutionis beneficium assequantur, vobis & singulis vestrum auctoritate præsentium, concedimus facultatem. Datum Anagniæ 13. Calendas Iulij. Pontificatus nostri anno vndecimo.

De ijs CRVCESIGNATORVM priuilegijs vide etiam extrauagantem Clementis septimi, relatam à Francisco Pegna in fine Directorij Inquisit. pag. 138. quæ incipit *Cum sicut in relatione* & eadem priuilegia confirmat sicut & Societatem CRVCESIGNATORVM edito diplomate suo Anno Domini M. D. LXX. Pius V. his verbis.

SACROSANCTÆ ROMANÆ, ET vniuersalis Ecclesiæ diuina disponente Clementia, meritis licet insufficientibus præsidentes, omnem pastoralis nostri officij curam

atque vigilantiam in id potissimum adhibere debemus, vt fides Catholica vbique terrarum, quantum in nobis est integra, inuiolataque conseruetur, & impij, ac detestandi hæreticorum conatus ipsam vnam fidem violare satagentium omnibus rationibus comprimantur. Vnde si quæ ad iuuandum huiusmodi nostrum propositum, ac debitum, alias piè instituta, ac concessa fuisse à prædecessoribus nostris comperimus, libenter approbamus, & aliàs desuper disponimus, pro vt in domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque inter cetas. quæ in Ecclesia Dei hactenus institutæ sunt Christi fidelium societates, illa satis vberes Christianæ religionis fructus afferre videatur, quæ sub Cruce signatorum vocabulo ad assistendum hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, auxiliumque, quando & quoties opus sit, in Catholicæ fidei negotijs aduersus hæreticos, etiam vita ipsa præstandum, instituta existit, vt non immerito diuersis Romanis Pontificibus prædecessori-

bus noſtris ſpecialibus gratiis, & priuilegiis fuerit decorata. Non attendentes, quod ea obtinent maiorem roboris firmitatem, quæ pluries Apoſtolicæ Confirmationis præſidio ſint communita, vtque paternum noſtrum erga ipſam ſocietatem charitatis affectum oſtendamus, eiuſdem Societatis CRVCESIGNATORVM Creationem, & inſtitutionem, ac priuilegia, quæ ſunt in vſu, nec non Indulgentias, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta quæcumque, eidem Societati, & illius vtriuſque ſexus Confratribus CRVCESIGNATIS pro tempore exiſtentes, tam per Innocentium IIII. Innocentium VIII. Julium II. Leonem X. Clementem VII. quam quoſcunque alios ROMANOS PONTIFICES prædeceſſores noſtros ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis hactenus quomodolibet conceſſa & confirmata decretis tamen Concilij Tridentini non repugnantia, necnon literas deſuper emanatas, illorum omnium,

& singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium Confirmamus, Approbamus, & Innouamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcim' omnesq3 & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romę apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die tertio decimo Octobris, M.D. LXX. Pontificatus nostri anno quinto.

Non incongruum fortaſſe erit Cruce ſignandi, vouendi, benedicendi, & abſoluendi modum hic ſubjicere; ea præſertim ratione quod libellum hunc Inquiſitoribus, & eorum Vicarijs familiariſſimum futurum eſſe putemus. Quicumque igitur fidei Catholicæ amore Crucem aſſumere voluerit, ab Inquiſitore, vel eius Vicario de voti vinculo & obligationis onere diligenter inſtruatur illíque præſertim declaretur, quod pro fide ſanctiſſima ab Inquiſitoris, vel eius Vicarij præceptum non modò facultates externas effundere, ſed & vitam dare tenebitur; quódque Crucem ſemel voto ſuſceptam abſque Summi Pontificis ſpeciali diſpenſatione deponere non poterit. Quòd ſi ille ad hæc omnia obſeruanda paratus inuenitur: Inquiſitor, vel eius Vicarius ad votum Crucis eum admittat. Et quoniam Cruces dandæ priùs benedicendæ ſunt,

ideo ſequitur earum benedictio.

Verſ. *Adiutorium noſtrum in Nomine Domini.*
Reſp. *Qui fecit cœlum & terram.*
Verſ. *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.*
Reſp. *Et ſalutare tuum da nobis.*
Verſ. *Dominus vobiſcum.*
Reſp. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Crucis ſignum pretioſo Filij tui ſanguine conſecraſti: per eandem Crucem & Mortem ipſius Filij tui Jeſu Chriſti mundum redimere voluiſti: ac per eiuſdem venerabilis Crucis virtutem hominum genus ab antiqui hoſtis tyrannide liberaſti: te ſuppliciter exoramus: vt digneris hanc Crucem, tua pietate benedicere; & cœleſtem ei virtutem & gra-

ciam impartiri: vt quicúmque eam ſuper ſe reſtauerit, cæleſtis gratiæ plenitudiuem recipere, & Chriſtum contra omnes animæ, & corporis inimicos protectorem habere mereatur. Qui tecum viuit, & regnat per omnia ſæcúla ſæculorum. Amen.

Cruce benedictâ ille qui ſignandus eſt ante Inquiſitorem, aut eius Vicarium genua flectens, votum reuerenter emittat, hoc modo.

Ego N. facio votum Deo, & Beatæ Mariæ, & Beato Petro Martyri accipiendi, & portandi Crucem ad honorem Jeſu Chriſti Domini noſtri, fidei Catholicæ exaltationem & ad hæreticorum, eorúmque fautorum, exterminium in tota diœceſi N. & pro nitto exponere ſubſtantiam meam temporalem, & vitam propriam, pro fidei defenſione, cum opus fuerit, & fuero requiſitus: & quod ero obediens R. P. Inquiſitori, & ſuc-

essoribus, vel Vicarijs suis in omnibus quæ pertinent ad officium Inquisitionis.

Quo facto Inquisitor, aut eius Vicarius det illi Crucem Benedictam dicendo:

Accipe signum Crucis Domini nostri Jesu Christi. In Nomine † Patris, & Fi † lij, & Spi † ritus Sancti in figuram, & memoriam Crucis, Passionis, & mortis Jesu Christi Redemptoris nostri, ad animæ, & corporis tui salutem, & Catholicæ fidei defensionem vt diuinæ bonitatis gratia, te ad cœlestia regna perducat. Amen.

Oratio super assumentem Crucem dicenda.

Vers. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.*

Resp. *Et salutare tum da nobis.*

Vers. *Dominus vobiscum.*

Resp. *Et cum Spiritu tuo.*

Vers. *Domine exaudi orationem meam.*

Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Oremus.

Oremus.

PRætende Domine famulo tuo dexteram cœleſtis auxilij; quem pro gloria nominis tui ſigno ſacratiſſimæ Crucis inſigniri, & propugnatorem ſanctæ fidei tuæ contra perfidos hæreticos fieri voluiſti vt te toto corde perquirat, fidem Catholicam viriliter defendat, & quæ dignè poſtulat, aſſequatur; vt agone dignè peracto, regni Filij tui cohæres eſſe mereatur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

Modus & forma abſoluendi Cruceſignatos in mortis articulo.

DOminus Ieſus Chriſtus, qui dixit Diſcipulis ſuis: quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: de quorum numero quamuis indignum, me eſſe voluit; ipſe te abſoluat per miniſterium meum ab omnibus peccatis tuis quæcumque cogitatione, locutione, atque operatione qualitercúmque commiſiſti; & quantùm meæ fragilitati permittitur: authoritate eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non domini N. Papæ & ſecundùm priuilegia, quæ Romani Pontifices Inquiſitionis officio conceſſerunt: priuilegij teſtimonio Innocentij 4. Pontificis, cuius tenor talis eſt: Vt vobis, & huiuſmodi fidelibus, quà eiuſdem Crucis ſignum ob hoc votum aſſumpſerint copioſæ mercedis præmium afferatur: illam indulgentiam, illúdque priuilegium elargimur; quæ tranſeuntibus in terræ ſanctæ ſubſidium in generali Concilio conceduntur. Præ-

formam Ecclesiæ, omnes qui contra prauitatem hæreticam assumpserint signum Crucis ad interdicti, suspensionis, & excommunicationum sententijs Canonis, & præsertim ab illis quas pro INCENDIIS, vel effractionibus Ecclesiarum, seu iniectione manuum violenta in personas Ecclesiasticas incurrerunt, & alijs quoque sententijs, à nobis, vel auctoritate nostra generaliter promulgatis: nisi adeo grauis & enormis excessus fuerit personarum, quod ab his oporteat absolutionis beneficium per sedem Apostolicam obtineri. Nec non & ab illis sententijs, quas adhærendo & fauendo contra Ecclesiam, quondam Frederico, se tum pro Imperatore gerenti, seu Conrado nato eius, vel ipsorum fautoribus incurrerunt: Egilina de Roma. vberto Marchione Pelauicino Marchionib. Comitib. Baronib. Capitan. Potestatib. Rectoribusque Ciuitatum atque locorum similibusque personis, qui in Ecclesias & personas Ecclesiasticas sæua exercuisse noscuntur, aut eorum bona nequiter occupasse, duntaxat exceptis. Dummodo assumpto crucis signaculo, votum huiusmodi, qui absoluti fuerint, efficaciter prosequantur: & ipsi caueant, quod de cætero contra Ecclesiam numquam erunt, & tam ab ipsis, quam ab alijs præmissis, plena de damnis & iniurijs, propter quæ excommunicati noscuntur, satisfactio, vel satisfaciendi sufficiens securitas impendatur. Necnon & dispensandi cum Clericis, super irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati sententiis canonis, contraxerunt. Commutandi quoque vota eorumdem Crucesignatorum, quæ nonnulli, & votorum qualitate pensata: terræ sanctæ votis, aliisque perpetuis, quæ commutationis non admittunt remedium, duntaxat exceptis. Concedendi quoque crucesignatis eisdem, quod tempore generalis interdicti

possint interesse diuinis officiis, & Ecclesiastica sacramenta recipere, in locis in quibus eadem ex indulto sedis Apostolicæ celebrantur. Dummodo si in præmissis casibus, Ecclesiasticis tenentur ligati sententijs, prius absolutionis beneficium assequantur, vobis & singulis vestrum auctoritate præsentium, concedimus facultatem. Datum Anagniæ 13. Calendas Iulij. Pontificatus nostri anno undecimo.

De ijs CRVCESIGNATORVM priuilegijs vide etiam extrauagantem Clementis septimi, relatam à Francisco Pegna in fine Directorij Inquisit. pag. 138. quæ incipit *Cum sicut in relatione* & eadem priuilegia confirmat sicut & Societatem CRVCESIGNATORVM edito diplomate suo Anno Domini M. D. LXX. Pius V. is verbis.

SACROSANCTÆ ROMANÆ, ET vniuersalis Ecclesiæ diuina disponente clementia, meritis licet insufficientibus præsidentes, omnem pastoralis nostri officij curam

atque vigilantiam in id potissimum adhibere debemus, vt fides Catholica vbique terrarum, quantum in nobis est integra, inuiolataque conseruetur, & impij, ac detestandi hæreticorum conatus ipsam vnam fidem violare satagentium omnibus rationibus comprimantur. Vnde si quæ ad iuuandum huiusmodi nostrum propositum, ac debitum, alias piè instituta, ac concessa fuisse à prædecessoribus nostris comperimus, libenter approbamus, & aliàs desuper disponimus, pro vt in domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque inter cetas. quæ in Ecclesia Dei hactenus institutæ sunt Christi fidelium societates, illa satis vberes Christianæ religionis fructus afferre videatur, quæ sub Crucesignatorum vocabulo ad assistendum hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, auxiliumque, quando & quoties opus sit, in Catholicæ fidei negotijs aduersus hæreticos, etiam vita ipsa præstandum, instituta existit, vt non immerito diuersis Romanis Pontificibus prædecessori-

bus noſtris ſpecialibus gratiis, & priuilegiis fuerit decorata. Non attendentes, quod ea obtinent maiorem roboris firmitatem, quæ pluries Apoſtolicæ Confirmationis præſidio ſint communita, vtque paternum noſtrum erga ipſam ſocietatem charitatis affectum oſtẽdamus, eiuſdem Societatis CRVCESIGNATORVM Creationem, & inſtitutionem, ac priuilegia, quæ ſunt in vſu, nec non Indulgentias, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta quæcumque, eidem Societati, & illius vtriuſque ſexus Confratribus CRVCESIGNATIS pro tempore exiſtentes, tam per Innocentium IIII. Innocentium VIII. Iulium II. Leonem X. Clementem VII. quam quoſcunque alios ROMANOS PONTIFICES prædeceſſores noſtros ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis hactenus quomodolibet conceſſa & confirmata decretis tamen Concilij Tridentini non repugnantia, necnon literas deſuper emanatas, illorum omnium,

& ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium Confirmamus, Approbamus, & Innouamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcim' omneſq; & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ſupplemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die tertio decimo Octobris, M.D. LXX. Pontificatus noſtri anno quinto.

Ce. Glorierius.

Non incongruum fortaſſe erit Cruceſignandi, vouendi, benedicendi, & abſoluendi modum hic ſubjicere; ea præſertim ratione quod libellum hunc Inquiſitoribus,& eorum Vicarijs familiariſſimum futurum eſſe putemus. Quicumque igitur fidei Catholicæ amore Crucem aſſumere voluerit, ab Inquiſitore, vel eius Vicario de voti vinculo & obligationis onere diligenter inſtruatur illíque præſertim declaretur, quod pro fide ſanctiſſima ab Inquiſitoris, vel eius Vicarij præceptum non modò facultates externas effundere, ſed & vitam dare tenebitur; quódque Crucem ſemel voto ſuſceptam abſque Summi Pontificis ſpeciali diſpenſatione deponere non poterit. Quòd ſi ille ad hæc omnia obſeruanda paratus inuenitur: Inquiſitor, vel eius Vicarius ad votum Crucis eum admittat. Et quoniam Cruces dandæ priùs benedicendæ ſunt,

ideo ſequitur earum benedictio.

Verſ. *Adiutorium noſtrum in Nomine Domini.*
Reſp. *Qui fecit cœlum & terram.*
Verſ. *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.*
Reſp. *Et ſalutare tuum da nobis.*
Verſ. *Dominus vobiſcum.*
Reſp. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Crucis ſignum pretioſo Filij tui ſanguine conſecraſti: per eandem Crucem & Mortem ipſius Filij tui Jeſu Chriſti mundum redimere voluiſti: ac per eiuſdem venerabilis Crucis virtutem hominum genus ab antiqui hoſtis tyrannide liberaſti: te ſuppliciter exoramus: vt digneris hanc Crucem, tua pietate benet. dicere: & cæleſtem ei virtutem & gra-

tiam impartiri: vt quicúmque eam ſuper ſe geſtauerit, cæleſtis gratiæ plenitudinem recipere, & Chriſtum contra omnes animæ, & corporis inimicos protectorem habere mereatur. Qui tecum viuit, & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Cruce benedictâ ille qui ſignandus eſt ante Inquiſitorem, aut eius Vicarium genua flectens, votum reuerenter emittat, hoc modo.

Ego N. facio votum Deo, & Beatæ Mariæ, & Beato Petro Martyri accipiendi, & portandi Crucem ad honorem Jeſu Chriſti Domini noſtri, fidei Catholicæ exaltationem & ad hæreticorum, eorúmque fautorum, exterminium in tota diœceſi N. & promitto exponere ſubſtantiam meam temporalem, & vitam propriam, pro fidei defenſione, cum opus fuerit, & fuero requiſitus: & quod ero obediens R. P. Inquiſitori, & ſuc-

Oremus.

PRætende Domine famulo tuo dexteram cœlestis auxilij; quem pro gloria nominis tui signo sacratissimæ Crucis insigniri, & propugnatorem sanctæ fidei tuæ contra perfidos hæreticos fieri voluisti vt te toto corde perquirat, fidem Catholicam viriliter defendat, & quæ dignè postulat, assequatur; vt agone dignè peracto, regni Filij tui cohæres esse mereatur. Per eumdem Christum Dominum nostrum, &c.

Modus & forma absoluendi Crucesignatos in mortis articulo.

DOminus Iesus Christus, qui dixit Discipulis suis: quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo: de quorum numero quamuis indignum, me esse voluit; ipse te absoluat per ministerium meum ab omnibus peccatis tuis quæcumque cogitatione, locutione, atque operatione qualitercumque commissis; & quantùm ineæ fragilitati permittitur: authoritate eiusdem Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, nec non domini N. Papæ & secundùm priuilegia, quæ Romani Pontifices Inquisitionis officio concesserunt: priuilegij testimonio Innocentij 4. Pontificis, cuius tenor talis est: Vt vobis, & huiusmodi fidelibus, qui eiusdem Crucis signum ob hoc votum assumpserint copiosæ mercedis præmium afferatur: illam indulgentiam, illudque priuilegium elargimur; quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali Concilio conceduntur. Præ-

tenore huius indulgentiæ, & priuilegij, quod Clemens 4. & Clemens 7. siue alij quicunque Romani Pontifices omnibus Cruce signatis concesserunt: quo perseuerantibus vsque ad vltimum vitæ in voto Crucis assumpto, & Inquisitoribus pro fidei Catholicæ defensione auxilium ferentibus, in articulo mortis plenam omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem elargiuntur. Ego te absoluo ab omni sententia Excommunicationis, suspensionis, & interdicti & restituo te sacramentis sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ eadem authoritate ego absoluo te ab omnibus & singulis peccatis tuis: de quibus corde contritus & ore confessus es: & do tibi plenam remissionem peccatorum tuorum quantùm in conspectu Diuinæ Maiestatis gratum existit, vt sis absolutus ante Tribunal Domini nostri Iesu Christi: habeásque vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum. Amen. In nomine † Patris, & Fi † lij, & Spi † ritus Sancti, Amen.

IDEM:

CLEMENS *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitorum hæreticæ prauitatis, in Biennt. Gebennen. Lausan. Sedunen. Tullen. Meten. Virdunensi Ciuitatibus, & Diœcesibus suis deputatis auctoritate Apostolica, & imposterum deputandis Salutem & Apostolicam benedictionem.*

Cupientes vt negotium Catholicæ fidei vobis ab Apostolica sede commissum, fœliciter in vestris manibus pro

ſpectetur: Volumus, & preſentium vobis auctoritate diſtrictè precipiendo mandamus, quatenus in eodem negotio de diuino & Apoſtolico fauore confiſi conſtanter, ac intrepidé, omni humano timore depoſito, iuxta formas ſuper eo vobis traditas procedatis. Si vero aliqua impedimenta, ſiue ex defectu ſociorum, ſiue ex quacumque alia cauſa, in predicto negotio vobis emerſerint, ſecurè propter hoc g. ad dilectum Filium noſtrum I. Sancti Nicolai in carcere Tullian. diaconum Cardinalem quem eidem preſecimus negotio, recurratis; impedimenta huiuſmodi ſignificantes eidem: vt nos per Cardinalem eumdem ſuper iis ſufficienter inſtructi; contra impedimenta eadem congruis, & opportunis remedijs obuiemus. Noſtre namque firme accidebilis intentionis exiſtit, vt quibuſlibet obſtaculis, & impedimentis omnino ſubmotis, dictum negotium quod pluriùm inſidet cordi noſtro, fœlicem habeat domino actore progreſſum, ad laudem, & gloriam diuini nominis, & Chriſtianæ religionis augmentum. Datum Viterbij, idib. Iulij. Pontificatus noſtri anno tertio.

ANNOTATIO.

H *Ad dilectum filium noſtrum, &c.* Cauſæ modò remittuntur ad Reuerendiſſimos & Illuſtriſſimos Cardinales Inquiſitores generales; ſed tunc fuerunt conſtituta erat Congregatio generalis Inquiſitionis ſicut dictum eſt ad textum primum ſupra.

IDEM.



CLEMENS *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Fratribus Prædicatorum, & minorum Ordinum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, auctoritate sedis Apostolicæ deputatis, aut imposterum deputandis, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Turbato corde audiuimus, & narramus quòd quamplurimi reprobi Christiani veritatem Catholicæ fidei abnegantes, se ad ritum iudaicum damnabiliter transtulerunt: quòd tanto magis reprobum fore dignoscetur, quanto ex hoc Christi nomen sanctissimum, quadam familiari hostilitate securiùs blasphematur. Cum autem huic pesti damnabili, qua prout accipimus, non sine subuersione prædictæ fidei, nimis excreuit, congruis, & festinis remedijs obuiari: uniuersitati uestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos, auctoritate sedis Apostolicæ designatos, super præmissis, tam per Christianos quàm etiam per Iudeos, Inquisita diligenter, & solliciteè veritate, contra Christianos, quos talia inuenerit commisisse, tanquam contra hæreticos procedatis. Iudæos autem, qui Christianos utriusque sexus ad eor-

ritum execrabilem hactenus induxerunt ; aut inuenerit, is decætero inducentes , pœna debita puniatis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam , K. appellatione postposita , compescendo : inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Datum Viterbij , vi. Kal. Augusti. Pontificatus nostri anno 3.

ANNOTATIO.

1 *Iudæos autem qui Christianos, &c* Licet nullus sit in hac diœceti Iudæus ; tamen quia in locis vbi est secta Iudaica in Iudæos & alios infideles fidem Christianam prauis dogmatibus impugnantes & blasphemantes circa ea quæ nobis in fide cum illis sunt communia , Inquisitores possunt procedere,& eorum abiurationes à sortilegijs, & magicis artibus & alijs erroribus Dei vnius cultum impugnantibus recipere. Vide de hac re Eymericum 2. *part. Direct. quæst.* 46. & ibi Pegnam *Comment.* 71. post alios multos ab ipsis citatos copiosissimè disputantes.

K *Appellatione postposita, &c.* De hac materia appellationis in crimine hæresis copiosè scripserunt Zanchin° *tract. de hæret. c.* 29. *& ibi* Cãpegius. Squillacẽsis *tract. de fide Catho c.* 45. Cõradus Brunus lib. 4.

de hæret. cap. vltimo. Simanchas *cathol. institut. tit.* 6. *& in enchyridio tit.* 65. Ioannes Rojas *in singul. fidei singul.* 19. Bernardus Comensis *in lucerna, verbo Appellatio*, Locatus *in opere iudiciali*, Repertorium Inquisitorum, *verbo*, *appellare.* Iacobus Sprengerus *in malleo maleficarum par. tertio q.* 35. Iulius Clarus *in pract. crimi §. fin. q.* 94. Carerius *tract. de hæret. numero* 129. Summa Rosella, Angeli, Sylvestri & Tabian. *verbo, hereticus.* Nicolaus Eymeric. *in directorio Inquisitorum part.* 3. *num.* 121. *tit. de appellatione quæ fit ab Inquisitore, & ibi* Pegna *comment.* 31. *num.* 121. *&* 128. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 26. *& cap.* 58. *num.* 1. Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisit. li.* 3. *q.* 4. *Rubr. de expeditione processus in causis fidei nu.* 58. Ioannes de Anania *in cap. ad abolendam. num.* 25. *ad finem. vers. ex prædictis extra de hæret.* Farinac. *de hæresi. q.* 185. §. 15. Archidiaconus, Ioannes And. Geminian. Francus, Panormitanus, & cæteri communiter. *in cap. vt Inquisitionis. de hæret. lib.* 6. *in cap. pastoralis de appel.* & alibi sæpe. Qui omnes docēt appellationis priuilegium interdictū esse hæreticis, eorum fautoribus, defensoribus, credentibus & receptatoribus à sententia scilicet definitiua Inquisitoris, quoniam appellationis remedium ad præsidium innocentiæ, non ad defensionem iniquitatis fuit institutum. c. cum speciali §. porro. & c. ad nostram. de appellatio. manifestum est enim neminem de hæresi definitiué damnari, nisi vel confessus, vel legitimé conuictus fuerit. rursus à definitiua non appellatur ob fidei fauorem, & odium hæreticorum, ne iudicium protrahatur. Deinde sententia, quæ multo præcedenti consilio, & matura delibera-

tione lata est, non debet per iniquas calumnantium voces retractari. Quarto in crimine læsæ Maiestatis non appellatur, vt probatur per Angelum *in tract. maleficiorum, clausula, presente Caio & appellante. col. 3. post i lud. Et nota per dict. l. non tantum*, cum ergo crimen hæresis æquiparetur crimini læsæ Maiestatis, vt dicit D. Cardinal. Zabarella *in Clem. ex graui super glos fin.* & Angelus *in prædict. tract.* imò sit grauius cap. vergentis extra. de hærerecis. his verbis. *Cum enim secundum legitimas sanctiones reis læsæ Maiestatis punitis capite bona confiscentur eorum, filijs suis vita soluendo ex misericordia conseruata: quanto magis qui aberrantes in fide Domini Dei fidelium Iesum offendunt; à capite nostro quod est Christus Ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cum longè sit grauius æternam quàm temporalem lædere Maiestatem.* Nam 17. q. 4. sicut qui Ecclesiam. *Maius peccatum est quod in Deo committitur quàm quod in homine.* Quod nec in crimine hæresis debeat appellari; imò nec ad Superiorem vllo modo recursus haberi. vt docent Simanc. *Enchyrid. tit. 65. rubr. de appellat. numero 1.* Campegius ad Zanch. *tract. de hæret. c. 8. lit. A. vers. deberet. etiam* & alij quare sententia contra hæreticum lata potest executioni mandari, etiam pendente termino decem dierum à iure communi ad appellandum dato, facit præterea c. vt Inquis. de hær. l. 6. vers. vt que de hæresi, vbi dicitur: *Non obstantibus appellationibus seu proclamationibus prædictorum nequitiae filiorum cùm tam secundùm ordinationem prædecessorum nostrorum, quàm secundùm legem imperialem; appellationis & proclamationis beneficium expresè sit hæreticis, & credentibus, ac eorum*

receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum. Ad idem est Clem. sæpe, de verb. signif. cum in negotio hæreticæ prauitatis possit procedi simpliciter, & de plano, & absque iudicij strepitu & figura cap. fi eo. tit. lib. 6. Confirmatur ex constitutione Federici Imperatoris *Vt commissi*, relata infra, & ex extrauagante Innocentij quarti, quæ omnino concordat cum iure communis in capite excommunicamus. Extra de hæreticis. & cum cap. Quicunque de hæret. lib 6. & cum rescripto Nicolai iii. eiusdem tenoris quod etiam incipit. *nouerit vniuersitas.* nec non cum rescripto Alexandri iii. quod etiam incipit. *nouerit vniuersitas.* & sic habet.

Nouerit vniuersitas vestra, quòd nos ad instar. fe. R. G. Papæ prædecessoris nostri excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosephinos, Arnaldistas, Sperouistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur facies quidē habentes dinersas sed caudas ad inuicē colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum. Dānati verò per Ecclesiam sęculari iudicio relinquantur animadversione debita puniendi, clericis prius à suis ordininibus degradatis. Si qui autem de prędictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendum condignā pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autē eorum erroribus, similiter hęreticos iudicamus. Item receptores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationis sententię decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos, ad huiusmodi, nec ad testimonium ad-

mittantur. Sit etiam inter testabilis, vt nec testamenti habeat factionē, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipse super quocunque negotio, sed nec aliquis ipso diregatur. Quòd si forte iudex extiterit eius sententia nullū obtineat firmitatem; nec causæ aliquæ ad eius audientiā perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinijs nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnētur: & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, excommunicationis sententia percellantur, alias animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatémque personæ, propriam innocentiam cōgrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnētur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarū minime audiantur. Itē iudices, aduocati & notarij nulli eorū officiū suum impendant; alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Itē clerici non exhibeāt eiusmodi pestilentib⁹ Ecclesiastica sacramēta, nec elecmosynas, aut oblationes eorū recipiant. Similiter hospitalarij, aut templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquā restituantur absq; indulto sedis Apost. speciali. Itē quicunq; tales præfuerint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsq; ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publicè extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua

careat ſepultura. Idem firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè vel priuatim de fide Catholica diſputare: qui verò contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Idem ſi quis hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium, vita & moribus diſſidentes, eos ſtudeat indicare confeſſori ſuo, vel alij, per quem credat ad Prælati ſui & Inquiſitorum hæreticæ prauitatis notitiam peruenire; alioquin excommunicationis ſententia percellatur. Hæretici autem & receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorúmque filij vſque ad ſecundam generationem, ad nullum Eccleſiaſticum beneficium ſeu officium admittantur. Quòd ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos & quoſcunque viros Eccleſiaſticos, qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum, dignitates, perſonatus, & quaecunque alia Eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti; priuamus taliter acquiſitis: volentes vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia vel ſimilia nequaquam in poſterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius eſſe momenti volumus, quorum parentes poſt emancipationem huiuſmodi ad inuicem ſuperſtitionis hæreticæ, à via declinaſſe conſtiterit veritatis. Dat. Anagniæ XVII. *Cal. Iulij Pontificatus noſtri anno* XI.

Ab interlocutorijs tamen ſententijs, ſeu interfationibus Inquiſitorum prouocari reis licet, vbi ſe grauari indebitè ſenſerint, vt pręcitati notant Authores & præ cæteris Zanchinus Simãcas Squillacenſis citat. Eymeric. *part.* 3. *q.* 117. Pegna citat. & Farinac. cit. atqne multi ab eo citati. Sed adquem eſt appellandum ratione grauaminum? Reſpondeat

licet Zanchinus, Author repertorij, Vmbertus Locat° & alij, hoc modo; si appellatur à processu Inquisit. appellandum esse ad Papā, cùm ipse Inquisit. delegauerit; nam regula certa est à delegato ad delegantē prouocādum. l. Imper. ff. de Apppellatio. l. præcipimus, §. huic C. de appellat: cap. super quæstionum §. porro. extra de offic. delega. neque de hac assertione est aliqua difficultas. Si verò ab Episcopo agente prouocetur, si Episcopus quidem procedat aduersùs exemptos appellandum esse ad Papam, quia procedit potestate delegata: si autem contra non exemptos & ex potestate ordinaria agat, tunc ad proximum superiorem, scilicet ad Metropolitanum esse prouocandum sicut & in alijs causis vel etiam omisso medio ad Papam. c. si duobus de appellatio. c. quotiens. c. ad Romanam. 2. q. 6. Respondet tamen absolutè Eymericus prouocandum esse ad Sedem Apostolicam *citat. & ibi* Pegna *citat.* reiecta distinct. *Processus Episc. contra Exemptos, vel non exemptos,* concludit quodin vniuersum & semper verius est appellandum esse ad Papam, quia negotia fidei maiores Ecclesiæ causæ computantur, quæ quidem semper ad Sedem Apostolicam sunt deferendæ, vel certè iam ad Supremum Tribunal Generalis delegatæ Inquisitionis cap. maiores de baptis. & eius effectu his verbis. *Maiores Ecclesiæ causas præsertim articulos fidei contingētes ad Petri sedem referēdas intelligit, quia eum quærenti Domino quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabit: Tu es Christus Filius Dei viui: & pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides eius, & 24. q. 1. quotiens ratio fidei ventilatur arbitror omnes fratres & Episcopos nostros non nisi ad Petrum i. sui nominis & ho-*

noris auctoritatem referre debere, veluti nunc retulit vestra dilectio, quòd per totum mundum possit Ecclesijs omnibus prodesse. Id etiam tradit luculenter Anacletus Papa epistola quadam prima in hęc verba: *Difficiliores quæstiones & maiores causæ ad Sedem Apostolicam referantur: quoniam Apostoli hoc statuerunt iussione Saluatores, vt maiores & difficiles quæstiones semper ad Sedem deferantur Apostolicam, super quam Christus vniuersam construxit Ecclesiam dicente ipso ad Beatum Principem Apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Hec ibi. Huic etiam spectant, quæ docet Melchior Canus *lib 6. de locis Theologicis. c. 4.* Et ratio est quia ad solum Papam pertinet propriè & principaliter de fide respondere, & consequenter fidei causas terminare; quare ad eum pertinebit eius accessoria expedire. Ita Hostiens. *in c. excõmuicamus. 1. §. Catholici. extra de hæret.* Ioan. And. *in eod. c. §. volumus vers. Cæterùm tamen prædicari. & in c. ad abolendam circa finem, de hæret.*

Et quia interdum contingit (inquit Comensis in Lucerna Inquisitor. verbo Appellatio) *quod in officio Inquisitionis aliqui cauillosè appellant, vt processum Inquisitionis impediant, seu retardent, vel ipsum Inquisitorem confundãt, ideo malitiæ talium volens obuiare, & vt Inquisitor sciat quid in similibus agere debeat, vt à talibus cauillationibus se defendat, aliqua notabilia circa materiam appellationis hic subnectere curaui, prout diuersis in locis reperi & collegi.*

Primum notabile est quòd si quis appellat à suspecto iudice, ille iudex non debet propterea dimittere quin procedat, quia primo est proponenda recusatio, & si Iudex eam non admittit, si sit iusta tunc est appellandum. Hæc in glossa

in verbo. debuisset. c. d. appel.

Confirm. Panor. idem in princ. ibi Nota *vltimo.*

Secundum notabile est quòd appellans cogitur recedere ab appellatione legitima, quando Iudex reuocat grauamen. c. cum cessante de appel. c. si à iudice. eo. tit. lib. sexto in fin. vide ad hoc Gemi. in c. vt supra eo tit. ibi Sed quæro an Iudex. Ad hoc facit glo. fin. in c. ex parte tua eo. tit. confir. Panormit. in d. c. cum cessante in prin. vbi dicit quod in reuocatione interlocutoriæ, & causæ reassumptione non exigitur partium consensus.

Tertium notabile est quòd Iudex volens reuocare grauamen, & corrigere errorem suum sine ipsius præiudicio & suæ iurisdictionis, debet dicere, ego non credo te grauasse, & si in aliquo te grauaui, illud reuoco. Hæc in glo. d. c. cum cessante ibi. *Aduertat qualiter corrigat errorem suum. Sed Panor. ibidem in. d. c. in fin. dicit quod si Iudex in veritate ipsum grauauerat non debet mentiri dicendo, non credo te grauasse, sed poterit vti alijs duplicibus verbis adsaluandum decorem suum, iuxta notata in c. qualiter & quando. el. primo de accusa.*

Quartum notabile est, quia ad hoc quòd appellatio ante sententiam diffinitiuam sit valida, decem requiruntur quæ enumerat Archi. in c. Non ita 2. q. 6. quorum si vnum defuerit, appellatio non valebit.

1. *Est causa grauaminis illati vel comminati.*

2. *Quod sit legitima.* 3. *quod sit vera.* 4. *quod sit expressa.* 5. *tum quod non fuit admissa sua petitio.* 6. *quòd ideo quia non admittebatur extitit appellatum.* 7. *quod fiat in scriptis.* 8. *quod petantur Apostoli.* 9. *quod si appellatus hoc petierit, veniat instructus appellans.* 10. *quod fiat infra decem dies.*

Hæc omnia Archi. vbi supra, quæ omnia probat ibidem.

Quintum notabile est quòd Iuxta à quo appellatur, potest prefigere terminum conuenientem ipsi appellanti ad prosequendam appellationem, considerata tamen locorum distantia, negotij & personarum qualitate glo. in verbo præfixerit. c. personas eo. tit. c. cum sit Romana eo tit. c. pervenit. eo. tit. & glo. ibi in verbo compellas in c. consuluit ibi. illos autem & glo. ibidem in verbo coge in c. sæpe contigit eo. ti. ibi. qui tamen & glo. ibi in verbo obtineat. in c, adhæc l. 2. eo. tit. confir. Panormit. in d. c. personas in prin. & in. d. c. cum sit Romana in prin. & in c. ad aures eo. tit. confir. etiam Gemi in c. cum appellationibus eo tit. lib. 6. in §. si verò in, prima col.

Sextum notabile est quòd etiam iudex qui non detulit appellationi, potest statuere talem terminum ipsi appellanti, etiam sub excommunicationis pœna. hæc Guil. in spe. ti. de appell. §. sequitur videre. in forma confir. Gemi in d. c. cum appellationibus. post prædicta ibi. Sed quid conuerso. Et in c. eisdem. ti. & li, §. in quibus ibi. sed nunquid.

Septimum notabile est, quòd iudex à quo appellatur, præfigendo terminum ad prosequendum appellationem, non dicitur deferre appellationi glo. est singularis in verbo remittenda. d. c. cum appellationibus. confir. Panormit. in c. cum causa de sen. & re iudi. in prin. in secundo notabili, & in c. oblata de appel. in prin. in secundo notabili.

Octauum notabile est, quòd elapso termino præfixo à iudice à quo ipsi appellanti, etiam si iudex detulerat appellationi, si appellans non fuerit prosecutus ipsam appellationem, ex tunc iudex ipse à quo fuerat appellatum,

procedat in causa. Hac in glo in verbo ex tunc d. c. personas, & in d. c. peruenit, & in d. glo. compellas. & in d. c. consuluit. & in d. gl. in verbo coge. & in c. reprehensibilis eodem titulo, ibi se verò & ibi in glo. in verbo. tunc Episcopus in c. ad aures eodem titulo. & in c. cum speciali eodem titulo in glo. in verbo terminum, & in c. cum causa de sen. & re iudi. in glossa prima. & ibi. Panor. diffusè. Imò ipse terminus sic præfixus à iudice erit loco peremptorij, & acsi peremptoriè vocatus non veniret d. c. sæpe contingit & in d. glo. obtineat. & glos. fin. d. c. personas. & in d. glos. prima d. c. cum causa.

Nonum notabile est, quòd notanda est vna bona limitatio circa prædicta, quia iudex à quo appellatum est; potest quidem præfigere terminum ad prosequendam appellationem, hoc est ad aripiendum iter, & ad se præsentandum superiori ad quem est appellatum, vt dicit glo. in verbo expectato c. ex insinuatione de appellatione & glo. in verbo. Recisus c. cum sit Romana eodem titulo. circa medium ipsius glo. non tamen potest præfigere terminum, & actare appellantem ad finiendum vel adredeundum cum literis impetratis, quia hoc esset imponere legem superiori. 1. domino Praed. c. ex insinuatione. & glo. ibidem in verbo reuersa. confir. Panor. ibidem.

Decimum notabile est ad obuiandum fraudibus, cum plerumque appellatur causa differendi negotium, notandum est quod interdum à iudice à quo appellatur, præfigitur terminus appellanti non solùm ad se præsentandum iudici ad quem appellatum est, sed etiam ad faciendam fidem ipsi iudici à quo, de præsentatione seu de prosecutione appellationis. Et licet videatur dubium an iudex possit talem terminum statuere, dicunt tamen domini de Rota

decisione 149. quod si Iudici non fit fides de præsentatione seu prosecutione vbi terminus fuit datus ad prosequendum, poterit Iudex à quo irreprehensibiliter sententiam executioni mandare. Et dato quod Frede Senis in consi. 127. videatur dubitare, an Iudex potuerit talem terminum præfigere, concludit tamen, quod tali termino præfixo, ex quo non fuerit contradictum, operabitur effectum præmissum. Idem autem concludit Panor. ibidem immediatè. Hæc omnia ex Panor. super c. personas eodem titulo in glo. 2. vide ibi omnia diffusè, & bene pondera, vide ad hoc d. Car. Zab. in Clem. 1. de appell. quæsito 27. & quæsito vltimo.

Vndecimum notabile est quòd assignando terminum appellanti ad recipien. responsionem, vel ad recipien. Apostolos, non dicitur iudex deferre appellationi glo. est in verbo, exhiberi c. pri. de appell. li. 6. & glo. in verbo. remittenda. c. cum appellationibus eisdem ti. & lib. Nec autem tradendo Apostolos refutatorios censetur deferre appellationi. Ad hoc est glo. optima in d. ver-
, exhiberi. & glo. in verbo. admittat. d. c. cum ap-
bo pellationibus.

Duodecimum notabile est quòd in glo. fi. Cle. 2. de appel. notantur. 4. casus contra appellantem, & tres contra iudicem, & duos alios additos contra eundem, & pœna ipsius appellantis, & pœna ipsius iudicis denegantis.

Tertiumdecimum notabile est quòd appellationi frivolæ iudex non debet deferre, quia nec ius defert. d. c. cum appellationibus. & glo. ibidem in verbo, deferendum. Et videtur sufficere si iudex respondeat appellanti dicendo huic appellationi non defero quia frivola est, absque eo quod assignet causam quare sit frivola. Facit in simili.

experi-

experte. de appe l vbi sufficit dicere, appello, quia locus non est tutus licet non assignetur causa quare non sit tutus. Gemi. in. d. c. cum appellationibus. in princip.

Quartumdecimum notabile est quòd appellatio dicitur frivola quatuor modis, primò quia nulla causa fuit ibi expressa, secundò quia non fuit legitima, datò quod esset vera, tertiò quia fuit manifestè falsa, licet fuisset legitima quarto quia iam erat pronuntiatum illam esse falsam, & non fuit appellatum, hæc in glo. fin. Cle. vnica. de do. & contu. in prin. Additur quintus modus, videlicet si non est facta in scriptis. dominus Car. Zab. in d. cle. vnica. quæsito quarto. ibi, & quo ad primum. Quæ requirantur ad hoc quod sit valida appellatio, require supra in quarto notabili, vbi plura enumerantur per Archi.

Quintumdecimũ notabile est quòd iudex non deferat appellationi nisi euidenter, pateat ipsi iudici ipsam appellationem tenere, vnde si non credit ipsam tenere, non deferat ei. glo. est singularis & longa in c. ad Romanam 2. q. 6. circa medium. glo. ibi scias quod nisi iudici. Imò bene facit Iudex non deferendo appellationi, quãdo putat ex falsa causa appellatum. Imò in cle. vnica de do. & cõtu.

Sextumdecimum notabile est, quòd si iudex dubitat de causa appellationis, an sit probabilis vel non, potest summatim inquirere de ea, vel seorsum, extra formam iudicij inquirendo, vt dicit glo. illa ad Romanam. Quæ autẽ dicatur causa probabilis, iudex sententiabitur in hoc secundum quòd sibi videbitur, habita tamẽ collatione sapientũ, si non est certus. ar. ff. de arbi. qualẽ. & iudex existimabit ex opinione animi sui ea quæ proponũtur. ar. 4. q. 3. c. si testes § item sæpe etiam sine. Si autem non potest certificari an causa sit probabilis vel non, in tali dubio deferat appellationi. de sen. excom. c. sacro hæc in glo. in verbo ex ra-

tionabili d.c. vt debitus confir. Panor ibi.

Decimumseptimum notabile est quod causa illa dicitur esse probabilis, quæ si foret probata, deberet legitima reputari. d. c. vt debimus §. cum autem. Neque sufficit hoc, sed requiritur quòd sit probabilis, & quòd iudici iusta videatur, vt dicit glo. ad Romanam. in fi.

Decimumoctauum notabile est quòd ille qui exponit causam probabilem, debet se offerre eam probaturum, si autem simpliciter causam allegat videtur id quasi malitiosè fecisse ideo tenetur eam probare fuisse veram glo. 3. in c. interposita de appel. c. ex parte. à de testi. in glo. in verbo testes idoneos de except. c. olim & ibi glo. 2.

Decimumnonum notabile est quòd licet ille proponit exceptionem, offerat se eam in continenti probaturum, non sufficit sola ista oblatio ad iustificandum appellationem, sed est necesse quod se offerat probaturum, & nominet testes per quos intendit probare, & eos habeat paratos.

Ita Ioan. *An. hic & in addi. ad specula §. qualiter. versi. sunt quibus. & §. penul. versi. illud. Mouetur, quia aliter esset parata fraus ipsis excipientibus; qua uterentur nolentes reiici suas exceptiones, & frustrè vexare actorem: ne ergo ista fraus militet, debemus intelligere textum hic de oblatione reali & non de verbali; sicut in simili dicimus. in l. prima. C. de dila. & 3. q. 3. § spatium de eo qui asserit se habere testes vltramarinos.*

Hęc Dominus, Card. *Alexan. in c. interposita de appel. versi. Nota ex tex. decimosexto fallit. vide ad hoc Panor. in d. c. interposita. in prin. ibi. vltimo scias quòd in dubium.*

Vigesimum notabile est quod appellatio interposita ab

interlocutoria expressa vna causa cum protestatione de aliis exprimendis, non potest postea per alias exprimendas iustificari, quia talis protestatio non valet nec tenet. Dominus Car. Alexan. in c. constituis. cl. 2. de appel. in quinto notabili. & in glo. in verbo, quod aliam. facit ad hoc Panor. super dicta glo.

Vigesimumprimum notabile est quod Apostoli petendi ab appellante, secundùm cle. 2. de appel. & cap. 1. eo. ti. lib. 6. sunt breuis forma iudicem ad quem appellatur instruens, motum animi iudicis à quo, & totius appellationis circumstãtias breuiter comprehendens, dominus Car. Zab. in d. cle. 2. in prin. quæstio. 1. Facit. c. 1. de app. li. 6. & glo. in verbo Apostoli. d. cle. 2. & glo. in verbo. petat. d. c. 1. & 2. q. 6. c. ab eo. c. post appellationem. Et eorum sunt quinque species. s. conuentionales, testimoniales, dillatorij, rafutatorij & reuerentiales. Specu. in. 4. parte. eo. ti, §. sequitur.

Vigesimumsecundum notabile est quod predicti Apostoli debent peti ab appellante sapius & instanter, congruis loco & tempore d. c. 1. & c. ab eo. de appel. li. 6. & d. cle. 2. eo. ti. Et si appellans non petit eos infra triginta dies vel si non comparet coram iudice in termino sibi statuto ad recipiendum eos, nec petat eos sibi dari, videtur renuntiasse appellationi. d. c. ab eo. & d. cle. 2. & in glo. 1. d. c. ab eo. & in glo. 1. d. cle. 2. & Gemi. super d. c. ab. eo. in prin. Nec sufficit quòd appellans compareat coram iudice in termino sibi assignato ad recipien. Apostolos, vel ad audiendum intentionem suam, sed oportet quòd etiam petat. glo. in verbo Nec petat. d, cle. 2. ad hoc dominus Car. Zab. in d. cle 2. §. verum. quæsito tertio.

Vigesimumtertium notabile est quod si iudex assignauit appellanti terminum ad audiendum voluntatem vel responsionem suam, & appellans non comparuerit ad recipiendum eam, dicitur renuntiasse appellationi, praecipue si in appellatione petiti sint Apostoli, quia tunc dando terminum ad audiendum responsionem, intelligitur dare ad recipiendos Apostolos hæc D. Car. Zab. in d. cle. 2. §. verum quæsito tertio. Et tunc oportet etiam quod petat instanter & sæpius, & congruis tempore & loco. dict. Cle. 2. §. similiter hæc D. Car. Zab. eadem Cle. 2. §: verum. quæsito 7. Quid si iudex in termino assignato non dat Apostolos, sed dat alium terminum, nunquid appellans teneatur comparere, & non comparendo an dicatur renuntiasse appellationi? respondet ad hoc glo. in verbo. videtur. dict. Cle. 2. & præcipuè in ver. & licet quod licet hoc esset tutius, tamen non existimat eum qui his comparuit, negligentem vel renuntiantem dici posse.

Confir. D. Car. Zab. ibidem. Si autem iudex responderit se daturum Apostolos, sed nullum terminum statuit ad dandum eos, vel si nihil responderit. dict. glo. in verbo. aut si dict. Clem. 2. §. quòd si iudex. quod quando iudex dicit se daturum. nullo termino statuto, tunc appellans non tenetur comparere, fortius si nihil responderit, quia tunc habetur pro negante. Confir. D. C. Zab. super. d. glo..

Vigesimum quartum notabile est quod si iudex à quo appellatur, requisitus fuerit congruis loco & tempore, tenetur tradere Apostolos quos dare voluerit. d. c. primo & c. ab eo. §. illud autem & glo. in verbo exhiberi d. c. primo & c. vt super. de appel. lib. 6. alioquin si postea in causa procedat, eius processus erit invalidus &

Digitized by Google

irritus. d. C. vt super. §. si vero iuncta glo. fin. & d. c. ab eo §. illud autem. & glo. in verbo exhiberi. d. c. primo. & glo. prima. d. c. vt super.

Vigesimumquintum notabile est quòd locus congruus secundum D. Card. Zab. dicitur, si iudex copiam sui faciat in publico, & in quo sedere consuevit, vt dicit ipse d. Car. Zab. in. d. Cle. 2. §. similiter. quæsito secundo. dicitur autem locus incongruus, cùm equitat, vel cum per viam pergit, & dicitur tempus incongruum, cùm est in prandio, vel in missa, vel de nocte. hæc in gl. in. verbo. loco. d. c. ab eo. & dominus Card. in d. quæsito 2. d. §. similer. vbi etiam dicit quòd appellans debet expectare tanto tempore, vt cum commoditate potuerit iudex formare Apostolos.

Vigesimumsextum notabile est quòd Apostoli debent dari aperti glo. est in verbo. oblatos. in fi. d. Cl. 2, & dominus Card. Zab. d. §. similiter quæsito 6. Et debent dari expensis appellantis & non iudicis, & maximè delegati, vt in d. gl. in verbo, oblatos circa fi. & dominus Car. ibid. quæsito quinto.

Vigesimum septimum notabile est quia dictum est supra in vigesimotertio notabili, quòd si appellans non comparuerit in termino assignato ei ad audiendum voluntatem seu responsionem iudicis, tunc dicitur renunti. esse appellationi precipuè si in illa sint petiti Apostoli: posset ergo iudex vti ista cautela ad retundendam malitiam seu cauillationem aliquorum processum iudicis impedire voluntium, potius quam rei veritatem quærentium. Quando interponitur appellatio ab aliqua interlocutoria, & petuntur Apostoli, poterit iudex dare tale responsum: non admitto talem appellationem, quia friuola est, & non debet admitti. supra in tertio decimo notabili.

Quo autem ad Apostolos statuo vobis talẽ terminum ad recipiendum Apostolos quos dare voluero, vel ad audiendum responsionem meam super dictis Apostolis. Si appellans comparuerit dentur refutatorij, quia nec sic deferetur appellationi, supra Vndecimo notabili, & poterit iudex procedere in. causa. Si autem non comparuerit, videtur renuntiasse appellationi, supra vigesimotertio notabili. Similiter videtur renuntiasse appellationi, si Apostolos quos iudex se daturum offert, recipere recusat. d. Cle. 2. §. similiter.

Vigesimumoctauum notabile est quia est bene notandum, quòd si appellans, cui dantur Apostoli refutatorij, ab hac reiectione non appellat, eius appellatio censetur friuola, & habebitur tanquam temere appellans, hæc dominus Car. Alexan. in c. vt debitus, co. ti. col. 25. vers. sciendum quod triplex est species Apostolorum ibi sit tamen cautus appellans.

Vigesimum nonum notabile est quia appellatio dicitur frustatoria dupliciter. s. ratione formæ quia non fuit facta in scriptis, iuxta tenorẽ. c. cordi. co.ti. li.6. Et tũc si nõ dantur apostoli, nihil ominus si Iudex procedit in causa, eius processus erit validus: vel dicitur frustatoria ratione materiæ, puta quia facta est in scriptis. sed peccat in materia, quia continet iniustitiam vel falsitatem causæ. Et tunc si non dantur Apostoli, cum petuntur congruis loco & tempore, si Iudex procedit in causa, eius processus erit inualidus. c. vt super. co.ti. li.6. Et domini de Rota, decisione. 540. in antiquis decisionibus. Cõfirmat. Gemi. in d. c. vt super. super glo. fin. Et huic appellationi frustratoriæ nunquam est deferendum vt patet per glo. prædictam s. d. c. vt super. Nam de frustratoria ratione formæ patet quia est contra tenorem prædicti. c. cordi de frustra;

toria ratione materiæ patet, quia appellatio debet continere causam probabilem & veram supra notabili quarto, & notabili quarto decimo.

Debet tamen iudex appellanti frustratoriè, ratione materiæ & petenti apostolos dare frustratorios, & si non dat eos, non potest procedere in causa, & si procedit, processus erit inualidus, vt patet per ea quæ superius in hoc notabili sunt dicta, secundum dominos de Rota, & Gemi, vbi supra.

Trigesimum notabile est quia licet appellatio debeat fieri in scriptis, non tamen necesse est quod legatur coram iudice à quo appellatur, sed sufficit quòd ei porrigantur scripta, hæc habemus in c. appellatio. co. tit. li. 6. iuncta glo. fin.

Necesse est tamen quod appellans tradat copiam ipsius appellationis ipsi iudici à quo appellatur, vt dicit Gemi. super. d. glo. fi.

Hæc ideo duxi ex hoc authore transferenda, quia hanc materiam particulatiùs explicat, & quæ ipse habet non duxi fore Inquisitionis officiarijs multis in casibus & quotidianis processibus fortè pœnitenda; vt pote quæ, & à multis iuribus, & à iuristis sint confirmata, & ampliùs à pluribus valeant comprobari:

IDEM.

CLEMENS *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis Filijs Fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. In Bisuntinensi Gebennen. Lausan. Seduuen. Tullen. Meten. Virdunensi Ciuitatibus, & Diœcesibus deputatis auctoritate Apostolica, & imposterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.* L. *Quia dubitatur à multis, an alicuius, regni, Prouinciæ, aut loci regimini præsidentes excommunicati, vel alias iurisdictionem aliquam, pro eo quod fortasse duntaxat de facto præsident: non habentes, & Officiales eorum requisiti per ordinarios, vel delegatos eorum, aut Inquisitores hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputatos, iustitiam contra hæreticos, credentes, defensores, fautores, vel receptatores eorum possint, & debeant exercere: & an requirentes eosdem excommunicatos, propter hoc sententiam excommunicationis incurrant. In fauorem fidei duximus statuendum, vt tales in ijs casibus, in quibus fuerint requisiti per ordinarios, delegatos, vel Inquisitores eisdem, ad superiores, qui legitimè in locis ipsis iustitiam exercere possint, recursum habere sine moræ dispendio, vel periculo negotij non valentes, possint, & debeant contra hæreticos, credentes defensores, fautores, & receptatores eorundem, suum, officium exercere: cum id ad exaltationem fidei, & salutem pertineat animarum; & requirentes eos propter hoc excommunicationis sententiam non incurrant. Non credant*

autem præsidentes, & officiales præaicti, per hoc, quod fidei vitando periculo salubriter est prouisum, si li esse in aliis casibus concessum aliquid, vel permissum, Latum Viterbij, 2. Idus Iulij, Pontific. nostri, anno tertio.

ANNOTATIO.

L. *Quia dubitatur, &c.* Inquisitor absq; incursu pœnæ excommunicationis, potest requirere dominos temporales, eorúmque officiales excommunicatos, quatenus iuxta officium suum præstent, sibi auxilium & fauorem: & quidem propter fauorem fidei, quia alias participans cum excommunicato maioris excommunicationis vinculo innodato, minori excommunicationi subijcitur. c. nuper. his verbis *non iudicis sed iuris sententia excommunicato communicans sit ligatus* &c. si quem de sent. excommunicationis. & C. quoniam multos. 2. q. 3. Et hoc priuilegium constat ex C. præsidentes de hæret. in 6. vbi verba præfata nostræ Bullæ sic habentur expresse. *Præsidentes regimini alicuius regni: prouinciæ siue loci (licet excommunicati vel de facto tantum & non de iure iurisdictionem habentes ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum vel delegatorum ipsorum: aut Inquisitorum hæreticæ prauitatis non valentium sine morę dispendio vel negotij periculo recursum habere ad superiores qui legitimè in locis ipsis possint iustitiam exequi) possunt & debent contra hæreticos credentes: fautores: receptatores & defensores eo-*

rum iuſtitiam & ſuum officium exercere. Nec requirente huiuſmodi excommunicatos propter hoc ſententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen præſidentibus prælibatis vel officialibus eorundem propterea in alijs caſibus intelligatur conceſſum aliquid vel permiſſum. Idem priuilegium habetur ex reſcripto Alexandri quarti dato Anagniæ 5. Cal. Iunij. Pont. ſui anno 6. incipien. Quæſiuiſtis. Notant hoc priuilegium Gondiſſaluus *tract. de hæret. quæſt.* 19. *num.* 8, Ioannes Rojas *ſingul.* 59. *incipien. excommunicatus eſt, & ſingul.* 32. *incipien. Geſta per Regem.* idem *tract. de hæret. part.* 2. *num.* 441. Nicol. Arelatanus *tract. de hæret. notabili* 4. *incipien. Quamuis, Tyrannus* & dicunt hoc eſſe ſpeciale fauore fidei, vt notat etiam *gloſſa in cap.* 1. *de offic. Vicarij lib.* 6.

IDEM.

CLEMENS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Prouinciali Franciæ, ac cæteris conuentualibus Prioribus, & Subprioribus eorumq; Vicarijs Ordinis Prædicatorum in Biſun. Geben. Lauſan. Sedun. Tul. Meten. & Vird. Ciuitatibus conſtitutis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.* M. *Ne catholicæ fidei negotium dilectis Filijs Frátribus veſtri Ordinis in Biſunt. Geben. Lauſan. Sedun. Tul. Meten. & Virdun. Ciuitatibus, & diœceſibus auctoritate Apoſtolica commiſſum & impoſterùm committendum, ex perſonarum*

defectu contingat, (quod absit) quomodolibet impediri: volumus, & præsentium vobis auctoritate, Diffinitè præcipiendo mandamus, quatenus tu Fri Prior Provincialis, singulis ex prædictis Fratribus, singulos socios fratres videlicet ipsius ordinis prouidos & discretos, ac eidem negotio congruentes, de quibus ij quibus assignati fuerint meritò valeant consolari, sublata difficultate quælibet, assignare procures. & nihilominus tam tu; quàm vos alij Priores; suppriores conuentuales, ac Vicarij, quotiens ab eisdem fratribus, quibus dictum negotium est commissum, & imposterùm committetur, fueritis requisiti, & dicto negotio fuerit opportunum, de alijs etiam fratribus eiusdem ordinis præterillos, qui eis in socios deputati fuerint, cum omni promptitudine prouidere curetis, ita quòd præfatum negotium nullam ex negligentia vestra, dilationem capiat, sed potius ex diligentia omnium susceptat incrementum. Datum Viterbij. Iuly. Pontificatus nostri, anno tertio.

ANNOTATIO

M. Ne Catholicæ fidei, &c. Vrbanus 4. habet Bullam eiusdem tenoris cum præcedenti, datam Pontific. sui anno secundo, quæ etiam incipit eodem modo, & refertur à Francisco Pegna inter literas Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis in fine direct. Inquisit. pag. mihi 54.

IDEM.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Nobili viro Ioanni Comiti in Burgundia, Domino Salinensi, salutem & Apostolicã benedictionem. Professionis Christianæ Magnates Catholici placent nitore sy-

derio in ortho doxæ fidei firmamento sunt quæ nihilominus in fulcimentum ipsius veluti columnarum stabilium fortitudo. In virtutem igitur & decorem fidei constitutæ à Domino personæ potentia præditæ, ac illustri prosapia præpollentes, quæ dum illam fulciunt & se operosos exhibent in eius dilationem ministros, fama crescunt & meritis: sicque ipsis deperit & ponitur in eorum gloria macula, cum eadem fides vim patitur, vel infidelium maximè subiectorum eisdem morsibus lacessitur; frequenter enim ex errore membrorum caput affligitur, & nonnunquam pœna principibus propter peccata plebis infertur. Inter alios namque, quos nexu paternę dilectionis, adstringimus, te specialiter in sede nostri pectoris præ dilectione portamus, speranies vt sicut tuam terræque tuæ cupis salutem & gratiam sic intentis studijs foucas & dilates prædictæ fidei palmites, pro cuius defensione feruenter hactenus perstitisti. Verum ad nostrum, de quo dolemus peruenit auditum, quod multos in locis tibi subiectis & adiacentibus, crimen hæreticæ prauitatis infecit, plerique per apostasiæ vitium, inconsutilem Christi tunicam, quam sacri baptismatis regeneratio contulit dannabiliter mentes induunt, tamquam in tenebris & vmbra mortis positi, N. cæcitatis iudaicæ veterem & corruptam. Quare validus clamor insonuit, quòd in illis partibus deuotionis obnubilata fit claritas, & diuini cultui nomini miserabiliter illuditur. Exurgat itaq; tua quæsumus deuota synceritas, & ad euellendam de tuis agris illam herbam mortiferam quæ messem benedictionis extenuat, opportuna studia & operas efficaces impendat, & seges fructifera depressa consurgat talibus spinis & tribulis radititus extirpatis. vt autem Christi operarij videlicet dilecti filij fratres Ordinis Prædicatorum, huiusmodi prauitatis Inquisitores in eisdem partibus per sedem Apostolicam deputati vtilius proficere valeant, & commis-

ſum ſibi officium ad laudem diuini nominis meliùs & efficaciùs exequantur, tam eis quàm alijs qui pro tempore fuerint ad diſperdendum & exterminandum illos maledictionis alumnos, qui taliter iram Dei meruiſſe noſcuntur, ſicut de te ſpecialē fiduciam obtinemus, opem & auxiliū largiaris: vt eorū ſic pullulata nequitia per tuum & eorundem Inquiſitorum miniſterium in exterminium deducatur: & eadem loca, coniquinatorum labe purgata, reddantur Deo placabilia & accepta; túque per hoc diuinę retributionis præmium noſtrámque benedictionem & gratiam dignè valeas vberius promereri. Super eo autem quod eiſdem Inquiſitoribus, ſicut ipſi nobis ſignificare curarint circa præmiſſa, cum opportunum extitit. te fauorabilem exhibere curaſti, deuotionem tuam multipliciter in Domino commendamus, & condignis proſequimur actionibus gratiarum. Datum Viterbij XVI. *Cal. Sept. Pontific. Anno tertio.*

ANNOTATIO.

N. *Cæcitatis Iudaicę veterem & corruptam, &c.* Dictum eſt iam ſupra ad Bullam eiuſdem Clementis quarti ſupra relatam, quæ incipit *Turbata vrde.* Nullos eſſe pro hoc tempore in hac Diœceſi ſeu prouincia Iudæos; tamen conſtat tum ex præ itata bulla tum ex hacpræſenti fuiſſe aliquando in is locis tales hominumquiſquilias, in quas proce- ere poteſt Inquiſitor-

NICOLAV
QVARTVS.

ICOLAVS *Episcopus seruus ser*
rum Dei. Dilecto filio Priori Prouin
Fratrum Ordinis Prædicatorum in Fra
Salutem & Apostolicam benedictionem

Præ cunctis nostræ mentis desiderabilibus Cath
incrementum fidei affectantes, nimio vtique dolore r
mur, cum audimus aliquos, vel sentimus ad illius de
sionem qualicumque malignitate satagere, vel damna
bus ipsam depraua̅do reprehensionibus, aut detractio
ei abrogabilibus derogando, seu commentis candem m
cibus peruertendo: ad quorum iniqua consternenda mo
na eo animosius aspiramus, quò in animarum stragem
nitiosius eos agnoscimus conspirare. Sanè licet vbilibe
dis Apostolicæ diligentia contra talium dolosam astut
ne diffusius huiusmodi serpat morbus, remedium lib
adhibeat opportunum: in Bisun tamen Geben. Lau
Sedun. Tul. Meten. & Vird. Ciuitatibus, ac diœce
suis cupientes anxiè, vt negotium fidei iugi - profe
elisis omnino quibuslibet erroribus fortius conua escat
hæc per nos & alios studemus attentius vigi are, pro
mus igitur in eisdem locis ad præsens personas aliquas

Digitized by Google

cunſpectas, pro tanto negotio deputari, quarum honeſta conuerſatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia ſalutarem, vt ſacro ipſorum miniſterio præfata loca prorſus ab huiuſmodi contagijs expurgentur. Verùm quia de prudentiæ tuæ induſtria firmam in Domino fiduciam obtinemus, diſcretioni tuæ per Apoſtolicas ſcriptas firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum tui ordinis, eligas tres de fratribus eiuſdem Ordinis tuæ Prouinciæ idoneos ad huiuſmodi opus Dominicum exequendum, eiſque in virtute obedientiæ diſtrictè Apoſtolica præcipere auctoritate procures: vt Inquiſitionis officium in locis prædictis contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores & receptatores eorum, iuxta formam in alijs literis noſtris expreſſam (quas Fratribus prædicti ordinis Inquiſitoribus huiuſmodi prauitatis, in eiſdem locis deputatis auctoritate Apoſtolica, & imposterùm deputandis, non expreſſis aliquorum nominibus ſuper exequendo dicto Inquiſitionis officio deſtinamus) ſtudeant exequi diligenter. Nos enim prædictos tres Fratres, quos ad hoc elegeris, & quemlibet ipſorum præfatum officium exequi iuxta formam in literis ipſis expreſſam, ac ipſos illam poteſtatem, & auctoritatem plenariè habere volumus quæ in eiſdem literis continetur. O. Si verò tu, vel Vicarius tuus te abſente aliquem Inquiſitorum huiuſmodi, ex aliqua forte cauſa, nonnunquam fore videritis mouendum à ſuum amoueatis, & ſubſtituatis loco eius alium, quem ſimilem poteſtatem, & authoritatem habere volumus; quoties vobis deliberatione cum aliquibus diſcretis Fratribus dicti ordinis præhabita hoc fore videbitur faciendum Et ſi aliquem, vel aliquos Inquiſitorum illorum decedere forte contigerit, vos ſubſtituendi de conſilio aliquorum diſcretorum Fratrum eiuſdem ordinis alium, vel alios loco illius,

vel illorum, qui decesserint: Ita quòd huiusmodi substituti eisdem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi, dictóque Vicario, si tu absens fueris, plenam, & liberam concedimus tenore præsentium facultatem. Datum apud Vrbem Veterem, quinto Kalendat. Julij. Pontificatus nostri, anno tertio.

ANNOTATIO

O. *Si verò tu vel Vicarius tuus te absente, &c.* Poterant olim Superiores ordinum, Inquisitores ab officio remouere, & quidem ex indultis Apostolicis, ita enim habetur in priuilegijs Ordinis Prædicatorum. quæ incipiunt: *virtute conspicuos*: & in bullis Innocentij quarti quæ incipiunt: *Licet ex omnibus & Ordo suauis*; in priuilegijs Clementis quarti & Alexandri quarti *Licet ex omnibus*, missis ad Prouincialem Ordinis Minorum, & demum in priuilegio Sixti 4. anno Domini 1479. dato, & incipiente: *Sacri Prædicatorum & Minorum.* Propterea autem Prælatis data erat facultas remouendi Inquisitores, quia faciliùs intelligebant quando & quos remoueri expediret, cùm suos fratres quisque posset cognoscere & eorum captu iudicare. non poterant tamen eos temerè & pro suo arbitrio solo remouere, sed ex causa tantum legitima.

Hodiè

Hodie verò nulla sunt omnino huiusmodi priuilegia, nam Reuerendissimi Domini Cardinales Inquisitores generales in vniuersa Rep. Christiana, ex causa, re maturè cognita (vt decet) Inquisitores remouent, mutant, ac de vno cùm expedit, ad alium locum transferunt. Caueant ergo in posterum superiores Ordinum, ne pretextu antiquorum priuilegiorum instituant cõtra ordinationem sedis Apostolicæ Inquisitores, nam in dictam Sedem grauissimè peccarent, & suas animas, & eorum qui a se essent instituti, grauissimis peccatis, temerariæ scilicet inobedientiæ ac censuris Ecclesiasticis exponerent, & quicquid sic instituti Inquisitores facerẽt inualidum prorsus foret, & illusorium. Et sicut instituere nequeunt, sic nec remouere, cùm vtrúmque sit eiusdem potestatis.

IDEM.

NICOLAVS EPISCOPVS *Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis auctoritate sedis Apostolicæ deputatis, & imposterum deputandis. Salutem & Apostolicam benedictionem.*

P

Turbato corde audiuimus, & nariamus quod non solum quidam de Iudaica cæcitatis errore ad lumen fidei Christianæ conuersi, ad Priorem reuersi esse perfidiam dignoscuntur: verùm etiam quamplurimi Christiani veritatem Catholicæ fidei abnegantes, se damnabiliter ad ritum Iudaicum transtulerunt, quod tanto magis reprobum, fore cognoscitur, quantò ex hoc Christi nomen sanctissimum quadam familiari hostilitate, securiùs blasphematur. Cum autem huic pesti damnabili congruis, & festinis deceat remedijs obuiare vniuersitati vestræ per Apostolica scripta Mandamus quatenus, infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos auctoritate sedis Apostolicæ designatos, super præmissis, tam per Christianos, quam etiam per Iudeos, inquisita diligenter & sollicitè veritate contra omnes quos talia inueneritis hactenus commisisse, ac committere etiam in futurum, tanquam contra hæreticos, fautores quoque receptatores, & defensores eorum, tanquam contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum, procedere studeatis: Iudæos autem, qui Christianos utriusque sexus ad eorum ritum execrabilem induxerunt, aut inueneritis, de cætero inducentes, pœna debita puniatis. P Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Datum Reate, Nonis Septemb. Pontificatus nostri anno primo.

ANNOTATIO

P *Contradictores per censuram Ecclesiasticam &c.*

Inquisitores possunt excommunicare, suspendere, & interdicere arg. cum contumacia. de offic. deleg. l. 6. Et ratio est, quia habent iurisdictionem delegatam à Papa. cap. sanè eo. tit. tùm quia possunt cõpescere per censuram Ecclesiasticam. cap. vt officiũ de hæret. lib. 6. §. denique his verbis. *Denique vt circa præmissa plene vobis & singulis vestrum coercionis expedita & inuiolabilis adsit auctoritas: volumus vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij secularis: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: non obstantibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs quibuscunque personis cuiuslibet conditionis: dignitatis: vel gradus: religionis vel ordinis: Comitatibus vel vniuersitatibus ciuitatum & locorum specialiter vel generaliter sub quacunque verborum expressione vel forma à memorata sede concessis vel in posterum concedendis: cum ex huiusmodi vel alijs priuilegiis vel indulgentiis nullum vobis in tanta pietatis negotio velimus obstaculum interponi: & constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.* Quod priuilegiũ etiam habetur in bullis Gregorij Noni incipien. *Ille humani generis*, relatis in fine directorij à Francisco Pegna, & in extrauagantibus Innocentij Quarti *Ille humani generis* relatis iam supra ad hunc eundem nostrum textum; Alexandri Quarti *Ne commissæ* relatis ibidem à Pegna; Clementis Quarti, *Turbato corde*, supra relatis, & in alijs plerisque bullis. At compescere per censuram Ecclesiasticam extra de verb. signif. quærenti quid debeat intelligi cum huiusmodi clausulam in nostris literis apponimus? Respondemus quòd per eam, non solum interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia valet intelli-

gi: nisi Iudex discretus (rerum personarum circumstantijs indagatis) ferat quam magis viderit expedire. Ad idem est cap. 2. de offic. deleg. nam videretur iurisdictio illa nullius esse momenti si coercionem aliquam non haberent, vt in cap. Pastoralis. eo. tit. in principio his verbis. Potest compellere renitentem, eò quod iurisdictio illa nullius videretur momenti, si coercionem aliquam non haberet. Imò videretur ista iurisdictio Inquisitorum esse delusoria. arg. eod. tit. cap. ex literis, in medio. Possunt etiam Inquisitores imponere aliam pœnam arbitrariam, vt dicitur cap. de causis. eo. tit. his verbis. Illis etiam qui pro causis tibi commissis: ad citationem tuam venire aut tuo super his parere iudicio neglexerint: tale fuerit negotium: quòd certa exinde pœna canonibus exprimatur: eamdem infligas, alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ secundum tuum arbitrium punire procures. Et ideò possunt mandare cuilibet presbytero curato siue non curato, vt publicet literas monitorias à se factas, & denuntiet coram populo excommunicatos ab ipsis, alioquin possunt ipsum presbyterum punire non solùm pœna censuræ sed etiam alia pœna. Quod etiam probatur quia quilibet delegatus Papæ potest compellere quoscumque Clericos ad exequendum ea quę spectant ad causam sibi commissam, secundum Panor. in dicto cap. pastoralis. col. 1. in gloss. in verbo, compellere renitentem. & in §. quia vero, nam delegatus potest compellere quos potuisset compellere ipse delegans nam gerit vices delegantis, & respectu delegati Papæ nullus Clericus potest de ci alterius fori, quia omnes subsunt Papæ, vt in cap. cuncta per mundum

q. 3. his verbis. Cuncta per mundum nouit Eccle-
sia: quod sacro-sancta Romana Ecclesia fas de om-
nibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius lice-
at iudicare iudicio siquidem ad illam de qualibet
mundi parte appellandum est ab illa autem nemo
est appellare permissus.

Idem colligitur ex priuilegio Vrbani quarti cum
dat facultatem Inquisitori faciendi obseruari inuio-
labiliter omnes constitutiones Apostolicas, & Leges
Imperiales Federici Imperatoris, quodquidem hic
refertur quia valde concordat hactenus relatis bul-
lis, & inseruiet dicendis.

Licet ex omnibus mundi partibus, quæ Christia-
na Religione censentur, teneamur ex officicij nostri
debito extirpare pestem hæreticæ prauitatis: in Ita-
lia tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius,
vbi eandem pestem propter malitiam temporis, quæ
in detrimentum fidei Catholicæ peruersa genimina
germinauit, ex vicinitate persensimus abundantius
succreuisse. Vt igitur Inquisitionis officium contra
hæreticos in prouincia Lombardiæ, videlicet à Bo-
nonia & Ferraria inclusiuè, vsque ad vltimos fines
Superiorum partium eiusdem prouinciæ, ac Mar-
chiæ Ianuen. authoritate Apostolica possit efficacius
adimpleri: discretioni vestræ per Apostolica scripta
Mandamus, in remissionem vobis peccaminum in-
iungentes, quatenus in charitate Dei, hominum ti-
more postposito, virtutem spiritus induentes ex al-
to, prædictum officium vbique infra prefatos limi-
tes; simul vel separatim, aut singulariter pro vt ne-
gotij vtilitas suadebit, sub spe mercedis æternæ, fie

efficaciter prosequi & exequi studeatis, vt per sollicitudinis vestræ prudentiam, de prædictis Lombardia & Marchia radix iniquitatis hæreticæ succidantur: & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ peruersis morsibus demoliuntur eandem, fructus afferat Catholicæ puritatis. Si quos autem de prauitate prædicta culpabiles inueneritis vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos (nisi examinati absolutè velint mandatis Ecclesiæ obedire) necnon & contra receptatores, defensores, & fautores eorum, iuxta sanctiones canonicas, authoritate Apostolica, hominum metu diuino timori postposito procedatis. Non obstantibus aliquibus literis ad quoscunque alios de Lombardia, & Marchia prædictis (exceptis locorum diœcesanis) super huiusmodi negotio ab Apostolica sede directis: quarum deinceps ad Inquisitores huiusmodi faciendas volumus auctoritate procedi: quin immò ne procedatur per illas districtiùs inhibemus. Nec prætextu commissionis specialiter, eisdem diœcesanis super hoc factæ, vestros processus in eorumdem diœcesanorum Ciuitatibus, & diœcesibus volumus Impediri. Nec per hoc quod fidei negotium generaliter in ipsis Lombardia & Marchia nobis committimus, commissiones à præfata sede diœcesanis eisdem factas, si forsan illarum seu etiam ordinaria velint authoritate procedere, intendimus reuocare. Veruntamen siue authoritate ordinaria, siue ex delegatione prædictæ sedis, ijdem diœcesani in huiusmodi negotio processerint, nequaquam volumus, vel per concursum processuum, vel aliàs quomodolibet vestros impediri processus, quin diœcesanorum ipsorum processibus non obsti-

libus, in eodem negotio procedere liberè valeatis.
Si verò aliqui ex prædictis hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad Ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit: prouiso solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & vos immo potius se ipsos fallentes, sub agni specie gerant lupum, quòd si aliqui fuerint indicandi hæretici, vel incarcerationis pœnæ perpetuæ alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel Vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus præsentes fuerint, consilio procedatur: vt in tantæ animaduersionis iudicio non postponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verùm quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi, vt in reos, sine vllo proferatur errore, duræ ac dignæ seueritas vltionis, volumus & Mandamus, vt vos vel illi quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsúmque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas Religiosas & discretas personas, in quarum præsentia per publicam si commode potest haberi personam: aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio, ad formarij seu tabellionis officium pertinent, teneri districtè præcipimus, cum per vos, seu deputatos ad hoc à vobis, requisiti fuerint, omnes & singulos veſtri Ordinis, fratres, qui dum essent in sæculo huiusmodi tabellionatus officium habuisse, & exercuisse

noſcuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotij fidei, fuit à dicta ſede commiſſum, & in poſterum committetur. Concedentes huiuſmodi fratribus, nec non & alijs Religioſis quibuſlibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſæculo dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt: quibuſcumque etiam Clericis ſæcularibus Officium ipſum habentibus, etiam ſi ijdem fratres Religioſi, & Clerici ſint in ſacris Ordinibus conſtituti, exercendi liberè Officium ipſum quo ad præmiſſa, non obſtante aliquo contrario ſtatuto canonis vel ordinis quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod ſi teſtibus, quos à vobis recipi, vel ab alio vice veſtra ſuper eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorumdem, videritis periculum imminere, ipſorum nomina non publicè, ſed ſecretè, coram aliquibus perſonis prouidis & honeſtis, Religioſis & alijs ad hoc vocatis, de quorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur & ſic non obſtante quod illis, contra quos huiuſmodi teſtes depoſuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem iudicis inſtruendam adhibeatur plena fides teſtium depoſitionibus eorũdem Vt ergo commiſſi vobis officij debitum, vtilius & liberius exequamini, committendi citationes, teſtium examinationes, cum de huiuſmodi crimine, ac ipſius circumſtantijs duxeritis inquirendum, & denuntiationes ſententiarum, quas in quoſlibet hac de cauſa tuleritis, accerſendi quoque pro vt expedierit peritos quoſlibet, vt vobis in ferendis huiuſmodi ſententijs præbeant conſilium opportunum, ac vobis aſſi-

ſtant. Conuocandi etiam Clerum & populum Ciuitatum, caſtrorum, aliorúmque locorum prout dicto negotio fidei videritis expedire. Inſuper in dicto negotio, de plano, & abſque iudiciorum. & aduocatorum ſtrepitu; ac contra illos quos in prædictis Lombardia & Marchia Ianuenſi in hæreſeos crimine commiſiſſe conſtiterit, licet ad alias partes ſe trãſferendos duxerint, procedendi. Nec non faciendi obſeruari inuiolabiliter omnes conſtitutiones Apoſtolicas, & Leges Imperiales per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ Eccleſiæ perſiſtentem Paduæ promulgatas aduerſus huiuſmodi peſtem hæreticæ pranitatis. Nec non elargiendi viginti vel quadraginta dierum Indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad veſtram conuocationem propter hoc faciendam acceſſerint, plena ſit vobis & ſingulis veſtrûm præſentium tenore facultas. Vobis autem pro huiuſmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus terræ ſanctæ, in generali concilio eſt conceſſa: ſocijs verò veſtri ordinis, & Notarijs veſtris, qui vna vobiſcum in proſecutione huiuſmodi negotij laborabunt, & omnibus qui perſonaliter vobis aſtiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defenſores eorum, vobis ex animo præſtiterint Conſilium, auxilium, vel fauorem, de Omnipotentis Dei Miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, tres annos de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxamus, ſi qui ex eis in proſecutione huiuſmodi negotij forte deceſ-

ſerint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint plenam veniam indulgemus. Compeſcendi præterea monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, prædicatores quæſtuarios à prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet, quorum intereſt tantùm charitatiua ſubſidia ſimpliciter petere, ac indulgentiam ſi quam fortè habent, exponere, liberam vobis & ſingulis veſtrum concedimus authoritate præſentium facultatem. Ceterùm ſi fortè, quod non credimus, aliqui cuiuſcunque códitionis, huic negotio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt non poſſit procedi liberè in eodem: immò niſi requiſiti illud fouerint: & iuxta officium & poſſe ſuum, ſinguli iuuerint ſtudiosè, contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defenſores ſecundùm ſanctiones Canonicas, freti eadem authoritate, intrepidè procedatis. Nos enim nihilominus ad reprimendam tam ſuperbam, & perniciosam audaciam, & omnimodè confundendam, in illos gladium, Eccleſiaſticæ poteſtatis acriter exeremus: & Reges & Principes, alióſque Chriſti fideles, ſiue pro terræ ſanctæ ſuccurſu, ſiue aliàs pro Chriſti ſeruitio Crucis Charactere inſignitos, neç non & cæteros Catholicos, pro vt expedire viderimus, inuocabimus contra eos: vt cœlum & terra aduerſùs deteſtabilem temeritatem ipſorum pariter moueantur. Denique vt circa præmiſſa, plenè vobis & ſingulis veſtrum coercionis expedita, & inuiolabilis adſit authoritas, volumus vt ea omnia viriliter exequamini, inuocato (ſi opus fuerit) Auxilio brachij ſæcularis: Con-

tradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibus cumque personis, cujuluis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel Ordinis, & præsertim Cistercienſium Prædicatorum, Minorum, seu Heremitarum: siue communitatibus, vel Vniuersitatibus Ciuitatum & locorum, specialiter, vel generaliter, sub quacunque verborum expressione, vel forma, a memorata Sede concessis, vel in posterum concedendis: etiam si dicatur in illis quòd eis per aliquas literas, totum de verbo ad verbum nequeat derogari: & illis maximè priuilegijs & indulgentijs, quibus ab ipsa Sede concessum est aliquibus, seu concedetur deinceps, quòd excommunicari, vel ipsorum terræ suponi non possint Ecclesiastico interdicto: aut quòd Prædicatorum, vel aliorum quorumlibet Ordinum fratres, ad executiones negotiorum aut ad citationes quorumlibet, siue denunciationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, authoritate Literarum Apostolicarum minimè cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus & priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à sede concessis eadem, habeatur in eisdem literis mentio specialis: cùm ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, nullum uobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi: & constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Datum Viterbij XIII. Calend. Aprilis. Pontificatus nostri anno 1.

Excommunicati vel interdicti ab Inquiſitore non poſſunt abſolui ab ordinario neque ab alio ſine mandato Summi Pontificis, præterquam in mortis articulo. probatur per textum optimum in C. paſtoralis. de offic. ordin. vbi dicit textus: Quòd cum ordinarius teneatur obſequi delegato. vnde colligitur quòd cum delegatus ſit maior ordinario, excommunicatus à tali delegato non poteſt per alium abſolui ſine mandato Summi Pontificis delegantis, præterquam in mortis articulo. Cum ergo Inquiſitor ſit delegatus Cap. per hoc de hæret. lib. 6. his verbis: Per hoc quod negotium hæreticæ prauitatis alicui vel aliquibus ab Apoſtolica ſede generaliter in aliqua prouincia, Ciuitate vel diœceſi delegatur: ſequitur quòd excommunicatus vel interdictus ab eo non poteſt abſolui ab ordinario, neque ab alio. Confirmat Gloſſ. in verb. Præterquam in mortis articulo. dict. C. paſtoralis. facit ad hoc feli. in C. excommunicamus. el. primo de hæreticis. col. 3. ibi excommunicatione notatis. hoc etiam ſpecialiter habetur in priuilegio Alexand. Quarti quod incipit: Ad capiendum vulpeculas. dat. Laterani. 7. Cal. Februar. Pontific. ſui anno 3. quod etiam citat Humbertus Locatus in opere iudiciali, verbo abſoluere num. 10. ad quod dicit & poſt eum Pegna ad 3. part. Directorij quæſt. 92. Comment. 141. quòd ſolus Inquiſitor poteſt abſoluere eos, quos ipſe excommunicauit. Vide hac de re præter citatos authores Lucernam Inquiſitorum verbo excommunicatus, & verbo Inquiſitor numero 17. Eymericum 3. parte Directorij quæſt. 92. Ioan. Rojam in ſingul. fidei

singul. 57. incipien. *Excommunicatus ab homine.*

IDEM.

ICOLAVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Auctoritate Sedis Apostolicæ deputatis, & imposterum deputandis. Salutem & Apostolicam benedictionem.

QVe aliqui dubitationem forsan sollicitam excitantes, in dubium reuocent, an processus per vos, quibus Inquisitionis officium contra respersos hæretica prauitate, infra certos limites extitit ab Apostolica sede commissum, in casibus aliquibus habiti, qui post Romani Pontificis obitum, cuius Auctoritate vobis idem est commissum officium emerserunt, & in nonnullis alijs, in quibus licet antè emersissent, viuente tamen eodem Romano Pontifice per vos, vel alios Inquisitores prædictos non fuerat aliquomodo processum, robur obtineant firmitatis, tenore præsentium, in fauorem fidei declaramus, decernimus, & etiam statuimus huiusmodi processibus, per vos, aut alios Inquisitores prædictos, taliter habitis nequaquam obstare: quod tempore Romani Pontificis, cuius Auctoritate huiusmodi

Officij erat facta commissio, non fuerint inchoati, & ne de cætero similem dubitationem moueri contingat hoc idem in similibus processibus habendis imposterum, prætextu commissionum factarum hactenus, & faciendarum à nobis, vel nostris successoribus decernimus, & statuimus obseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis, & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum, se nouerit incursurum. Datum apud Vrbem Veterem, tertio Kalend. Julij. Pontificatus nostri anno tertio.

ANNOTATIO

Q *Ne aliqui dubitationem forsan sollicitam &c.* Inquisitorum Officium morte concedentis non expirat, quocumque modo sint constituti, siue ad beneplacitum sedis Apostolicæ, siue ad beneplacitum Romani Pontificis, donec aut expressè aut nominatim fuerint reuocati: aut nisi in literis creationis contrarium caueretur, & hoc propter singularem fidei fauorem, ne incidamus in aliquem casum, in quo, aut in hæreticos non inquiratur, aut eorum punitio omittatur, seu differatur. Imò vero officium Inquisitorum extenditur ad negotia nondum cœpta, & de nouo ex orta cum mandator scilicet Romanus Pontifex moritur. Ita habetur in c. ne aliqui de hæ-

ct. lib. 6. his verbis. Ne aliqui dubitationem ſol-
icitam excitantes, in dubium reuocent, an officium
nquiſitionis hæreticæ prauitatis ſollicitudini veſtræ
ntra certos limites ab Apoſtolica Sede commiſſum,
cpiret per mortem Romani Pontificis. qui commi-
it, præſenti declaramus edicto, ipſum officium non
ſolum quo ad negotia viuente mandatore incœpta,
immo etiam quo ad integra, & non cœpta; & (quod
plus eſt) quantum ad ea, quæ tunc nequaquam e-
merſerant in fauorem fidei, poſt committentis obi-
tum perdurare.

Et ibi communiter Doctores & inter cæteros Ni-
colaus Eymericus 3. part. Directorij q. 7. & ibidem
egna Commentario 56. Nicolaus Arelatanus tract.
de hæret. notabili 4. Ioan. Rojas tract. de hæret. p.
2. num. 436. ibidem in ſingul. fidei, ſingul. 114. &
115. incipien. Iuriſdictio. de Catho. inſtit. tit. 34.
num. 14.

GREGORIVS VNDECIMVS.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venera-
bili Fratri Archiepiſcopo Biſuntinenſium. Salu-
tem & Apoſtolicam benedictionem.

Exigit iniunctum tibi paſtoralis officij debitum, vt ſi-

dem Catholicam defendere, & dilatare procures, eiusque puritatis & augmento aduersantes hæreses funditus eruilices. R *Cùm itaque in auxilium, & relevamen dicti tibi incumbentis officij, dilecti filij prauitatis hæreticæ Inquisitores sint in tuis Ciuitate & diœcesi ac Prouincia, per prouidentiam Sedis Apostolicæ deputati, fraternitatem tuam hortamur, attente mandantes, quatenus eisdem Inquisitoribus, tam præsentibus, quam futuris fauenter assistens, ipsos in auxiliis & fauoribus opportunis habeas efficaciter commendatos. Datum Auinione. 8. Kalend. Iunii. Pontificatus nostri anno sexto.*

ANNOTATIO

R *Cum itaque in auxilium &c.* Non assumuntur ab Episcopis Inquisitores, vt aliqui aliquando putauerunt, sed dantur à sede Apostolica cuius sunt specialiter delegati: non tamen Episcopi iurisdictioni præiudicat iurisdictio Inquisitoris delegata, cùm censeatur concessa cumulatiuè, non priuatiuè secundùm Abb. in cap. excommunicamus. el. primo num. 13. extra de hæreticis, & ibi etiam Marian. Soccin. num. 70. Ioan. de Anania in §. volumus. num. primo in principio, & vers. & propter hoc, & numero 2. vers. & prædictis, à numero 3. & Felyn. numero 4. post principium vers. nota ex fine & vers. exhi

ex his colligit. est textus in cap. per hoc de hæreticis in 6. vbi ad literam : Per hoc quod negotium hereticæ prauitatis alicui vel aliquibus ab Apostolica Sede sed generaliter in aliqua Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi delegatur, diœcesanis Episcopis quin & ipsi authoritate ordinaria vel delegata si habent in eodem procedere valeant, nolumus derogari, & ibi hoc annotarunt glos. in figuratione Casus in principio & in verbo derogare, vbi opponit & soluit & multi alij quos citat Farinacius de hæresi quæst. 186 §. 3. num. 58. & sicut per delegationem causæ factam Inquisitori non derogatur Iurisdictioni Episcopi, ita nec etiam derogatum censetur Iurisdictioni Inquisitoris per delegationem factam Episcopo : vide hoc bene probatum ibidem : si commissio autem esset restricta ad certa crimina, & certas personas specialiter tunc ordinariæ Episcoporum Authoritati censeretur derogatum, vt per glos. in cap. per hoc *in verbo* generaliter de hæreticis in 6. & ibi Archidiacon, ante numerum primum in principio. Geminian. num. 1. ad finem, & Franc. sub num. 3. Ancaran. in Clementin. 1. num. 9. ad finem, de hæreticis & ibi etiam Imol, num. 4. ad medium vers. glos. deputatos. Bonifac. de Vitalinis num. 12. & Card. Zabarell. in §. propter, num. 4. vers. oppono *in eo* quod. O magnam & vere admirandam summorum Romanorum Pontificum ad omnia quæ pastoralis officij sunt aduigilantium, & de Episcopis curam! perspicientes enim quod eorum humeris sit impositum onus quod est humeris Angelicis etiam formidabile quoniam non tantùm pro sua sed & pro omnium sibi subditorum animabus ab eis rationem

exiget Deus, auxiliatores ſuos delegatos Inquiſitores dederunt. Epiſcopatus enim onus ſic formidabile eſt, quod Sanctus Auguſtinus, cuius egregias laudes & encomia, Sancti & docti patres extulerunt & inter cæteros Sanctus Hieronymus ad ipſum Diuum Auguſtinum ſic ſcribit. Mihi autem decretum eſt te amare, te ſuſcipere, colere, mirari, tuaque dicta quaſi mea defendere, & alibi de ingenio Sancti Auguſtini: Hæc ſi noua voluerimus dicere à clariſſimo ingenio occupata ſunt meliora. Is autem vir Epiſcopatus onus reformidauit: audi ipſum Epiſt. 148. ad Valerianum: Vis ait mihi facta eſt meritò peccatorum meorum (nam quid aliud æſtimem neſcio) vt ſecundus locus Gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, & ſermone 52. ad Fratres in Eremo vſque adeo timebam Epiſcopatum, vt (quoniam cœperat iam aliquius eſſe momenti inter ſeruos Dei fama mea) in quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum, ne illo accederem cauerem: & hoc agebam quantum poteram, vt in loco humili ſaluarer, ne in alto periclitarer. Veni ad iſtam Ciuitatem propter videndum Amicum, quem putabam me lucrari poſſe Deo, vt nobiſcum eſſet in Monaſterio, quaſi ſecurus perueni, quia locus habebat Epiſcopum, apprehenſus, & Presbyter factus ſum, & per hunc modum ad Epiſcopatum perueni. Sanctus quoque Hieronymus, cuius etiam laudes omnes ſunt admirati, ſeorſim Sanctus Auguſtinus haud ſemel mirificè prædicauit, quem latinę, græcæ, ac hebraicæ linguæ peritia clarum ab oriente vſque occidentem inſtar lampadis reſplenduiſſe commendat, is quoque dignitates ſpreuit, & Româ relicta

desiderio pristinæ solitudinis cum teneretur, iu orientem reuersus Bethleem ad Christi Domini præsepe, in monasterio, quod à Paula Romana extructum erat, cœlestem quandam vitæ rationem instituit.

De Diui Thomæ Aquinatis doctrina quanta viri Sancti & docti, dixerint, & scripserint non est studiosus, qui ignoret, de quo etiam Ioannes 22. sic testatur: non est de eius miraculis vehementer curandũ, quippe qui tot miracula fecit, quot quæstiones determinauit. Vrbanus quoque S. Doctrinam eiusdem Sancti probauit, & Vniuersitati Tolosanæ iunxit vt dicti Beati Thomæ doctrinam, tanquam veridicam, & Catholicam sectarentur, eamque studerent totis viribus ampliare: & ille vir humeris fortissimus Archiepiscopatum Neapolitanum etiam deferente Clemente 4. Pontifice recusauit. Addam & Sanctum Antoninum qui ab Eugenio Quarto. Florentino Archiepiscopatui renuncians, ægerrimè tandem, nec nisi Apostolicis minis perterrefactus, vt Episcopatum acciperet, acquieuit, de illo enim cantat Ecclesia:

Beatus Antoninus ad præsulatum quasi ad Cruciatum raptus, doctrina & moribus gregem suum pauit

Legerat ni fallor sanctus ille, quod rectè sanxit Leo Imperator sub Annum Domini 469. L. 31. C. de Episcop. & Cleric. non pretio, sed precibus ordinetur Antistes, tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto enim indignus est sacerdotio nisi fuerit ordinatus inuitus. Sanctus Gregorius lib. 6. in lib. 1 Regum c. vltimo. rectus, ait, est ordo, vt quærantur

homines ad Episcopatum, non vt quærant homines Episcopatum. Et Diuus Bernardus serm. 2. de Aduentu. Longè grauiori & periculosiori debito tenentur adstricti, qui pro multis animabus reddituri sunt rationem. quid ego infœlix quò me vertam si tantum thesaurum, si pretiosum depositum istud quod sibi Christus sanguine proprio pretiosius iudicauit, contigerit negligentius custodire? si stillãtem in Cruce Domini sanguinem collegissem, essetque repositus penes me in vase vitreo, quod & portari sæpius oporteret, quid animi habiturus essem in discrimine tanto? & certè id seruandum accepit, pro quo mercator non insipiens (ipsa vtique sapientia) sanguinem illum dedit, sed vt habeo thesaurum istũ in vasis fictilibus, & quibus multo plura quam vitreis imminere pericula videantur, accedit sanè ad sollicitudinis cumulum, & pondus timoris, quod cũ & meam & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota: vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vtriusque custodia: & clamatur custos qui de nocte, custos qui de nocte, non est mihi dicere cum Cain nunquid custos fratris mei sum ego? sed est fateri humiliter cum propheta, quia nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Idem lib. 2. de consideratione c. 5, qui pro se rogat inquit, supple Episcopatum, iam iudicatus est. vide D. Thomam 2. 2. quæst. 185. art. 1. O igitur quam grati Episcopis pijs timoratis, & circumspectis Inquisitores esse debent, qui ipsis dantur à sanctissimis Dominis nostris Pontificibus Romanis in auxilium & subleuamen. nulla mihi certè occasio querendi, qui humanissimè fui ab Il-

lustrissimo & Reuerendissimo Principe Archipræsule exceptus cui me totum deuoueo & consecro. Et sicut in releuamen Episcoporum ipsis Apostolicæ sollicitudine dantur confratres Inquisitores, ita etiam parochis in subsidium curæ animarum dantur Religiosi mendicantes inter quos sanctione Apostolica tenent primas Prædicatores ferme in omnibus: quare hic nobis duo incidenter probanda veniunt. Primum quod mendicantes dati sint in subsidium parochis. Secundum quod inter mendicantes primi sint in omnibus propemodum Prædicatores.

Et primum quidem comprobat Conradus ille filius Ducis Bauariæ Henrici, Cardinalis Episcopus Portuensis, qui missus in Galliam & Germaniam ab Honorio Pontifice cum plena Legati à Latere potestate, Parisios veniens, cum vidisset Fratres Ordinis Prædicatorum, qui de nouo illuc aduenerant, visitauit eos. Dubium autem quid gerens de eis in corde, orauit Dominum vt sibi ad quid Ordo iste veniisset, ostendere dignaretur (erat vir Doctrina, & Sanctitate Insignis, olim Monachus, & Abbas Cisterciensis) Neque mora, oblato, & aperto libro ad quid Ordo Prædicatorum venisset, responsum est cogitationi eius, laudare, scilicet, benedicere & prædicare, qui statim effusus in laudem Christi coram omnibus dixit. Licet alterius professionis sim habitu, frater tamen vester ero quandiu in vita substam, neque vlla vnquam à vobis aduersitate diuellar. Idem inquam Cardinalis postea tempore Gregorij Noni verbum memorabile respondisse fertur cuidam in Colonia Sacerdoti. Illi enim Synodo præsidenti conquestus est quidam Sacerdos Parochialis

dicens: Ecce Fratres Ordinis Prædicatorum, qui in damnum noſtrum Coloniam intrauerunt falcem mittunt in meſſem alienam ſubditorum noſtrorum confeſſiones audiunt, & per hoc homines in fauorem ſuum attrahunt. Cui mox Conradus Legatus reſpondit. Quis eſt numerus hominum in parochia tibi ſubditorum? & ille nouen millia (inquit.) Tũc conſignans ſe cruce Legatus dicit. Quis es tu miſerrime, qui tot millibus ſolus ſufficis debitam Gubernationis curam impendere. Neſcis hominum perditiſſime, quia in illo debes tremendo iudicio ante Tribunal Chriſti de his omnibus reſpondere? Et tu ſi tales habes Vicarios querularis, qui onus tuum gratis releuent, ſub cuius pondere neſcius conquaſſaris. Quia igitur ex hac querela indignum te cura omnimodè iudicaſti, ideo priuo te omni beneficio paſtorali. Hoc facto publicauit authoritatem, qua à Sede Apoſtolica Fratres Ordinis Prædicatorum ſpecialibus priuilegijs prædicare populis, & confeſſiones audire, per ſummos Pontifices D. Innocentium Tertium, Honorium Tertium, & D. Gregorium Nonum commiſſum, & iniunctum.

Secundum de præcedentia Prædicatorum habetur in Bulla Pij Quinti incipiẽ. Diuina diſponente quæ licet fuerit mutata à Gregorio 13. fuit tamen ampliata à Clemente Octauo in Bulla inter cætera.

IDEM.

GREGORIVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Bisuntinensium, eiusq; Suffraganeis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum ex debito pastoralis Officij vestris humeris incumbentis teneamini vos in negotijs Catholicæ fidei promptos, & fauorabiles exhibere: Fraternitatem vestram hortamur, attentè mandantes, quatenus dilectis filiis in vestris Ciuitatibus, & diœcesibus, ac Prouincia Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, qui sunt, & erunt pro tempore, eorumque Vicariis, & Ministris, in ijs, quæ prauitatis extirpationem & fidei prædictæ augmentum concernunt, prompte assistatis efficacibus auxiliis, & consiliis, ac fauoribus opportunis. S Cum ipsisque Inquisitoribus, in huiusmodi extirpatione charitatiue conueniatis, & etiam procedatis, sicque in hac parte sollicitè, ac efficaciter agatis, quod vos patenter ostendatis dictæ fidei zelatores, & exinde præter

diuinum premium, humanam laudem ac noſtram & Apoſtolicæ Sedis vberiorem gratiam mereamini obtinere. Datum Auinione, Kalend. Maij, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

ANNOTATIO

§ *Cum ipſiſque Inquiſitoribus, &c.* In crimine hæreſis procedunt Epiſcopus & Inquiſitor, tamquam competentes iudices & nulli alij: quorum primus habet ordinariam poteſtatem in non exemptos ſuæ diœceſis, & delegatam iuriſdictionem à Papa contra exemptos in ſua diœceſi exiſtentes; poſtremus verò nempe Inquiſitor, habet iuriſdictionem delegatam in tota Prouincia ſibi decreta: ſicut probatur ext. de hæret. c. per hoc & c. vt officium. l. 6. c. ad abolendam in fin. Et iſti duo Iudices poſſunt ſimul ambo, & etiam diuiſim & ſeparatim procedere contra hæreticos, vt probatur dicto c. per hoc his verbis. Concedimus quod per Epiſcopos & per Inquiſitores de facto eodem inquiri valeat communiter vel diuiſim. Et ibi hoc confirmant Doctores, gloſ. in figuratione caſus verſ. Sed ponemus Ioann. Monach. num. 1, verſ. Secundum, & num. 4. in verbo, de eodem facto. Archidiacon. num. 1. ante

finem verſ. Vtrum diuiſim. Geminian. in ſumma-rio verſ. Et ſuper eodem facto. & in §. verùm numero primo in 1. notab Franch. in ſummario numero primo in 2. notab. Bonifac. de Vitalinis in Clem. 1. ante num. 1. verſ. contra ſuſpectos, eod. tit. de hæret. Et ibi Zabarella, in §. propter. num. 5. in 2. oppoſitione Conſtitutio Vrbani quarti. Licet ex omnibus relata ſupra Calderin. tract. de hæret. rubr. de proceſsibus Inquiſitorum ante num. 1, Summa Roſella verbo Hæreticus num, 40. Ioannes Rojas in ſing. 44. num. 2. Vmbertus Locatus in iudicialib. Inquiſitor verbo, Epiſcopus num. 1. Simanc. Catholic. inſtitut. tit. 25. rubr. de Epiſcopis num. 4. & 5. Zanchinus tract. de hæret. cap. 8. num. 4. & ibi Campeg. in additionib. litera E. & F. Gondiſſal. tract. de hæret, num. 7. Clarus in pract. Criminal. in §. hæreſi nu. 5. verſ. ſed ſi quis. Nicolaus Eymericus parte tertia directorij num. 46. & ſeq. & *ibidem* Pegna comment. 96. & ſeq. Repertor. Inquiſit. verbo Inquiſitor. §. in quibus poſſit. Albertinus tract. de agnoſ. aſſertio. q. 23, num. 62. Bernar. Comenſis in lucerna, verbo, Inquiſitor. §. 13. & verbo, capere §. penult. & Farinac. tract. de hæreſi. q. 186. §. 3. Ex quorum communi doctrina ſic diſtinguendum eſt, quòd vterque diuiſim poteſt citare deatos re & verbo, ſcilicet, vocare in ius, capere, areſtare, incarcerare ad cuſtodiam etiam in duro carere, non autem ad pœnam, ſcilicet in manicis ferreis & in compedibus ponere, formare Inquiſitionem, facere proceſſum, recipere probationes, ſententiam abſolutoriam ferre. Text. eſt in Clem. 1. §. ropter de hæret. his verbis.

dem Catholicam defendere, & dilatare procures, eiusque puritatis & augmento aduersantes hæreses funditus eradices. R *Cùm itaque in auxilium, & relevamen dicti tibi incumbentis officij, dilecti filij prauitatis hæretica Inquisitores sint in tuis Ciuitate & diœcesi ac Prouincia, per prouidentiam Sedis Apostolicæ deputati, fraternitatem tuam hortamur, attente mandantes, quatenus eisdem Inquisitoribus, tam præsentibus, quam futuris fideliter assistens, ipsos in auxiliis & fauoribus opportunis habeas efficaciter commendatos. Datum Auinione. 8. Kalend. Iunii. Pontificatus nostri anno sexto.*

ANNOTATIO

R *Cum itaque in auxilium &c.* Non assumuntur ab Episcopis Inquisitores, vt aliqui aliquando putauerunt, sed dantur à sede Apostolica cuius sunt specialiter delegati: non tamen Episcopi iurisdictioni præiudicat iurisdictio Inquisitoris delegata, cùm censeatur concessa cumulatiuè, non priuatiuè secundùm Abb. in cap. excommunicamus. el. primo num. 13. extra de hæreticis, & ibi etiam Marian. Soccin. num. 70. Ioan. de Anania in §. volumus. num. primo in principio, & vers. & propter hoc, & numero 2. vers. & prædictis, à numero 3. & Felyn. numero 4. post principium vers. nota ex fine & vers. ex his

ex his colligit. est textus in cap. per hoc de hæreticis in 6. vbi ad literam : Per hoc quod negotium hereticæ prauitatis alicui vel aliquibus ab Apostolica Sede sed generaliter in aliqua Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi delegatur, diœcesanis Episcopis quin & ipsi authoritate ordinaria vel delegata si habent in eodem procedere valeant, nolumus derogari, & ibi hoc annotarunt glos. in figuratione Casus in principio & in verbo derogare, vbi opponit & soluit & multi alij quos citat Farinacius de hæresi quæst. 186 §. 3. num. 58. & sicut per delegationem causæ factam Inquisitori non derogatur Iurisdictioni Episcopi, ita nec etiam derogatum censetur Iurisdictioni Inquisitoris per delegationem factam Episcopo : vide hoc bene probatum ibidem : si commissio autem esset restricta ad certa crimina, & certas personas specialiter tunc ordinariæ Episcoporum Authoritati censeretur derogatum, vt per glos. in cap. per hoc in verbo generaliter de hæreticis in 6. & ibi Archidiacon. ante numerum primum in principio. Geminian. num. 1. ad finem, & Franc. sub num. 3. Ancaran. in Clementin. 1. num. 9. ad finem, de hæreticis & ibi etiam Imol, num. 4. ad medium vers. glos. deputatos. Bonifac. de Vitalinis num. 12. & Card. Zabarell. in §. propter, num. 4. vers. oppono in eo quod. O magnam & vere admirandam summorum Romanorum Pontificum ad omnia quæ pastoralis officij sunt aduigilantium, & de Episcopis curam ! perspicientes enim quod eorum humeris sit impositum onus quod est humeris Angelicis etiam formidabile quoniam non tantùm pro sua sed & pro omnium sibi subditorum animabus ab eis rationem

exiget Deus, auxiliatores ſuos delegatos Inquiſitores dederunt. Epiſcopatus enim onus ſic formidabile eſt, quod Sanctus Auguſtinus, cuius egregias laudes & encomia, Sancti & docti patres extulerunt & inter cæteros Sanctus Hieronymus ad ipſum Diuum Auguſtinum ſic ſcribit. Mihi autem decretum eſt te amare, te ſuſcipere, colere, mirari, tuaque dicta quaſi mea defendere, & alibi de ingenio Sancti Auguſtini: Hæc ſi noua voluerimus dicere à clariſſimo ingenio occupata ſunt meliora. Is autem vir Epiſcopatus onus reformidauit: audi ipſum Epiſt. 148. ad Valerianum: Vis ait mihi facta eſt meritò peccatorum meorum (nam quid aliud æſtimem neſcio) vt ſecundus locus Gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, & ſermone 52. ad Fratres in Eremo vſque adeo timebam Epiſcopatum, vt (quoniam cœperat iam alicuius eſſe momenti inter ſeruos Dei fama mea) in quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum, ne illo accederem cauerem: & hoc agebam quantum poteram, vt in loco humili ſaluarer, ne in alto periclitarer. Veni ad iſtam Ciuitatem propter videndum Amicum, quem putabam me lucrari poſſe Deo, vt nobiſcum eſſet in Monaſterio, quaſi ſecurus perueni, quia locus habebat Epiſcopum, apprehenſus, & Presbyter factus ſum, & per hunc modum ad Epiſcopatum perueni. Sanctus quoque Hieronymus, cuius etiam laudes omnes ſunt admirati, ſeorſim Sanctus Auguſtinus haud ſemel mirificè prædicauit, quem latinę, græcæ, ac hebraicæ linguæ peritia clarum ab oriente vſque occidentem inſtar lampadis reſplenduiſſe commendat, is quoque dignitates ſpreuit, & Româ relicta

desiderio pristinæ solitudinis cum teneretur, in orientem reuersus Bethleem ad Christi Domini præsepe, in monasterio, quod à Paula Romana extructum erat, cœlestem quandam vitæ rationem instituit.

De Diui Thomæ Aquinatis doctrina quanta viri Sancti & docti, dixerint, & scripserint non est studiosus, qui ignoret, de quo etiam Ioannes 22. sic testatur: non est de eius miraculis vehementer curandū, quippe qui tot miracula fecit, quot quæstiones determinauit. Vrbanus quoque S. Doctrinam eiusdem Sancti probauit, & Vniuersitati Tolosanæ iniunxit vt dicti Beati Thomæ doctrinam, tanquam veridicam, & Catholicam sectarentur, eamque studerent totis viribus ampliare: & ille vir humeris fortissimus Archiepiscopatum Neapolitanum etiam deferente Clemente 4. Pontifice recusauit. Addam & Sanctum Antoninum qui ab Eugenio Quarto. Florentino Archiepiscopatui renuncians, ægerrimè tandem, nec nisi Apostolicis minis perterrefactus, vt Episcopatum acciperet, acquieuit, de illo enim cantat Ecclesia:

Beatus Antoninus ad præsulatum quasi ad Cruciatum raptus, doctrina & moribus gregem suum pauit

Legerat ni fallor sanctus ille, quod rectè sanxit Leo Imperator sub Annum Domini 469. L. 31. C. de Episcop. & Cleric. non pretio, sed precibus ordinetur Antistes, tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto enim indignus est sacerdotio nisi fuerit ordinatus inuitus. Sanctus Gregorius lib. 6. in lib. 1 Regum c. vltimo. rectus, ait, est ordo, vt quærantur

homines ad Episcopatum, non vt quærant homines Episcopatum. Et Diuus Bernardus serm. 2. de Aduentu. Longè grauiori & periculosiori debito tenentur adstricti, qui pro multis animabus reddituri sunt rationem. quid ego infœlix quò me vertam si tantum thesaurum, si pretiosum depositum istud quod sibi Christus sanguine proprio pretiosius iudicauit, contigerit negligentius custodire? si stillãtem in Cruce Domini sanguinem collegissem, essetque repositus penes me in vase vitreo, quod & portari sæpius oporteret, quid animi habiturus essem in discrimine tanto? & certè id seruandum accepit, pro quo mercator non insipiens (ipsa vtique sapientia) sanguinem illum dedit, sed vt habeo thesaurum istũ in vasis fictilibus, & quibus multo plura quam vitreis imminere pericula videantur, accedit sanè ad sollicitudinis cumulum, & pondus timoris, quod cũ & meam & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota: vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vtriusque custodia: & clamatur custos qui de nocte, custos qui de nocte, non est mihi dicere cum Cain nunquid custos fratris mei sum ego? sed est fateri humiliter cum propheta, quia nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Idem lib. 2. de consideratione c. 5, qui pro se rogat inquit, supple Episcopatum, iam iudicatus est. vide D. Thomam 2. 2. quæst. 185. art. 1. O igitur quam grati Episcopis pijs timoratis, & circumspectis Inquisitores esse debent, qui ipsis dantur à sanctissimis Dominis nostris Pontificibus Romanis in auxilium & subleuamen. nulla mihi certè occasio querendi, qui humanissimè fui ab Il-

lustrissimo & Reuerendissimo Principe Archipræsule exceptus cui me totum deuoueo & consecro. Et sicut in releuamen Episcoporum ipsis Apostolica sollicitudine dantur confratres Inquisitores, ita etiam parochis in subsidium curæ animarum dantur Religiosi mendicantes inter quos sanctione Apostolica tenent primas Prædicatores ferme in omnibus: quare hic nobis duo incidenter probanda veniunt. Primum quod mendicantes dati sint in subsidium parochis. Secundum quod inter mendicantes primi sint in omnibus propemodum Prædicatores.

Et primum quidem comprobat Conradus ille filius Ducis Bauariæ Henrici, Cardinalis Episcopus Portuensis, qui missus in Galliam & Germaniam ab Honorio Pontifice cum plena Legati à Latere potestate, Parisios veniens, cum vidisset Fratres Ordinis Prædicatorum, qui de nouo illuc aduenerant, visitauit eos. Dubium autem quid gerens de eis in corde, orauit Dominum vt sibi ad quid Ordo iste venisset, ostendere dignaretur (erat vir Doctrina, & Sanctitate Insignis, olim Monachus, & Abbas Cisterciensis) Neque mora, oblato, & aperto libro ad quid Ordo Prædicatorum venisset, responsum est cogitationi eius, laudare, scilicet, benedicere & prædicare, qui statim effusus in laudem Christi coram omnibus dixit. Licet alterius professionis sim habitu, frater tamen vester ero quandiu in vita substam, neque vlla vnquam à vobis aduersitate diuellar. Idem Inquam Cardinalis postea tempore Gregorij Noni verbum memorabile respondisse fertur quidam in Colonia Sacerdoti. Illi enim Synodo præsidenti conquestus est quidam Sacerdos Parochialis

dicens: Ecce Fratres Ordinis Prædicatorum, qui in damnum noſtrum Coloniam intrauerunt falcem mittunt in meſſem alienam ſubditorum noſtrorum confeſſiones audiunt, & per hoc homines in fauorem ſuum attrahunt. Cui mox Conradus Legatus reſpondit. Quis eſt numerus hominum in parochia tibi ſubditorum? & ille nouen millia (inquit.) Tũc conſignans ſe cruce Legatus dicit. Quis es tu miſerrime, qui tot millibus ſolus ſufficis debitam Gubernationis curam impendere. Neſcis hominum perditiſſime, quia in illo debes tremendo iudicio ante Tribunal Chriſti de his omnibus reſpondere? Et tu ſi tales habes Vicarios querularis, qui onus tuum gratis releuent, ſub cuius pondere neſcius conquaſſaris. Quia igitur ex hac querela indignum te cura omnimodè iudicaſti, ideo priuo te omni beneficio paſtorali. Hoc facto publicauit authoritatem, qua à Sede Apoſtolica Fratres Ordinis Prædicatorum ſpecialibus priuilegijs prædicare populis, & confeſſiones audire, per ſummos Pontifices D. Innocentium Tertium, Honorium Tertium, & D. Gregorium Nonum commiſſum, & iniunctum.

Secundum de præcedentia Prædicatorum habetur in Bulla Pij Quinti incipiẽ. Diuina diſponente quæ licet fuerit mutata à Gregorio 13. fuit tamen ampliata à Clemente Octauo in Bulla inter cætera.

IDEM.

GREGORIVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Bisuntinensium, eiusq; Suffraganeis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum ex debito pastoralis Officij vestris humeris incumbentis teneamini vos in negotijs Catholicæ fidei promptos, & fauorabiles exhibere: Fraternitatem vestram hortamur, attentè mandantes, quatenus dilectis filiis in vestris Ciuitatibus, & diœcesibus, ac Prouincia Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, qui sunt, & erunt pro tempore, eorumque Vicariis, & Ministris, in ijs, quæ prauitatis extirpationem & fidei prædictæ augmentum concernunt, prompte assistentijs efficacibus auxiliis, & consiliis, ac fauoribus opportunis. S Cum ipsisque Inquisitoribus, in huiusmodi extirpatione charitatiue conueniatis, & etiam procedatis, sicque in hac parte sollicitè, ac efficaciter agatis, quod vos patenter ostendatis dictæ fidei zelatores, & exinde præter

finem vers. Vtrum diuisim. Geminian. in summario vers. Et super eodem facto. & in §. verùm numero primo in 1. notab Franch. in summario numero primo in 2. notab. Bonifac. de Vitalinis in Clem. 1. ante num. 1. vers. contra suspectos, eod. tit. de hæret. Et ibi Zabarella, in §. propter. num. 5. in 2. oppositione Constitutio Vrbani quatti. Licet ex omnibus relata supra Calderin. tract. de hæret. rubr. de processibus Inquisitorum ante num. 1, Summa Rosella verbo Hæreticus num, 40. Ioannes Rojas in sing. 44. num. 2. Vmbertus Locatus in iudicialib. Inquisitor verbo, Episcopus num. 1. Simanc. Catholic. institut. tit. 25. rubr. de Episcopis num. 4. & 5. Zanchinus tract. de hæret. cap. 8. num. 4. & ibi Campeg. in additionib. litera E. & F. Gondissal. tract. de hæret, num. 7. Clarus in pract. Criminal. in §. hæresi nu. 5. vers. sed si quis. Nicolaus Eymericus parte tertia directorij num. 46. & seq. & ibidem Pegna comment. 96. & seq. Repertor. Inquisit. verbo Inquisitor, §. in quibus possit. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 23, num. 62. Bernar. Comensis in lucerna, verbo, Inquisitor. §. 13. & verbo, capere §. penult. & Farinac. tract. de hæresi. q. 186. §. 3. Ex quorum communi doctrina sic distinguendum est, quòd vterque diuisim potest citare delatos re & verbo, scilicet, vocare in ius, capere, arrestare, incarcerare ad custodiam etiam in duro carcere, non autem ad pœnam, scilicet in manicis ferreis & in compedibus ponere, formare Inquisitionem, facere processum, recipere probationes, sententiam absolutoriam ferre. Text. est in Clem. 1. §. propter de hæret. his verbis,

Propter quod ad Dei gloriam & augmentum eiusdem fidei: vt negotium Inquisitionis huiusmodi eo prosperetur felicius: quo deinceps eiusdem laboris indago solemnius diligentius & cautius peragetur: ipsam tam per diœcesanos Episcopos quam per Inquisitores à Sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore: ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri. Sic quod quilibet de prædictis sine alio citare possit & arrestare: siue capere ac tutæ custodiæ mancipare: ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis si eis visum fuerit faciendum: super quo ipsius conscientiam oneramus: nec non inquirere contra illos de quibus pro huiusmodi negotijs secundum Deum & Iustitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam quam ad custodiam videatur; vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo Diœcesano, aut eius Officiali, vel Episcopali Sede vacante Capituli super hoc delegato, si sui ad inuicem copiam habere valeant infra octo dierũ spatium postquam se inuicem requisierint, non valebit. Et si secus præsumptum fuerit nullum sit & irritum ipso iure. Verum si Episcopus vel eius Capituli sede vacante delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorundem propter præmissa nequeat aut nolit personaliter conuenire possit Episcopus vel eius seu Capituli sede vacante delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo vel eius delegato seu Sede vacante illi qui ad hoc per Capitulum fuerit deputatus super illis committere vices suas, vel

suum significare per litteras Consilium & consensum.

Et ibi citati Doctores idem docent. Imò nec vnus sine altero potest loco torturæ ad habendum veritatem, ieiunium iniungere, nec valeret confessio aliter in tortura exorta, vel etiam ratificata, sed ipso iure esset nulla: nec possunt diuisim pœnas hæreticis commutare, nec priuare aliquem in causa hæresis beneficijs aut dignitatibus, nec cogere de hæresi suspectum ad abiurandum quæ omnia diffusius vide apud Farinacium explicata cit. a num. 67. ad 79. inclusiuè. Nota autem ex Campegio cit. lit. d. quòd in negotio torturæ alter alterum expectare tenetur per octo dierum spatium statim incipientium post factam requisitionem, & sufficit eam semel facere vel per nuntium, vel per epistolam: Quod si infra dictum, terminum alter alterius copiam, vel per literas consensum aut consilium, habere non potuit; solus ille procedat qui requisiuit & expectauit, tunc enim in eo vniuersa Iudicij potestas consolidatur: quòd si alter est in partibus remotis à loco vbi proceditur, ratione incommoditatis id permititur, quod alias non permittetur, quis verò locus dicatur remotus iudici arbitrarium est decernere ex Zabarell. in Clem. 1. Si autem nec Episcopi, nec eius Vicarij copia haberi, potest capitulum requirendum non est, sede non vacante. Si verò conueniunt ambo quo ad locum sed discrepant, quia vnus vult Inquisitum torqueri alter verò non vult, dicit Zabarell. quod si id ex iuris ignorantia procedit, peritos consulant, si vero ex diuersitate processuum ab eis sejunctim contra eundem formatorum, contingit;

mittatur. Quod si diuisim procedant Episcopus & Inquisitor eodem tempore, & in eodem crimine, ita vt fiant duo processus, illos tenentur sibi inuicem communicare text. est in cap. per hoc §. verum. lib. 6. de hæret. his verbis: Et si diuisim procedat. Hæc autem communicatio processuum semel tantum est facienda & quidem ordinariè debet fieri in fine causæ, quando nihil aliud supereſt agendum, quam sententiam proferre: text. est inter Extrauagan. Cõmu. ex eo. de hæret. his verbis. Consultationi vestræ breuiter respondemus: quod quando vtrique procedunt (scilicet Inquisitores & Episcopi) seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nihil restat agendum nisi quod solùm sententia promulgetur, communicare processus, & postea. Vnum sanè casum excipimus, si alter commode non possit procedere nisi alterius actis visis. Ex hac enim causa semel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. Ex quibus rectè inferunt Doctores quod si aliquando contingat dubitare de torquendo reum, quod debet etiam fieri hæc communicatio ante torturam, siue diuisim procedatur, siue coniunctim, debent enim necessario ab eis videri processus, quorum sententiâ, tormentis reus subjiciendus est, hæc verò communicatio processuum nõ debet fieri in tortura testium facta ad extorquendam veritatem. Et hæc de hæresi in genere, at quantum ad sectas superstitiosorum, incantatorum & maleficarum solus Inquisitor, sicut etiam solus Episcopus potest diuisim processus incipere, continuare & definitiuè complere, nec in hoc casu habent locum ea quæ requiruntur in alijs hæreticorum sectis si loqua-

mur de rigore iuris vt in cap. præcitato. Per
hæret. lib. 6. cit. extrauag. Ex eo. de hæret.
men. 1. de hæret. Tutius tamen ac decentius
marem esse cum Pegna ad tract. de Strigibus I
di Comensis, vt Inquisitores perinde in causis
arum, ac in causis hæreticorum procedant,
cessus conficiant requisitis diœcesanis secund
ris dispositionem præcitat. nunquam autem
posuit vt communicet processum Inquisitor i
ri Episcopo, nec possit ad Torturam sine com
catione cum illo inferiore procedere, cum
Inquisitor ex Canonibus ad hęc tenetur cu
copo, & Episcopus vicissim cum Inquisitore
nullo verò inferiore teneantur huiusmodi cu
sint circa id rei pares. Nihilominus tamen si
lint procedere, id quidem facere possunt, &
soli procedentes fecerint ac decreuerint, siue
demnando siue absoluendo, id validum erit
constat ex constitutione Alexandri 6. cuius h
verba.

Dilecto filio Angelo de *Verona, Ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ professori in prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis Inquisitori, & successoribus suis, dilecte fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Cum acceperimus in Prouincia Lombardiæ diuersas vtriusque sexus personas, diuersis incantationibus, & diabolicis superstitionibus operam dare: suisque veneficijs & vanis obseruationibus multa nefanda scelera procurare: homines, & iumenta, ac campos destruere, & diuersos errores inducere, magnaq; inde scandala exoriri: decreuimus pro pastoralis officij nobis ex alto commissi Ministerio, scelera huiusmodi compescere: ac scandalis & erroribus præmissis, quantum cum Deo possumus, occurrere. Ea propter tam tibi, quàm etiam successoribus tuis, per Lombardiam constitutis, de quibus in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus & Mandamus, vt etiam soli, honesto tamen comitatu per vos eligendo associati, contra eiusdem vtriusque sexus personas diligenter inquiratis: eosque iustitia mediante puniatis, &

compescatis. Et vt melius commissionem huiusmo
qui possitis, contra illas vobis plenam & omnimo
rum serie concedimus facultatem. Constitutionibus
dinationibus Apostolicis, nec non indultis & conc
bus, ordinarijs forsan pro tempore factis, caterisq
trariis quibuscumque non obstantibus. Datum
apud *Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, d*

Notandum tamen in primis, quod procede
crimine hæresis Episcopus seruare debeat n
quem seruant Inquisitores text. est in cap. per
fin, de hæret. in 6. his verbis Siue autem ordi
siue delegata Episcopi potestate procedant, il
procedendo modum obseruent, quem Inqui
possunt, & debent per iura communia, vel pe
ciales concessiones, seu ordinationes Sedis A
licæ, obseruare, & citati Doctores idem pr
Quid iam ergo Inquisitoribus tot oblatrat
tijs, & in suis processibus eos ignorātiæ argui
ista procuratorum actuariorum, Theologię
num, legum & ipsius latinitatis vsque adeo
vt ne verba quidem capiat latina? plebs hæ
practicam diuturna scriptitatione in officini
barum vix tandem aliquando didicit, & iam
stylo sanctæ Inquisitionis ferre censuram, n
recipere, quem tenetur & ipse Episcopus obs

Idem

IDEM.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Vniuersis & singulis Vicarijs, aliisq; Officialibus venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscopi Bisuntinensium eiusque Suffraganeorum in spiritualibus, & temporalibus deputatis, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Potestis non immerito humanæ laudis præconium, diuinæq; retributionis præmium expectare, nec non Apostolicæ sedis, & nostram beneuolentiam promereri, si in fauorem Ca-

tholicæ fidei promptos, & fauorabiles vos reddatis. T *Deuotionem vestram igitur hortamur, attentè, mandantes, quatenus dilectis Filijs in Ciuitate, & diœcesi, ac prouincia Bisuntinensium Inquisitoribus hæreticæ prauitatis præsentibus, & futuris, in ijs quæ prauitatis extirpationem. & fidei prædictæ augmentum concernunt, promptè assistatis auxilijs, consilijs, & fauoribus opportunis. Datum Auinione, Kal. Maij, Pontificatus nostri anno sexto.*

ANNOTATIO

T *Deuotionem vestram igitur hortamur &c.* Quod hic hortatur & mandat Pontifex, præcepit Alexander Quartus: ita vt omnes Prælati Ecclesiarum, Capitula, Conuentus, Clerici Religiosi & sæculares, tam exempti quam non exempti cæteræque personæ Ecclesiasticæ requisitę per Inquisitores, te-

neantur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, statim ipsis Inquisitoribus, & socijs eorum liberaliter prouidere de securo conducto de loco ad locum, oportuni fauoris præsidio assistere, & exhibere per se, per consanguineos, subditos & deuotos suos, Consilium & auxilium contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & terras ipsorum quoties per Inquisitores fuerint requisiti, cuius Pontificis ad hoc sunt tres extrauagantes.

Exortis in agro fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizanijs, seminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico: fœlicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, constitutiones quasdam ad pestis extirpationem prædictæ nosciturediditse, quas in suis litteris annotatas mãdauit à dilectis filijs potestatibus, seu rectoribus consilijs, & communitatibus ciuitatum aliorumque locorũ, per Lombardiam, Romaniolam, & Marchiam Tervisij constitutis, tanquam fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruari. Porrò inter constitutiones huiusmodi, tria contineri noscuntur, à potestatibus, seu re-

ctoribus ciuitatum & locorum, sub debito iuramenti i
certos terminos obseruanda. Primum videlicet, q
potestas, seu rector infra tertium diem post introitu
regiminis, duodecim viros probos & Catholicos, duos
tarios & duos seruitores, vel quotquot fuerint necess
instituat, quos ad negotium fidei contra hæreticos, eor
fautores, diœcesanus, si præsens fuerit, & interesse vo
rit, & duo fratres Prædicatores, & duo minores ad
â suis Prioribus & Ministris, si conuentus ibi fuerin
rumdem ordinum deputati, duxerint eligendos. Secun
quod idem potestas, seu rector in destructione domorum
demnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occ
tis consignandis & diuidendis, infra decem dies poste
accusatio seu denuntiatio super hæresi, vel hæreticorum
uore facta fuerit, exequatur omnia cum effectu. Ter
uero, quod prædictus potestas seu rector, infra decem
sui regiminis sindicet precedentem proximo potestate
rectorem, & eius etiam assessores per tres viros Cath
& fideles, electos ad hoc per diœcesanum, si præsens
terit, & per Fratres Prædicatores & Minores, de
bus his, quæ in statutis seu constitutionibus, & legibu
tra hæreticos, & eorum complices continentur, & eos
niat de omnibus & singulis quæ omiserunt & co
lat restituere de propria facultate. Cum igitur, sicut
pimus, supra dicta tria, infra præmissos terminos p
ipsorum terminorum nimiam breuitatem, nequeant a
statibus, vel rectoribus de facili adimpleri, propter
ijdem potestates seu rectores, in animarum suarum
culum periurij retiaculo sæpius inuoluuntur: nos d
stræ fidei puritate, ac circunspectionis industria, p
in Domino fiduciam obtinentes, prorogandi eisdem
statibus & rectoribus terminos supradictos, vsque a

cem dies, prout expedire vel necesse fore videritis ad præmissa efficaciter exercenda, ita quod per prorogationem huiusmodi nec periurij reatum, nec notam incurrant, plenam vobis & singulis vestrum, vbi conuenire ad hoc commode nequiueritis, concedimus authoritate præsentium facultatem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. Laterani. 11. Idus Martij. Pontificatus nostri anno 2.

AD extirpandam de partibus vestris hæreticam prauitatem totis effectibus intendentes, Inquisitionem faciendam in illis partibus contra resp rsos huiusmodi prauitate dilecto filio fratri Andreæ de ordine Minorum duximus committendam. Vt igitur idem frater vestro fultus præsidio, in commisso sibi negotio Inquisitionis Deo propitio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attentè sub pœna excommunicationis, ac mille Marcabrum argenti, per Apostolicas vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus nos vniuersi & singuli, dicto Fratri Andreæ & socijs eius de securo conductu quotiescunque vos super hoc duxerint requi-

rendos, liberaliter ac sine dilatione, de loco ad locum
uidere curetis : Preces nostras & præceptum taliter in
turi, vt pateat per effectum operis, quod sitis Ortho
fidei zelatores. Nosque deuotionem vestram pos
exinde meritò commendare. Datum Anagniæ, I
Martij. Pontificatus nostri anno sexto.

DVm ad studium solicitu
& diligentiæ, quod dil
filius Frater Andreas de
dine Minorum Inquisito
reticæ prauitatis, in adm
stratione Beati Francisc
negotio fidei, cuius execu
nem in terris eiusdem adm
strationis sibi commissi
adhibuisse dignoscitur, aciem mentis nostræ conuerti
dum salutis fructum, quem eiusdem religio fidei, ex
laboribus reportauit solicita meditatione pensamus,
non possumus, quin ipsum vt pote virum in talibus ia
perimento probatum, in similium commissione grauc
firma credulitate tenentes, quod ea quæ sibi committ
prosperè ac salubriter sua circumspectionis industria
gantur. De sua igitur prouidentia, & maturitate
nentes certitudinem pleniorem, huiusmodi fidei nego
sibi, & quibusdam alijs Fratribus sui Ordinis, in R
na Prouincia, in qua vtique Vrbs patrimonium
Petri in Tuscia, Sabinia, Ciuitas & diœceses. Re

Romania, Marsia, Campania, & maritima includi noscuntur, confidenter & plenariè duximus commiitendum. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta sub debito fidelitatis, quo Ecclesiæ Romanæ tenemini, & excommunicationis pœna districtè præcipiendo mandamus in remissionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem Fratri A. eiusque collegis opportuni fauoris præsidio assistentes, omne quodcunque potestis, studeatis eis consilium, & auxilium exibere exercitum contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & receptatores eorum & specialiter contra Capellum de Chia vxorem & filios, ac terras ipsorum, quotiens à dilecto filio Magistro Raynerio de Viterbio Capellano nostro, rectore Patrimonij Beati Petri in Thuscia, cui super hoc efficaciter scribimus, vel ab eodem fratre Andrea eiusue collegis requisiti super hoc fueritis, congregando & ad depopulationem, & exterminium terrarum huiusmodi, hostiliter procedendo, ita quod ex hoc euidenter appareat, quod estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde præmium à Deo mereamini, dictæq; Sedis gratiam & fauorem nobis uberius acquiratis. Dat. Anagniæ, 11. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno sexto.

Bu. de Cur.

signos. V *Nobilitatem itaque vestrã rogamus, & hortamur attentè: Quatenus dilectis filijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in vestris partibus deputatis præsentibus, & futuris, in ijs quæ prauitatis extirpationem, & fidei prædictæ augmentum concernunt, promptè assistatis. consilijs, & fauoribus opportunis. Datum* Auinione Kal. *Maij* Pontificatus *nostri anno sexto.*

ANNOTATIO

V *Nobilitatem itaque vestram rogamus &c.* Hortatur in hac nostra bulla Gregorius Pontifex, vt Inquisitori assistant promptè Nobiles & Magistratus Potestatesque sæculares. Verùm huic hortationi accessit mandatum sub pœna excommunicationis factum ab Alexandro Quarto quod etiam dirigit ad Ecclesiasticas personas in virtute obedientiæ, & incipit: Dum ad studium. cuius hoc est fragmentum cum in cæteris sit fermè eiusdem tenoris cum relata

iam ſupra bulla Dum ad ſtudium. Ideoque Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta ſub debito fidelitatis, quo Eccleſiæ Romanæ tenemini, & excommunicationis pœna diſtrictè præcipiendo mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem Fratri (ſcilicet Inquiſitori) eiuſque collegis opportuni fauoris præſidio aſſiſtentes, omne quodcunque poteſtis, ſtudeatis eis conſilium, & auxilium exhibere &c. Et tales ſententias excommuninationis latas ab Inquiſitoribus contra quoſlibet Magiſtratus ſæculares (niſi moniti & requiſiti pareant, auxilium, conſilium & fauorem preſtantes) habebit ratas ſummus Pontifex ſicut conſtat ex hoc diplomate Innocentij Quarti.

EX commiſſi nobis Apoſtolatus tenemur officio ſuper gregem Dominicum vigilare ſolicitè ac prudenter, vt peſtis hęreticæ prauitatis, quæ dum ſerpit vt cancer in vniuerſali Dei Eccleſia, quam plures corrumpit fidelium, & plurimos mortaliter ſauciat, exactæ diligentię, ſtudio, ab ipſis eminus propellatur: ac tanto propenſius intendatut ad tam peſtiferi morbi curam per nos & alios, qui ſunt animalia oculata, & lucernæ ardentes ſuper eiuſdem candelabrum, quanto grauior ex contagio ipſius morbi &

peſtilentior animarum ſequitur corruptela. Cum igitur Fratres Ordinis Prædicatorum, Inquiſitores generaliter in partibus Lombardiæ, Marchiæ, Tarui ſiæ, & Romaniolæ duxerimus ſuper huiuſmodi negotio deputandos: vt ipſorum prudentia deprehendat huiuſmodi peſtis contagione infectos; qui ſiquidem latentes in eiſdem partibus demoliuntur quotidie vineam Domini, tanquam vulpeculæ caudas habentes colligatas in vnum, ſed diuerſas ad magis nocendum facies prætendentes: Vniuerſitatem veſtram rogandam, hortandam duximus & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus ad reuerentiam Apoſtolicæ Sedis, & noſtram eiſdem Fratribus in ipſius proſecutione negotij, cuius quidem ſalutaris effectus, profectus eſt Catholicæ fidei, ac hæreticæ peruerſitatis defectus, requiſiti ab eis, oportunum auxilium conſilium, & fauorem: & ſic eis Brachij ſæcularis potentia, cum neceſſe fuerit ſuper hoc fauorabiliter aſſiſtendo, quod aduerſus tales, liberè poteſtatis Eccleſiaſticæ ſibi commiſſę valeant exercere cenſuram & veſtra inde deuotio dignis in Chriſto poſſit laudibus commendari: alioquin ſententias, quas in rebelles, vel etiam negligentes, in hoc ijdem Inquiſitores rite duxerint promulgandas, ratas habebimus: & faciemus authore Deo vſque ad ſatiſfactionem cõdignam, appellatione remota, inuiolabiliter obſeruari. Datum Peruſij V. Idus ---- Pontificatus noſtri anno nono.

Ad quid autem possint tales sæculares Pote
Inquisitore cogi per censuram Ecclesiasticar
tur quod ad tria primo scilicet ad prouidend
quisitoribus, & eorum socijs de securo con
loco ad locum, liberaliter quidem & indilat
constat ex extrauagantibus Alexandri Quar
ctis ad potestates, tum Ecclesiasticas, tum s
incipien, Ad extirpandam, quas iam supra
mus. Secundo cogi possunt sæculares Potes
quiuis Magistratus ab Inquisitore per excom
cationem in personas, ac priuationem ab off
interdictum in terras, vt sublato omni dilat
difficultatis obstaculo, appellatione remota
tioni mandent sententias ab Inquisitore lata
rendas contra hæreticos, notatos, suspectos,
tes, fautores, & receptatores: non obstante c
que indulgentia Sedis Apostolicæ in contrar
constat ex hoc Alexandri Quarti rescripto.

AD audientiam nostram pe
quod potestates, Rectores, I
Antiani, Officiales, Consilia,
munitates, quorundam cast
locorum & Ciuitatum Pro
Beati Francisci, in qua Inquis
tra hæreticos vobis à Sede Apostolica est con
circa executiones sententiarum, quas contra

tos & ſuſpectos de hæretica prauitate credentes, fautores, & r[illegible]c[illegible]tatores eorum profertis, à vobis ſuper hoc requiſi[illegible]ſe interdum reddunt difficiles, & etiam negligentes: nos itaque volentes quod negotium Inquiſitionis huiuſmodi ſalutarem conſequatur effectum, circa ea intendimus animo vigilanti, per quæ ſub motis quibuſlibet obſtaculis, prædictum negotium Deo propitio de bono in melius dirigatur. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus poteſtates, rectores, iudices, antianos, officiales quocunque nomine cenſeantur, conſilia & Communitates prædicta, quod huiuſmodi ſententias à vobis latas & ferendas etiam ſublato cuiuſlibet dilationis & difficultatis obſtaculo executioni demandent, monitione præmiſſa per excommunicationis in perſonas poteſtatum, rectorum, iudicum, antianorum, officialium, & conſiliariorum, ac priuationis ab officijs, & in Ciuitates, Caſtra, & loca huiuſmodi interdicti ſententias, apellatione remota c[illegible]garis: non obſtante aliqua Indulgentia Sedis Apoſtolic[illegible], de qua eiuſque tenore oporteat in noſtris literis plenam & expreſſam mentionem fieri, & per quam effectus præſentium impediri valeat vel deffe[illegible]ri. Datum Anagniæ VIII. Kalendas Februarij Pontificatus noſtri anno ſexto.

Tertio Inquisitores compellere possunt p
suram Ecclesiasticam quoscunque sæculi M
tus, vt iurent seruare statuta tam Pontificia
Imperialia contra hæreticos edita, non obsta
tis priuilegio cuiuscunque tenoris: sicuti v
in hac extrauaga nti Innocentij Quarti.

AD aures nostras p
quod nonnulli Nobi
testates, & alij de Lor
Romaniolæ, & Marc
uisim. partibus, nolu
ta nostra & Imperial
tra hæreticos edita, i
tis Ciuitatum & l
quibus præsunt, facere scribi, neque iura
mandatum nostrum se obseruaturos eadem,
ros pro posse ipsorum, ab huiusmodi Ciuit
locorum hominibus obseruari; ne igitur ma
nostrum super hoc directum, prætextu alicu
dulgentiæ, seu priuilegij valeat impediri; dis
vestræ per Apostolica scripta mandamus, q
Nobiles, Potestates, & alios supradictos, ad
tionem præmissorum, iuxta eiusdem manda

norem, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccle-
ıſticam, appellatione poſtpoſita compellatis. Non
ıſtante aliqua Sedis Apoſtolicæ indulgentia, qui-
ıſcunque perſonis, ſub quacunque forma verbo-
ım conceſſa, cuiuſcunque tenoris exiſtat quod ex-
ommunicari non poſſint, vel eorum terra ſupponi
ccleſiaſtico interdicto, abſque ſpeciali eiuſdem ſe-
is mandato, faciente plenam & expreſſam, ac de
rbo ad verbum de Indulgentia huiuſmodi & eo-
rum nominibus mentionem. Datum Peruſij 4. No-
nas Aprilis Pontificatus noſtri Anno decimo.

Quapropter operæ pretium duximus fore, ſi recen-
ſeretur hoc in loco ad ampliorem dictorum &dicen-
dorum explanationem & firmitatem tam Conſtitu-
tiones Pontificiæ, quàm leges Imperiales. Et quoad
Conſtitutiones Papales notandum venit: quod eas
copias quidem & ſaluberrimas, ad extirpandas hæ-
reſes primus edidit Innocentius Quartus anno 1252
quas Alexander Quartus anno Domini 1259. repe-
tit, confirmat, reſcriptoque ſuo pariter inſerit: &
demum Clemens Quartus anno Domini 1265. eaſ-
dem cum quibuſdam adiectionibus, modificationi-
bus, & declarationibus confirmat, & huic reſcripto
inſerit, quod ſequitur.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, super seminante illa libentius his diebus homine inimico, tanto studiosius, iuxta commissam nobis solicitudinem insudare proponimus quanto perniciosius negligeremus eadem in necem Catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant, stentque firmiter Ecclesiæ filij ac Orthodoxæ fidei zelatores, Constitutiones quasdam fœlicis recordationis Innocentius Papa IV. prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & in capitularibus vestris, tam ipse quam fœlicis memoriæ Alexander Papa prædecessor noster, conscribi, ac vobis exacta diligentia obseruari mandarunt: quę seriatim inferius continentur. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus singuli constitutiones easdem, cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus, per dictum Alexandrum prædecessorem, & etiam per nos factas, conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus hãc Sanctam Ecclesiam extollentem sine omissione ali-

qua procedatis: Alioquin dilectis filijs Prædicatorũ & Minorum Ordinum Fratribus Inquiſitoribus hæreticę prauitatis, & eorum ſingulis per Italiam deputatis authoritate Sedis Apoſtolicæ & in poſterum deputandis damus noſtris litteris in mandatis: vt infra deſignatos eis limites, ſingulos veſtrum ad id per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terram, appellatione remota compellant.

Conſtitutiones autem ſunt hæ:

STatuimus vt poteſtas, Capitaneus, ſeu Rector, ſeu Conſules, ſeu quiuis alij, qui Ciuitati præſunt, vel loco alij ad præſens, aut pro tempore præfuerint in futurum, in Italia, iurent præciſe ac ſine tenore aliquo attendere inuiolabiliter & ſeruare, & facere ab omnibus obſeruari toto tempore ſui regiminis, tam in Ciuitate vel loco ſui regiminis, quam in terris ſuæ ditioni ſubiectis, omnes & ſingulas infra ſcriptas conſtitutiones: & ſuper his præciſe ſeruandis recipiet à quibuſlibet ſibi in poteſtaria, vel regimine ſuccedentibus, iuramenta. Quæ qui præſtare noluerit, pro poteſtate, Capitaneo, ſeu Conſule, vel Rectore nullatenus habeatur: & quæ vt poteſtas, Capitaneus, Conſul, vel rector fecerit, nullam penitus habeant firmitatem, nec vllus teneatur aut debeat ſequi eos, etiam ſi de ſequela præſtanda eis exibuerit iuramentum.

Quod si potestis Capitaneus, vel alicuis prædictorum Constitutiones ipsas & singula in eis cõtenta seruare noluerit vel neglexerit, præter notam periurij, & perpetuę iacturam infamiæ, ducentarum Marcharum pœnam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo: & in vtilitatem communis, cui præest, integre conuertantur. Et nihilominus vt periurus & infamis, & tanquam hæreticorum fautor deinde suspectus, officio & honore sui regiminis spolietur. Nec vlterius potestas, Capitaneus, Consul, seu Rector habeatur in aliquo: Aut de cætero ad aliquam dignitatem vel officium publicum vllatenus assumatur.

Ijdem quoque potestas, Capitaneus, Consules, Rector, vel quiuis alij ad reginen cuiuslibet Ciuitatis vel loci assumpti, in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata, banno Ciuitatis vel loci suponant, tanquam pro maleficio, omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur, & teneantur bannum huiusmodi a suis prædecessoribus positum confirmare. Præcipiant autem quod nullus hæreticus vel hæretica de cetero habitet vel moretur, aut subsistat in Ciuitate seu aliquo loco iurisdictionis aut districtus eiusdem: & quicunque ipsum vel ipsam inuenerit, libere capiat, & capere possit impunè: & omnes res mobiles ipsius vel ipsorum, penes eos inuentas, eis licenter auferre quæ sint auferentium pleno iure, nisi auferentes huiusmodi sint ad hoc officium specialiter deputati.

Ijdem quoque poteſtas, Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel quiuis alij huiuſmodi, infra octo dies poſt introitum regiminis ſui, duodecim viros probos & Catholicos: & duos Notarios, & duos ſeruitores, vel quotquot fuerint neceſſarij inſtituere teneantur: quos diœceſanus ſi præſens extiterit, & intereſſe voluerit, & duo fratres Prædicatorum & duo Minorum Ordinum, ad hoc à ſuis Prioribus & Guardianis, ſi Conuentus ibi fuerint eorundem Ordinum deputati, ſeu Inquiſitores, vel Inquiſitor prauitatis hæreticæ duxerint eligendos. Inſtituti autem huiuſmodi & electi poſſint & debeant hæreticos, & hæreticas capere & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in Ciuitate, vel alio loco, quam in tota eius iuriſdictione atque diſtrictu plenariè adimpleri, & eos ducere & duci facere in poteſtatem diœceſani, vel eius Vicarij ſeu Inquiſitorum vel Inquiſitoris.

Teneantur autem poteſtas, Capitaneus Conſules, ſeu Rector, vel alij ad huiuſmodi regimen deputati, quilibet in expenſis communis, cui præeſt, facere duci eoſdem hæreticos ita captos, quocunque diœceſanus, vel eius Vicarius, ſeu Inquiſitores, vel Inquiſitor prædicti, in iuriſdictione, vel diſtrictu diœceſani Epiſcopi, ſeu Ciuitatis, vel loci voluerint illos duci, Officialibus vero prædictis, plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere noſcuntur, ſine aliquo ſpecialiter præſtito iuramento, vbi duo, vel tres, ſeu plures præſentes fuerint ex ijſdem.

Porro cum Officiales huiuſmodi eligũtur, iurent hæc omnia exequi fideliter & pro poſſe ac ſuper his ſemper nuedam dicere veritatem. Quibus ab omnibus in his quę ad officium eorum pertinent, plenius pareatur.

Et tam dicti duodecim quam ſeruitores & Notarij prętaxati, ſimul vel diuiſim plenariam præcipiendi, ſub pœnis & taxatis, & expreſſis in conſtitutionibus infra ſcriptis, quæ ad officium ſuum pertinent habeant poteſtatem.

Poſſint autem Officiales prædicti Communitatis Caſtri, Burgi: ſeu villæ præcipere ſub pœna & banno vſque ad ducentas marchas argenti, & vltra ad arbitrium poteſtatis, ſeu rectoris Ciuitatis, vel loci in cuius diſtrictu, vel iuriſdictione fuerint, quod poteſtati, ſeu Rectori, vel diœceſano, aut eius Vicario ſeu Inquiſitoribus, aut Inquiſitori hæreticorum preſentent infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hæreticos, & hæreticas, quos & quas ſibi dicti Officiales duxerint aſſignandos. Et poteſtas ſeu rector a non ſeruantibus præceptum, pœnam, vel bannum huiuſmodi exigere teneatur.

Poteſtas autem, vel Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel alij huiuſmodi quocunque vocabulo cẽſeantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occaſione officij fuerint duo ipſis, ſeu plures: & pœnas exigere non ſeruantium.

Quod si dictis officialibus aliquo tempore, aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus, pro suis Officijs exequendis, a communi Ciuitatis, vel loci per restitutionem plenariam seruentur indemnes.

Nec ipsi Officiales, vel hæredes eorum possint aliquo tempore conueniri de his quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eisdem diœcesano, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur expedire.

Ipsorum autem Officium duret tantum modo per sex menses: Quibus completis potestas, vel cuicunque ipsius Ciuitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem subrogare Officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium, secundum formam eandem, in alijs sex mensibus sequentibus exequatur.

Sane ipsis Officialibus dentur de camera communis prædicti, quãdo exiuerint Ciuitatem, aut locum pro hoc officio exequendo, vnicuique pro qualibet die duo solidi prouenien. Senatus vel Imperialium in pecunia numerata: quos potestas, Capitaneus, Cõsules, vel rector, aut alius huiusmodi teneantur eis dare, vel dari facere, infra diem tertium postquam fecerint ad eandem Ciuitatem, vel locum.

Et insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ occupauerint & multarum, ad quos fuerint condemnati, secun-

dum quod inferius continetur: vt hoc ſalario ſint cõtenti.

Sed nullum aliud, quod iſtud Officium impediat, vel impedire poſſit, vllo modo officium vel etiam exercitium compellatur.

Nullum etiam ſtatutum conditum, vel condendum, eorum officium vllo modo valeat impedire.

Vt ſi quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, ſeu occupationem aliquam, vel exceſſum, diœceſano & fratribus ſupra dictis viſus fuerit amouendus: ipſum ad mandatum, vel dictum eorum, teneatur amouere poteſtas, Capitaneus, vel quiuis alius huiuſmodi prędictorum, & alium ſecundum formam præſcriptam ſubſtituere loco eius.

Quod ſi quis eorum contra fidem & ſinceritatem officij ſui in fauorem hæreſis deprehenſus fuerit exceſſiſſe, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tanquam fautor hæreticorum incurrat, per poteſtatem, Capitaneum, Conſules, vel Rectorem, ſeu alium ſimilem, ad diœceſan. & dictorum fratrum vel Inquiſitorum, ſeu Inquiſitoris arbitrium puniantur.

Poteſtas vero militem ſuum, vel alium aſſeſſorem ſi diœceſanus vel eius Vicarius, aut Inquiſitores vel Inquiſitor auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputati, ſeu dicti Officiales petiuerint, cum ipſis officialibus mittere teneatur, & cum ipſis eorum Officium fideliter

exercere.

Quilibet etiam si præsens in terra vel requisitus fuerit, teneatur tam in Ciuitate, quàm in ruri iurisdictione & districtu quolibet dare ipsis officialibus, & eorum socijs Consilium, & iuuamen, quando voluerint hæreticum vel hæreticam capere vel spoliare aut inquirere seu domum vel locum aut aditum aliquem intrare pro hæreticis capiendis, sub librarum viginti quinque prouenien. vel Imperialium pœna vel bãno Vniuersitas autem Castri vel Burgi sub pœna vel banno librarum quinquaginta: villæ vero viginti quinque prouenien. vel Imperialium pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Quicunque autem hæreticum vel hæreticam, captum vel captam auferre de manibus capientium vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur seu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel curtem, seu locum aliquem, ne capiatur & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatum per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur.

Et domus illa, à qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi fundirus destruatur: nisi forte diœcesano, vel in eius absentia ipsius Vicario vna cum Inquisitoribus seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesano, quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit legitimè constiterit, prefatæ domus dominum in hoc casu peni-

tus innocentem, & prorſus inculpabilem extitiſſe; ac etiam eum non eſſe credentem, vel receptarorem aut defenſorem, ſiue fautorem hæreticorum, ſeu de hæretica labe ſuſpectum.

Et bona quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium vel inquirentium, ac ſi hæretici fuiſſent ibidem inuenti: niſi forte prædictis, (vt dictum eſt) legitimè conſtiterit, per teſtes fide dignos & omni exceptione maiores ipſa bona eſſe aliarum perſonarum, quam Domini domus eiuſdem.

Et tunc propter hanc prohibitionem vel impeditionem ſpecialem Burgus vel caſtrum componat cõmuni, in cuius diſtrictu eſt, libras ducentas, & villa libras centum, & vicinia tam Burgi quam Caſtri, & Ciuitatis libras quinquaginta prouenien. ſiue Imperialium in pecunia numerata: niſi infra quintum diem ipſos defenſores, vel defenſorem hæreticorum poteſtati vel Rectori captos duxerint perſonaliter præſentandos: vel niſi forſan per legitimas probationes diœceſan. vel in eius abſentia ipſius Vicario, vna cum Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore hæreticorum, vel ſoli ipſi diœceſ. quando Inquiſitorum aut Inquiſitoris præſentia de facile haberi non poterit, plene ac euidenter conſtiterit, quod ipſum vel ipſos capere nullatenus potuiſſent: & eos ad captionem & præſentationem huiuſmodi faciendas, ſufficientem & congruam adhibuiſſe ſolicitudinem & cautelam.

Teneantur inſuper poteſtas, Capitaneus, Conſules

ſu Rector, vel alij huiuſmodi, omnes hæreticos & hereticas qui capti amodo fuerint, cuſtodiri facere ſib expenſis communis Ciuitatis vel loci cui præſunt, per viros Catholicos ad hoc electos à Diœceſano, ſi præſens fuerit; & fratribus ſupra dictis, vel Inquiſitoribus ſeu Inquiſitore, in aliquo ſpeciali carcere tuto & ſecuro, in quo ipſi ſoli teneantur ſeorſum à latronibus & bannitis, donec de ipſis fuerit diffinitum.

Si quando alicui vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis, ipſis non contra dicentibus fuerint aſſignati, vel ſe forſitan aſſignauerint, prædicti ſupoſiti perpetuo carceri mancipentur: & hæretici nihilominus reddi & aſſignari cogantur. Et qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis, in perpetuum relegentur.

Teneantur inſuper poteſtas, Capitaneus, Conſules, vel Rector, ſeu quiuis alij hniuſmodi, cum bono & ſecuro comitatu omnes hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, infra dies quindecim poſt quam capti fuerint, diœceſano vel eius ſpeciali Vicario, ſeu hæret. Inquiſitoribus vel Inquiſitori tradere pro examinatione de ipſis & eorum hæreſi facienda.

Damnatos vero de hæreſi per diœceſanum vel eius Vicarium, ſeu Inquiſitores vel Inquiſitorem prædictos, poteſtas, Capitaneus, vel alij eorum ſupra dicti, vel eius ſeu eorum nuntius ſpecialis, eos animaduerſione debita puniendos ſibi relictos ſtatim recipere teneantur.

Tenentur præterea potestas, Capitaneus, Consules, aut Rector, vel alij huiusmodi, omnes hæreticos quos captos habuerint, cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures Sacramentorum Dei & fidei Christianę, errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bonos eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Domus autem in qua repertus fuerit hæreticus vel hæretica, sine vlla spe reedificandi, funditus destruatur: nisi Dominus Domus, eos ibidem procurauerit reperiri: & si Dominus illius domus habuerit cum ea domos alias appendices, cum vna eademque domus interdum diuersis & cohærentibus mansionibus distinguatur, omnes illę domus appendices siue in domo illa siue in eius appendicibus hæreticus vel hæretica deprehensus fuerit, similiter destruantur: & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, ipsiusque appendicibus (nisi forte legitime per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum quam Domini domum earundem constiterit) publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in hniusmodi officio constituti.

Et insuper Dominus domus illius præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat communi Ciuitatis vel loci quinquaginta libras proue-

nien, vel Imperialium, in pecunia numerata: quam si non soluerit, in perpetuo carcere detrudatur.

Quæ autem de domorum & appendicium destructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impositione facienda, dominis domuum earundem præmissa sunt, volumus obseruari: nisi forte diœcesano vel in eius absentia ipsius Vicario, vna cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesano, quando Inquisitorum vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constitetit præfatarum domorum dominos in hoc casu penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse. Ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos, quod nec in domibus vel appendicibus, nec in bonis eisdem, seu quouis modo puniri volumus: si vt dictum est, apparuerint innocentes.

Burgus autem ille seu Castrum, in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi Ciuitatis vel loci in cuius districtu est, centum libras, & villa libras quinquaginta, & vicinia tam Burgi, quã castri & Ciuitatis libras viginti quinque prouenien. vel Imperialium, in pecunia numerata nisi infra quintum diem receptatores ipsorum captos præsentauerint potestati, siue cuiuis alij præsidenti eiusdem regimini Ciuitatis: nisi forsan per legitimas probationes, diœcesano, vel in eius absentia ipsius Vicario, vna cum Inquisitoribus seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesano, quando Inquisitorũ

vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, plene ac euidenter constiterit, quod ipsos capere nullatenus potuissent: & eos ad captionem, & præsentationem huiusmodi faciendas, sufficientem & congruam adhibuisse solicitudinem & cautelam.

Quicunque vero deprehensus fuerit dare alicui hæretico consilium vel auxilium seu fauorem, præter aliam pœnam superius & Inferius præ taxatam, ex tũc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte Iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur, si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti. Credentes quoque erroribus hæreticorum, tanquam hæretici puniantur.

Testamenta eorum qui hęretici decesserunt, nullius volumus esse momenti.

Teneantur insuper potestas, siue Capitaneus, consules, seu Rector vel quiuis alius præsidens regimini Ciuitatis vel loci, nomina virorum omnium qui de hæresi fuerint infamati vel banniti, in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari: quorum vnum

communne Ciuitatis vel loci habeat, & alium diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum Fratres Minores: & ipsorum nomina ter in anno in concione publica solenniter faciat recitari.

Teneatur quoque potestas seu Rector, vel quicũque regimini supra dicto præfuerit, filios, & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defensorum, & fautorum eorum diligenter inuestigare: eosque ad aliquod officium publicum seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Teneatur præterea potestas seu Rector, vel quiuis alius huiusmodi regimi præsidens vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores seu Inquisitor prædicti authoritate sedis Apostolicæ deputati, mittere cum eis, quandocunque voluerint, in iuri dictione Ciuitatis vel loci ac eius districtu. Qui assessor secundum quod prædictis Inquisitoribus seu Inquisitori visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam (si eis videbitur) iurare cõpellat, quod si quos ibidem hæreticos sciuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum: eos dictis Inquisitoribus siue Inquisitori studeant indicare.

Ipsi autem potestas, consules, siue Rector, seu quiuis alij regimini præsidentes, purgare teneantur ab hæretica fœditate Ciuitatem vel locum, cui præfuerint totamque terram vel districtum suæ ditionis

dum leges per quondam Fredericum, olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ Ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas contra hæreticam prauitatem: & earum tenores facere in suis annotari capitularibus, nullis inde temporibus abolendos.

Teneatur insuper potestas, seu quiuis Rector Ciuitatis vel loci quocunque vocabulo nuncupetur, in destructione domorum & cõdemnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis consignandis & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra viginti dies postquam accusatio siue denuntiatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu: & condemnationes omnes in pecuniis numerata infra tres mẽses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur. Et eos qui soluere non potuerint, banno maleficij suponere, & donec soluant, in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus & singulis syndicetur sicut inferius continetur.

Insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcunque diœcesanus, vel eius Vicarius, & dicti Inquisitores seu Inquisitor hæreticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

Omnes autem condemnationes vel pœnæ quæ occasione hęresis factæ fuerint, neque per concionem neque per consilium, neque ad vocem populi vllo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper potestas. Capitaneus, Consul, seu quiuis alius Rector, omnia bona hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata, seu inuenta: & condemnationes pro his exactas: nec non & lignamina, lapides, & regulas domorum & Turrium, quæ occasione hæresis destruentur: & bona tam mobilia, quæ eadem occasione confiscabuntur, diuidere tali modo, vna pars deueniat in commune Ciuitatis seu loci. Secunda in fauorem & expeditionem officii detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint. Tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diœcesano, & Inquisitoribus vel Inquisitori videbitur reseruanda, & expendenda per consilium eorundem fidei, & ad hæreticos extirpandos: nonobstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito, vel condendo.

Teneatur præterea potestas, vel Rector Ciuitatis seu loci alterius, vendere bona quæ confiscantur occasione hæreticæ prauitatis, infra tres menses post confiscationem huiusmodi: quod si non fecerit, præmissas pœnas eo ipso incurrat. vt nihilominus Inquisitores, vel Inquisitor libere vendere illa valeat, Inquisito consilio diœcesan. vel eius Vicarij, si præsens non fuerit, & duorum fratrum Prædicatorum & totidem minorum ordinum, quos prior & Guardianus si Conuentus ibidem fuerint, eorumdem ordinum, ad hoc duxerint eligendos. Et emptores bonorum huiusmodi illa liberè ac licitè habeant & possideant & verum ipsorum bonorum dominium, per emptionem huiusmodi transferatur ad ipsos.

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum, seu constitutionum attentauerit delere, diminuere, vel mutare, sine Authoritate Sedis Apostolicæ speciali: potestas, Capitaneus seu consul, vel alius quiuis Rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco, teneatur eum tanquam defensorem hæreticorum publicum & fautorem, secundum formam præscriptam perpetuo publicè infamare, atque punire in libris quinquaginta prouenientium vel Imperalium in pecunia numerata. Quam si exigere non poterit, eum maleficii banno supponat: de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sane Potestas, siue capitaneus, consul, seu quiuis Rector infra duodecim dies sui Regiminis syndicare præcedentem proximo potestatem, capitaneũ consulem, vel Rectorem & eius etiam assessores, per tres Viros catholicos & fideles, quos infra tres dies regiminis supra dicti eligant vna cum diœcesano fratres Prædicatores & Minores à suis Priore & Guardiano pariter assignati, seu Inquisitores vel Inquisitor hæreticæ prauitatis de omnibus his, quæ in statutis, seu constitutionibus & legibus ante dictis contra hæreticos & eorum complices editis continentur & punire ipsos si excesserint in omnibus & singulis, quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate, non obstante si per aliquam licentiam consilii vel alterius cuiuslibet, à syndicatione fuerint absoluti. Iurabant autem prædicti tres viri bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis.

Cęterum teneatur poteſtas, ſiue Capitaneus, conſul, aut quiuis Rector cuiuſlibet Ciuitatis vel loci, delere ſeu abradere penitus de ſtatutis & capitularibus communis, quodcunque ſtatutum conditum vel condendum inueniatur contra dicere iſtis conſtitutionibus ſeu ſtatutis & legibus memoratis, ſiue quomodolibet obuiare. Et in principio & in medio ſui regiminis hæc ſtatuta ſeu conſtitutiones & leges ipſos in publica concione ſolemniter facere recitari: & etiam in alijs locis extra Ciuitatem ſuam ſeu locum, ſicut diœceſan. ſeu Inquiſitoribus ſiue Inquiſitori videbitur expedire.

Porro hæc omnia ſtatuta ſeu Conſtitutiones, & leges præfatæ, & ſi quæ aliæ contra hæreticos & eorum complices tempore aliquo authoritate Sedis Apoſtolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnius debeant tenoris contineri, quorum vnum ſit in ſtatuto communis cuiuſlibet Ciuitatis ſeu loci: ſecundum apud diœceſanum: tertium apud fratres Prædicatores: Quartum apud Fratres Minores cum omni ſinceritate ſeruentur, ne poſſint per ſalſarios in aliquo violari. Datum Peruſij 3. Non. Nouemb. Pontificatus noſtri anno primo.

Quantum autem ad leges Imperiales ſancitas in fauorem Inquiſitorum & fidei, aduertendum eſt eas latas eſſe à Frederico ſecundo Romanorum Imperatore anno Domini 1220. quo ſcilicet euectus eſt ad Imperij ſublimitatem, & quidem in Vrbe Patauina:

Quas leges multi Pontifices Romani confirmarunt, & nominatim ſuis reſcriptis inſeruerunt, & obſeruari penitus iuſſerunt, videlicet Innocentius Quartus anno Domini 1253. Alexander Quartus anno ſalutis 1258. & Clemens Quartus anno Domini 1265. hoc præſenti reſcripto, quod iam ediderant de verbo ad verbum Innocentius & Alexander prædicti.

Cvm aduerſus hęreticam prauitatem quondam Fredericus olim Romanorum Imper. & tunc in E.R. deuotione perſiſtens, promulgauerit Paduæ quaſdam leges, per quas ne peruagetur cópeſci poterit peſtis illa, nos illas, quas felicis recordationis Innocentius Quartus & Alexander Quartus Romani Pontifices prædeceſſores noſtri voluerunt ad robur fidei ac ſalutem fidelium obſeruari, prout in ipſius Alexandri Papæ literis perſpeximus contineri, volentes in veſtris capitularibus ſinguli faciatis, nullis inde temporibus abolendas: Ciuitates vel loca quibus præeſtis, diſtrictus quoque ſeu terras veſtræ ditioni ſubiectas, ſecundum eas ab hæretica fœditate ſolicite purgatur.

Tenores autem Legum ipſarum hi ſunt.

Redericus Imperator, & ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex, dilectis Principibus ſuis, Venerabilibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque prælatis Eccleſiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, poteſtatibus, ſcultetis, Burganiis, Aduocatis, Judicibus, Miniſterialibus, officialibus, & omnibus per totum Imperium conſtitutis, præſentes literas inſpecturis fidelibus ſuis, gratiam, ſuam, & omne bonum.



Ommissi nobis cælitus eure regiminis, & Imperialis, cui dante Domino præsidemus fastigium dignitatis, materialem quo diuisim à sacerdotio fungimur gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hęreticæ prauitatis exigunt exercendum: vt perfidiæ vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur: maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur & gregi fidelium per oues morbidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt hæretici quocunque nomine censeantur, vbicunque per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & sæculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur.

Si qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, terriri metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta Canonicas sanctiones, ad agendum pœnitentiam, in perpetuam carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in Ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis Imperij per Inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores, qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum Catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire donec per censuram Ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui

fidei ſacramenta & vitæ damnabant.

Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes quos ad fouẽdd hęreticorum errorẽ callidus hoſtis ſuſcitat aduocatos, vel parat illicitos defẽſores, maxime cum facinus quos inquinat, æquat: niſi monitione præmiſſa diſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum. Vos præterea qui conuicti in vno loco de hæreſi, ad alia loca ſe tranſferunt, vt cautius poſſint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam, vt ſuper hoc per viros ab eodem errore conuerſos ad fidem, nec non & per alios, qui eos de hæreſi conuicerunt (quod & in hoc caſu concedimus licite faciendum) euidens teſtimonium habeatur.

Item mortis ſententia ducimus addicendos, ſi quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæreſim abiurantes, poſtmodum de falſo iuramento conſtiterit, & fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidiuam: vt ſibi damnabilius iniquitas ſit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat. Omne inſuper proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes vt de finibus Imperij, in quibus ſemper debet exiſtere fides, hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur.

Cæterum quia quanto maiora diuinæ nutu miſerationis accepimus, & vltiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obſe-

quia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit authoritas si reos læsæ Majestatis, in personis eorum& liberorum suorum exhæreditatione damnamns, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis,&Catholicæ fidei detractores prouocamur eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes & posteros vsque ad secundàm progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officiis & honoribus, Imperiali authoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis perpetuo victore tabescant: vere scientes quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint: quacunque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiaceāt innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus fratres prædicatores de ordine prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos: cæteros quoque qui ad hæretieos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri Imperij speciali defensione receptos, & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium Imperij volumus inoffensos: Vniuersitatiuestræ mādantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque vestrum peruenerint benigne recipiatis eosdem: & personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram

Deo negotijs exequendis. Hæreticos verò, quos & ostenderint ipsi nobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant, quam merentur: cituri quod in executione ipsius negotii, gratum Deo & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri Imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis infamiam opem, & operam, vna cum eisdem fratribus præstiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ XXII. Februarij 12. Indictione.

Fredericus Dei Gratia, &c.

INconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio seruientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei vnitate nituntur inducere sectionem: & oues à Petri custodia, cui pascendæ à pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetudinem prætendentes ouium, vousque ouile possint subintrare Dominicũ. Hi sunt

Angeli peſſimi. Hi ſunt filij prauitatum, à patre nequitiæ & fraudis authore, ad animas ſimplices deſtinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt.
Hi ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus euomere : vt vitæ cibum miniſtrare ſe ſimulent, à cauda feriunt, & mortis poculum velut quoddam duriſſimum venenum immiſcent. Horum ſectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non ſunt notatæ nominibus : vel (quod eſt forte nefandius) non contentæ, vt vel ab Ario Ariani, vel à Neſtore Neſtoriani, aut à ſimilibus ſimiles nuncupentur : ſed in exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica Martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni. Huiuſmodi miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas diuinitatis æternæ, ſub vno contextu nequitiæ inſimul tres offendunt : Deum videlicet, proximos, & ſe ipſos. Deum, dum Dei fidem, & filium non agnoſcunt. Decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpe ſpiritualis alimoniæ, hæreticæ prauitatis oblectamenta miniſtrant. Crudelius etiam ſæuiunt in ſe ipſos, dum poſt animarum diſpendium, corpora denique ſeueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei poſſent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi ſectatores inuoluunt : & (quod eſt ipſo dictu diriſſimum) ſuperſtites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales ſibi, Deo, & hominibus ſic infeſtos continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus : tanto ipſos in-

ſtantius perſequentes, quanto in euidentiorem deluſionem fidei Chriſtianæ, propè Roman. Eccleſiam quæ caput Eccleſiarum omnium iudicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur. Adeo quod ab Italiæ finibus, præſertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorum nequitiam latius abundare, iamque vſque ad regnũ noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ riuulos deriuarunt.

Quod acerbiſſimum reputantes, Statuimus in primis, vt crimen hæreſeos, & damnatæ ſectæ cuiuſlibet, quocunque nomine cenſeantur ſectatores, (prout veteribus legibus eſt indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læſa Maieſtatis noſtræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ Maieſtatis iniuriam noſcitur attentatum, quamuis iudicij poteſtate, alterum alteri nõ excellat. Nam ſicuti perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum, & bona, & damnat poſt obitum memoriam defunctorum: ſic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obſeruari.

Et vt ipſorum nequitia, cui (quia Dominum nõ ſequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam deferente inueſtigari volumus diligenter huiuſmodi ſcelerum patratores, & per officiales noſtros ſicut & alios malefactores inquiri, ac Inquiſitione notatos, & ſi leuis ſuperſtitionis argumento tangantur, à viris Eccleſiaſticis, & Prælatis examinari iubemus. Per quos ſi iuuenti fuerint à fide Catholica ſaltem in articulo deuiare, ac per ipſos paſte-

rali more commatriti, tenebrosi diaboli relictis insidiis, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine censeantur, decernimus quam affectant: vt viui in conspectu hominum comburantur, Flammarum commissi iudicio. nec dolemus quod in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat: quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito cõuertemus. Dat. Paduæ XXII. Feb. XII. Indictione.

Imperator Fredericus semper Augustus &c.

PAtarenorum receptatores, & & complices, & quocunque modo fautores, qui vt a pœna alios possint eximere, de se vel vt improuidi non formidant publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Vt ipsorum filij ad

honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiuſmodi detexit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeſte probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ priſtinæ de Imperiali clementia reſtitutionis beneficium integrum cõſequatur.

Incipiunt Capitula Conſtitutionis contra Patarenos editæ per eundem Fredericum illuſtrem virum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem, & Siciliæ Regem.

CAtharos, Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, Circumciſos, Paſſignos, Ioſepinos, Garatenſes, Albanenſes, Franciſcos, Bagnarolos, Commixtos, Vualdenſes, Roncarolos, Communellos, Vuarinas, & Ortholenos, cum illis de Aquanigra, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus quocunque nomine cenſeantur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, cenſentes vt bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quod filij

eorum ad ſucceſſionem peruenire non poſſint, cum longe ſit grauius aternam, quam temporalem offendere Maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quod ſi per annum permanſerint, ex tunc eos ſicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, & conſules, ſeu Rectores, quod de terris ſuæ ditioni ſubiectis, vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt: ita quod amodo quandocunque quis fuerit in perpetuam poteſtatem, vel temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramẽto firmare: alioquin neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus ſeu conſimilibus habeantur: eorumque ſententias ex tunc decernimus inutiles & inanes.

Si vero Dominus temporalis requiſitus & monítus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit b hæret. prauitate, poſt annũ à tẽpore monitionis elapſũ, terrã ipſius exponimus catholicis occupãdã qui eam, exterminatis hæret. abſq; vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent: ſaluo iure Dominij temporalis, dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege ſeruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores

hæreticorum bannimus: Statuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatiſfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad aliquod eligendos huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Quod ſi iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius inſtrumenta confecta per manum ipſius nullius penitus ſint momenti.

Adijcimus inſuper, quod hereticus per hæreticū conuinci poſſit: & quod Domus Patarenorum, receptatorum, & defenſorum, & fautorum, ſiue vbi docuerint, ſiue vbi alijs manus impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reſtituendæ. Datum Paduæ XXII. Februarij. XII. Indictione.

Rex Regum. Apoſtatantes à fide catholica penitus execramus, inſequimur vltionibus, bonis ſuis omnibus ſpoliamus. Et vt à profeſſione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Succeſſiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus. Dat: Perusij 11. Kalend. Nouemb. Pontificatus noſtri anno primo.

Tyb. de Cur.

Hæc omnia prædicta recepta ſunt in iure cap. vt Inquiſitionis de hæret. lib. 6.

IDEM.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Nobilibus de Vienna, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Potestis non immerito humanæ laudis præconium, diuinaq; retributionis præmium expectare, nec non Apostolicæ Sedis, & nostram beneuolentiam promereri, si vos in fauorem Catholicæ fidei exhibeatis fauorabiles, & benignos Nobilitatem itaque vestram rogamus & hortamur attentè quatenus dilectis filiis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in vestris partibus deputatis, præsentibus, & futuris, in iis quæ prauitatis extirpationem, & fidei prædictæ augmentum concernunt. X promptè assistatis consilijs, & fauoribus opportunis. Datum Auenione, Kal. Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

ANNOTATIO

X *Promptè asistatis Consiliis, &c.*

Non solum tenentur Prælati, & sæculares quiuis Magistratus sicut patuit ex bullis præcedentibus, sed tenetur etiam Rex vel Dominus supremus temporalis habere Inquisitorem, quod ad suum officium cõmendatum præstando illi cùm opus fuerit CONSILIVM, AVXILIVM, ET FAVOREM secundum canonicas sanctiones, si fidelis haberi cupit prout debet, & vitare vult multiplices pœnas iuris quæ continentur in c. ad abolendam de hæreticis lib. 5. his verbis. Statuimus insuper vt comites, Barones, Rectores & Consules Ciuitatum & aliorum locorum iuxta commonitionem Episcoporum præstito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter & efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos & eorum complices adiuuabunt bona fide iuxta officium & posse suum. Si verò id obseruare noluerint, honore quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipso-

rum

rum interdicto Ecclesiæ supponendis. Et in cap. Vt Inquisitionis de hæreticis lib. 6. Quocirca hoc loco subijcienda videtur forma literarum quas debet impetrare à Rege vel Principe nouiter institutus Inquisitor quæ sequitur.

N Dei gratia Rex talis Regni. Dilectis & fidelibus vniuersis, & singulis officialibus nostris, & eorum loca tenentibus vbilibet. infra Dominium nostrum constitutis & constituendis, ad quos præsentes peruenerint, salutem & dilectionem.

Cum Religiosus dilectusque noster frater. N. Ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in Regnis & Terris nostro Dominio subiectis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus pro Dei seruitio & cultu seu exaltatione Sanctæ fidei orthodoxæ, vtque ipsum hæresis detestabile crimen à dictis partibus, quibus præsidemus (si forsan alicubi vigeat, siue inoleat) valeat extirpare ad loca seu ad partes nostræ iurisdictioni subiectas, & vobis commissas declinare quãdoque valeat seu etiam proficisci, nosque velut princeps Catholicus qui de manu altissimi multa bona varioque honores recognoscimus recepisse, in prædictis & aliis quæ diuinum concernunt obsequium ipsi Deo conditori omnium

quia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit authoritas si reos læsæ Majestatis, in personis eorum& liberorum suorum exhæreditatione damnamns, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis,&Catholicæ fidei detractores prouocamur eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes & posteros vsque ad secundàm progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officiis & honoribus, Imperiali authoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis perpetuo victore tabescant: vere scientes quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint: quacunque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiaceãt innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus fratres prædicatores de ordine prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos; cæteros quoque qui ad hæretieos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri Imperij speciali defensione receptos, & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium Imperij volumus inoffensos: Vniuersitatiuestræ mãdantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque vestrum peruenerint benigne recipiatis eosdem: & personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram

Deo negotijs exequendis. Hæreticos verò, quos & ostenderint ipsi nobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant, quam merentur: cituri quod in executione ipsius negotii, gratum Deo & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri Imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis infamiam opem, & operam, vna cum eisdem fratribus præstiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ XXII. Februarij 12. Indictione.

Fredericus Dei Gratia, &c.

INcousutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio seruientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei vnitate nituntur inducere sectionem: & oues à Petri custodia, cui pascendæ à pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetudinem prætendentes ouium, uousque ouile possint subintrare Dominicũ. Hi sunt

Angeli peſſimi. Hi ſunt filij prauitatum, à patre nequitiæ & fraudis authore, ad animas ſimplices deſtinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt.
Hi ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus euomere : vt vitæ cibum miniſtrare ſe ſimulent, à cauda feriunt, & mortis poculum velut quoddam duriſſimum venenum immiſcent. Horum ſectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non ſunt notatæ nominibus : vel (quod eſt forte nefandius) non contentæ, vt vel ab Atio Ariani, vel à Neſtore Neſtoriani, aut à ſimilibus ſimiles nuncupentur : ſed in exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica Martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni. Huiuſmodi miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas diuinitatis æternæ, ſub vno contextu nequitiæ inſimul tres offendunt : Deum videlicet, proximos, & ſe ipſos. Deum, dum Dei fidem, & filium non agnoſcunt. Decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpe ſpiritualis alimoniæ, hæreticæ prauitatis oblectamenta miniſtrant. Crudelius etiam ſæuiunt in ſe ipſos, dum poſt animarum diſpendium, corpora denique ſeueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei poſſent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi ſectatores inuoluunt : & (quod eſt ipſo dictu diriſſimum) ſuperſtites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales ſibi, Deo, & hominibus ſic infeſtos continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus : tanto ipſos in-

ſtantius perſequentes, quanto in euidentiorem deluſionem fidei Chriſtianæ, prope Roman. Eccleſiam quæ caput Eccleſiarum omnium iudicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur. Adeo quod ab Italiæ finibus, præſertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorum nequitiam latius abundare, iamque vſque ad regnũ noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ riuulos deriuarunt.

Quod acerbiſſimum reputantes, Statuimus in primis, vt crimen hæreſeos, & damnatæ ſectæ cuiuſlibet, quocunque nomine cenſeantur ſectatores, (prout veteribus legibus eſt indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læſæ Maieſtatis noſtræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ Maieſtatis iniuriam noſcitur attentatum, quamuis iudicij poteſtate, alterum alteri nõ excellat. Nam ſicuti perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum, & bona, & damnat poſt obitum memoriam defunctorum: ſic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obſeruari.

Et vt ipſorum nequitia, cui (quia Dominum nõ ſequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam deferente inueſtigari volumus diligenter huiuſmodi ſcelerum patratores, & per officiales noſtros ſicut & alios malefactores inquiri, ac Inquiſitione notatos, & ſi leuis ſuperſtitionis argumento tangantur, à vitis Eccleſiaſticis, & Prælatis examinari iubemus. Per quos ſi iuuenti fuerint à fide Catholica ſaltem in articulo deuiare, ac per ipſos paſto-

rali more commatriti, tenebrosi diaboli relictis in-
sidiis, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erro-
ris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ
legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, al.o-
que hereticos quocunque nomine censeantur, de-
cernimus quam affectant: vt viui in conspectu ho-
minum comburantur, Flammarum commissi iudi-
cio. nec dolemus quod in hoc ipsorum satisfacimus
voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum
alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus
nemo interuenire præsumat: quod qui fecerit, in ip-
sum nostræ indignationis aculeos non immerito cō-
uertemus. Dat. Paduæ XXII. Feb. XII. Indictione.

Imperator Fredericus semper Augustus &c.

PAtarenorum receptatores, & & complices, & quocunque modo fautores, qui vt a pœna alios possint eximere, de se vel vt improuidi non formidant publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Vt ipsorum filij ad

honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ pristinæ de Imperiali clementia restitutionis beneficium integrum cõsequatur.

Incipiunt Capitula Constitutionis contra Patarenos editæ per eundem Fredericum illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Siciliæ Regem.

CAtharos, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumeisos, Passignos, Ioseppinos, Garatenses, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos, Commixtos, Vualdenses, Roncarolos, Communellos, Vuarinas, & Ortholenos, cum illis de Aquanigra, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quod filij

eorum ad ſucceſſionem peruenire non poſſint, cum longe ſit grauius aeternam, quam temporalem offendere Maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quod ſi per annum permanſerint, ex tunc eos ſicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, & conſules, ſeu Rectores, quod de terris ſuæ ditioni ſubiectis, vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt: ita quod amodo quandocunque quis fuerit in perpetuam poteſtatem, vel temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramẽto firmare: alioquin neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus ſeu conſimilibus habeantur: eorumque ſententias ex tunc decernimus inutiles & inanes.

Si vero Dominus temporalis requiſitus & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit hæret. prauitate, poſt annũ à tẽporemonitionis elapſũ, terrã ipſius exponimus catholicis occupãdã qui eam, exterminatis hæret. abſq; vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent: ſaluo iure Dominij temporalis, dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege ſeruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores

hæreticorum bannimus: Statuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad aliquod eligendos huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Quod ſi iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius inſtrumenta confecta per manum ipſius nullius penitus ſint momenti.

Adijcimus inſuper, quod hęreticus per hæreticũ conuinci poſſit: & quod Domus Patarenorum, receptatorum, & defenſorum, & fautorum, ſiue vbi docuerint, ſiue vbi alijs manus impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reſtituendæ. Datum Paduæ XXII. Februarij. XII. Indictione.

Rex Regum. Apoſtatantes à fide catholica penitus execramus, inſequimur vltionibus, bonis ſuis omnibus ſpoliamus. Et vt à profeſſione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Succeſſiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus. Dat. Perusij 11. Kalend. Nouemb. Pontificatus noſtri anno primo.

Tyb. de Cur.

Hæc omnia prædicta recepta ſunt in iure cap. vt Inquiſitionis de hæret. lib. 6.

IDEM.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Nobilibus de Vienna, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Potestis non immerito humanæ laudis præconium, diuinæq; retributionis præmium expectare, nec non Apostolicæ Sedis, & nostram beneuolentiam promereri, si vos in fauorem Catholicæ fidei exhibeatis fauorabiles, & benignos Nobilitatem itaque vestram rogamus & hortamur attentè quatenus dilectis filiis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in vestris partibus deputatis, præsentibus, & futuris, in iis quæ prauitatis extirpationem, & fidei prædictæ augmentum concernunt. X promptè assistatis consilijs, & fauoribus opportunis. Datum Auenione, Kal. Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

rum interdicto Ecclesiæ supponendis. Et in cap. Vt Inquisitionis de hæreticis lib. 6. Quocirca hoc loco subijcienda videtur forma literarum quas debet impetrare à Rege vel Principe nouiter institutus Inquisitor quæ sequitur.

N Dei gratia Rex talis Regni. Dilectis & fidelibus vniuersis, & singulis officialibus nostris, & eorum loca tenentibus vbilibet. infra Dominium nostrum constitutis & constituendis, ad quos præsentes peruenerint, salutem & dilectionem.

Cum Religiosus dilectusque noster frater. N. Ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in Regnis & Terris nostro Dominio subiectis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus pro Dei seruitio & cultu seu exaltatione Sanctæ fidei orthodoxæ, vtque ipsum hæresis detestabile crimen à dictis partibus, quibus præsidemus (si forsan alicubi vigeat, siue inoleat) valeat extirpare ad loca seu ad partes nostræ iurisdictioni subiectas, & vobis commissas declinare quãdoque valeat seu etiam proficisci, nosque velut princeps Catholicus qui de manu altissimi multa bona varioſque honores recognoscimus recepisse, in prædictis & aliis quæ diuinum concernunt obsequium ipsi Deo conditori omnium

placere, vt conuenit, plurimum cupientes, intendamus, imo & velimus omnino fauorabiles da e locũ, ipsumque Inquisitorem tanquam specialem Dei Ministrum nostris prosequi Gratiis & fauoribus opportunis: ideoque vobis & vnicuique vestrum dicimus & expresse præcipiendo mandamus sub pœna nostræ gratiæ & mercedis quatenus quotiescunque dictum fratrem N. Inquisitorem pro exercendo dictum officium ad dicta loca seu partes vobis commissas contigerit se transferre, & pro vel super prædictis sæculare brachium euocando vestrum auxilium postulare, eundem fratrem N. Inquisitorem fauorabiliter admittatis: capiendo seu capi faciendo quoscumque dictus Inquisitor de memorato facinore suspectos. diffamatos nouetit; siue etiam hæreticos quosque vobis duxerit nominandos & captos etiam detinendo: & infra iurisdictionem vestram ad locum de quo dictus Inquisitor vobis dixerit seu iniunxerit deducendo: nec non pœna debita plectendo eosdem sicut ipse decreuerit, & est fieri consuetum: si videlicet quando & quoties, & prout Inquisitor vos duxerit requirendos. Vt autem Inquisitor præfatus suum Inquisitionis officium securius & liberius exercere valeat nostro suffultus presidio & fauore Inquisitorem eundem, eius socium, ac eius notarium & familiam, res & bona eorum sub nostro speciali Guidagio, custodia, & commenda, ex nostra regali Clementia benignè recipimus cum præsenti mandantes vobis vt dictum Inquisitorem, eius socios, notarios, & familiares ac eorum res & bona ab omnibus guidagiis, datiis, portubus, ac ab aliis oneribus & grauaminibus liberos & expeditos esse

faciatis, non permittentes eos pro huiuſmodi aliquid ſoluere, aut eis damnum aliquod à quocunque inferri, ſiue perſonis, ſiue pro rebus: quin imo prouideatis eiſdem de ſecuris tranſitum portu ac cuſtodia, aut Guidagio, ſicut per eundem Inquiſitorem fueritis requiſiti.

Hæ literæ communiter ab omnibus Principibus & omnibus Inquiſitoribus dantur, quæ priuilegia in ipſis contenta exemptionum & immunitatum ſatis videntur colligi ex l. Federici imperatoris Commiſſi nobis. ſupra relata.

GVILLERMVS

Miseratione Diuina titulo S. Stephani, in Cœlio Monte Presbyter Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus : ad futuram rei memoriam.

DVdum sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus Clemens diuina prouidentia Papa VII. Nos ad regnum Bohemiæ, & nonnullas Alemanniæ & alias prouincias, partes, & terras commissio nobis in eis plenæ legationis officio destinauit postmodum verò nuper pro parte dilecti nobis in Christo Rectoris Parrochialis Ecclesiæ sancti Anatholij in loco de Salinis Bisuntinæ di-

æceſis ad noſtram notitiam deducto, quod in eodem loco de Salinis quidem ſeruabatur abuſus, videlicet quod pro pecuniario debita pro quo erant interdum habitatores & incolæ, ſiue parochiani parochiæ dictæ parochialis Eccleſiæ, vel dicti loci de Sal. inter ſe, ſeu alijs perſonis obligati, ſi ipſi obligati ſunt, non ſoluiſſent creditoribus in termino ſeu terminis ad hoc ſtatutis ſæpe contingebat locum, parochiam, & Eccleſiam prædictos per nonnullos iudices tam ordinarios, quam Apoſtolicos delegatos contra conſtitutionem fœlicis recordationis Domini Bonifacij Papæ. VII. quæ incipit: Prouidè attendentes. Eccleſiaſtico ſupponi interdicto, quamuis de facto, ex quo cultus diminuebatur diuinus, fidelium tepeſcebat deuotio, & multiplicabantur pericula animarum. Nos attendentes quod talis abuſus à iure reprobatus, tolerandus non erat volenteſque propterea prouidere authoritate Apoſtolica quibuſcunque iudicibus, tam ordinarijs, quam Apoſtolicis delegatis per noſtras

certi tenoris literas districtius inhibuim⁹ ne ex tunc in antea pro pecuniario debito seu pro cuiusuis monetæ vel pecuniæ quantitate, quacunque occasione vel causa, seu quouis quæsito colore in dicta parochiali Ecclesia seu eius parochia interdictum apponere, vel proferre præsumerent: quod si forsam tale interdictum fuisset appositum, vel imposterum apponi cõtingeret in Ecclesia parochia, & in loco de Salinis præd. & eccles. eiusd. per quoscunque tales iudices, illud ex tunc in quantum concernebat seu concerneret parochialem ecclesiam, & eius parochiam prædictos penitus reuocauimus, annullauimus, cassauimus, & decreuimus non tenere: inhibentes etiam districtius Rectori dictæ parochialis ecclesiæ, & parochianis eiusdem, quibuscumque alijs, ne in eisdem ecclesiæ & parochia tale interdictum seruarent quouis modo, vel admitterent, nisi talis suppositio interdicti facta foret vel fieret de Apostolicæ sedis licentia speciali & expressa per ipsius sedis patentes literas apparente: dantes per easdem nostras literas, certis per

nos deputatis, executoribus in mandatis, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium, seu alios quoties oportunum foret huiusmodi iudices quoscunque ab appositione talis interdicti in præfatis ecclesia, vel parochia. aut quod ipsas ecclesiam, vel parochiam concerneret, iuxta prædictæ inhibitionis nostræ tenorem, auctoritate prædicta & nostra desistere facerent penitus & cessare. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, prout in eisdem nostris literis plenius continetur. Cum autem sicut subsequenter pro parte dilecti nobis in Christo fratris Henrici Chadim Ordinis fratrum Prædicatorum in Bisuntinensi & nonnullis aliis ciuitatibus & diœcesi Inquisitoris hæreticæ prauitatis nobis exhibita petitio continebat in præfato loco de Salinis, & nonnullis aliis locis suæ Inquisitionis, sunt nonullæ personæ vtriusque sexus, contra quas etiam pro debitis pecuniarijs, & eorum occasione pro contumacijs, vel alias excommuni-

cutas, & aggrauatas, huiuſmodi pœnas & ſententias contemnentes & tandiù ſuſtinentes: & induratas in animarum ſuarum periculum tanquam de fide ſuſpectas oportet per dictum Inquiſitorem procedere, & procedendo pro ſui officio eas facere euitari, & interdicere etiam loca, in quibus fuerat vel fuerit opportunum, quæ in cooperimentum ſui erroris allegant proceſſus per eundem Inquiſitorem factos, per dictas noſtras literas, vel alias conſimiles, fuiſſe reuocatos ipſumque contra eos eiſdem noſtris literis obſtantibus, in caſibus ſimilibus non poſſe procedere. Quare pro parte ipſius Inquiſitoris, fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt prouidere ſuper hoc authoritate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque volentes talium malitijs obuiare ipſius Inquiſitoris ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica qua fungimur, tenore præſentium, declaramus noſtræ intentionis nõ fuiſſe, nec eſſe per reuocationem quorumcumque interdictorum, aut inhibitionem de non

apponendo interdictũ per iudices quoſcunque vel de non ſeruando interdicta huiuſmodi per dictas, aut quaſcunque alias noſtras literas ad inſtantiam quorumcunque factas vel fiendas, impedire præfatum Henricum aut quoſcunque illos Inquiſitores hæreticæ prauitatis, quominus potuerint & poſſint liberè & licitè contra omnes & ſingulos ſuſpectos de fide de iure cenſendi fuerant vel fuerint, procedere, prout de iure, vel conſuetudine fuerit procedendum, ac ſi reuocatio interdictorum & inhibitio huiuſmodi per dictas aut alias noſtras quaſcunque literas factæ minimè extitiſſent vel forent nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum in loco de Poligniaco Biſuntinæ Diœceſis, Idib. Ianuarij. Pontificatus dicti Domini noſtri Papæ Anno ſeptimo.

ANNOTATIO

Y *Et interdicere etiam loca &c.* Inquisitorem posse excommunicare, suspendere & interdicere satis supra decla ratum est, non autem in casu, de quo hic, in quo per delegatos, non intelligendos esse Inquisitores credo: quia hic Inquisitor fuit vir, qui non ignorabat, hoc sibi non competere: Errabant autem alij, qui putabant se à iurisdictione Inquisitoris vigore huius diplomatis exemptos, sicut declarat illustrissimus, & Reuerendissimus ipsius auctor. Viguit vero & floruit Inquisitio in hac diœcesi à sua institutione, vsque ad illos annos, quãdo autem incœperit tepescere, & quare, scio, sed rationabiliter sileo: det Deus vt iterum reflore- & requi-

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei ad perpetuam rei memoriam.

INter ceteras ſolicitudines quibus ratione noſtri Paſtoralis officij aſſiduè angimur, illa potiſſimum mentem noſtrã continuâ pulſat inſtantiâ vt hæreſibus quæ hoc tempore peccatis exigentibus in dies latinus ſerpere dignoſcuntur totis viribus reſiſtamus, & hæreticæ prauitatis Inquiſitores, ne pro defectis temporalis ſubſtantiæ in eorum officij executione retardentur aut alias quomodolibet impediantur, congruum & decens conſequãtur ſubſidium: hinc eſt quod nos, qui dudum inter alia volumus quod ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſt, cupientes pro noſtræ ſeruitutis apoſtolicæ vigilantia officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis Ciuitatis & diœceſis Biſuntinæ ac totius Comitatus Burgundiæ vt manu teneri ac dilecti filij eiuſdem officij Generalis Inquiſitor & Procurator fiſcalis ac alij Miniſtri commo-

Rex Regum. Apoſtatantes à fide catholica penitus execramus, inſequimur vltionibus, bonis ſuis omnibus ſpoliamus. Et vt à profeſſione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Succeſſiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus. Dat: Peruſij 11. Kalend. Nouemb. Pontificatus noſtri anno primo.

Tyb. de Cur.

Hæc omnia prædicta recepta ſunt in iure cap. vt Inquiſitionis de hæret. lib. 6.

IDEM.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Nobilibus de Vienna, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Potestis non immerito humanæ laudis præconium, diuinaq; retributionis præmium expectare, nec non Apostolicæ Sedis, & nostram beneuolentiam promereri, si vos in fauorem Catholicæ fidei exhibeatis fauorabiles, & benignos Nobilitatem itaque vestram rogamus & hortamur attentè quatenus dilectis filiis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in vestris partibus deputatis, præsentibus, & futuris, in iis quæ prauitatis extirpationem, & fidei prædictæ augmentum concernunt. X promptè assistatis consilijs, & fauoribus opportunis. Datum Auenione, Kal. Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

rum interdicto Ecclesiæ supponendis. Et in cap. Vt Inquisitionis de hæreticis lib. 6. Quocirca hoc loco subijcienda videtur forma literarum quas debet impetrare à Regevel Principe nouiter institutus Inquisitor quæ sequitur.

N Dei gratia Rex talis Regni. Dilectis & fidelibus vniuersis, & singulis officialibus nostris, & eorum loca tenentibus vbilibet. infra Dominium nostrum constitutis & constituendis, ad quos præsentes peruenerint, salutem & dilectionem.

Cum Religiosus dilectusque noster frater. N. Ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in Regnis & Terris nostro Dominio subiectis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus pro Dei seruitio & cultu seu exaltatione Sanctæ fidei orthodoxæ, vtque ipsum hæresis detestabile crimen à dictis partibus, quibus præsidemus (si forsan alicubi vigeat, siue inoleat) valeat extirpare ad loca seu ad partes nostræ iurisdictioni subiectas, & vobis commissas declinare quãdoque valeat seu etiam proficisci, nosque velut princeps Catholicus qui de manu altissimi multa bona varioſque honores recognoscimus recepisse, in prædictis & aliis quæ diuinum concernunt obsequium ipsi Deo conditori omnium

placere, vt conuenit, plurimum cupientes, intenda-
mus, imo & velimus omnino fauorabiles da e locu,
ipsumque Inquisitorem tanquam specialem Dei
Ministrum nostris prosequi Gratiis & fauoribus op-
portunis: ideoque vobis & vnicuique vestrum dici-
mus & expresse præcipiendo mandamus sub pœna
nostræ gratiæ & mercedis quatenus quotiescunque
dictum fratrem N. Inquisitorem pro exercendo di-
ctum officium ad dicta loca seu partes vobis com-
missas contigerit se transferre, & pro vel super præ-
dictis sæculare brachium euocando vestrum auxili-
um postulare, eundem fratrem N. Inquisitorem fa-
uorabiliter admittatis: capiendo seu capi faciendo
quoscumque dictus Inquisitor de memorato facino-
re suspectos. diffamatos nouetit; siue etiam hæreti-
cos quosque vobis duxerit nominandos & captos et-
iam detinendo: & infra iurisdictionem vestram ad
locum de quo dictus Inquisitor vobis dixerit seu in-
iunxerit deducendo: nec non pœna debita plecten-
do eosdem sicut ipse decreuerit, & est fieri consue-
tum: si videlicet quando & quoties, & prout Inqui-
sitor vos duxerit requirendos. Vt autem Inquisitor
præfatus suum Inquisitionis officium securius & li-
berius exercere valeat nostro suffultus presidio & fa-
uore Inquisitorem eundem, eius socium, ac eius no-
tarium & familiam, res & bona eorum sub nostro
speciali Guidagio, custodia, & commenda, ex no-
stra regali Clementia benignè recipimus cum præ-
senti mandantes vobis vt dictum Inquisitorem, eius
socios, notarios, & familiares ac eorum res & bona
ab omnibus guidagiis, datiis, portubus, ac ab aliis
oneribus & grauaminibus liberos & expeditos esse

faciatis, non permittentes eos pro huiuſmodi aliquid ſoluere, aut eis damnum aliquod à quocunque inferri, ſiue perſonis, ſiue pro rebus: quin imo prouideatis eiſdem de ſecuris tranſitum portu ac cuſtodia, aut Guidagio, ſicut per eundem Inquiſitorem fueritis requiſiti.

Hæ literæ communiter ab omnibus Principibus & omnibus Inquiſitoribus dantur, quæ priuilegia in ipſis contenta exemptionum & immunitatum ſatis videntur colligi ex l. Federici Imperatoris Commiſſi nobis. ſupra relata.

GVILLERMVS

Miseratione Diuina titulo S. Stephani, in Cœlio Monte Presbyter Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus : ad futuram rei memoriam.

DVdum sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus Clemens diuina prouidentia Papa VII. Nos ad regnum Bohemiæ, & nonnullas Alemanniæ & alias prouincias, partes, & terras commisso nobis in eis plenæ legationis officio destinauit postmodum verò nuper pro parte dilecti nobis in Christo Rectoris Parrochialis Ecclesiæ sancti Anatholi, in loco de Salinis Bisuntinæ di-

æceſis ad noſtram notitiam deducto, quod in eodem loco de Salinis quidem ſeruabatur abuſus, videlicet quod pro pecuniario debita pro quo erant interdum habitatores & incolæ, ſiue parochiani parochiæ dictæ parochialis Eccleſiæ, vel dicti loci de Sal. inter ſe, ſeu alijs perſonis obligati, ſi ipſi obligati ſunt, non ſoluiſſent creditoribus in termino ſeu terminis ad hoc ſtatutis ſæpe contingebat locum, parochiam, & Eccleſiam prædictos per nonnullos iudices tam ordinarios, quam Apoſtolicos delegatos contra conſtitutionem fœlicis recordationis Domini Bonifacij Papæ. VII. quæ incipit: Prouidè attendentes. *Eccleſiaſtico ſupponi interdicto, quamuis de facto, ex quo cultus diminuebatur diuinus, fidelium tepeſcebat deuotio, & multiplicabantur pericula animarum. Nos attendentes quod talis abuſus à iure reprobatus, tolerandus non erat volenteſque propterea prouidere authoritate Apoſtolica quibuſcunque iudicibus, tam ordinarijs, quam Apoſtolicis delegatis per noſtras*

certi tenoris literas districtius inhibuim⁹ ne ex tunc in antea pro pecuniario debito seu pro cuiusuis monetæ vel pecuniæ quantitate, quacunque occasione vel causa, seu quouis quæsito colore in dicta parochiali Ecclesia seu eius parochia interdictum apponere, vel proferre præsumerent: quod si forsam tale interdictum fuisset appositum, vel imposterum apponi cõtingeret in Ecclesia parochia, & in loco de Salinis præd. & eccles. eiusd. per quoscunque tales iudices, illud ex tunc in quantum concernebat seu concerneret parochialem ecclesiam, & eius parochiam prædictos penitus reuocauimus, annullauimus, cassauimus, & decreuimus non tenere: inhibentes etiam districtius Rectori dictæ parochialis ecclesiæ, & parochianis eiusdem, quibuscumque alijs, ne in eisdem ecclesiæ & parochia tale interdictum seruarent quouis modo, vel admitterent, nisi talis suppositio interdicti facta foret vel fieret de Apostolicæ sedis licentia speciali & expressa per ipsius sedis patentes literas apparente: dantes per easdem nostras literas, certis per

nos deputatis, executoribus in mandatis, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium, seu alios quoties oportunum foret huiusmodi iudices quoscumque ab appositione talis interdicti in præfatis ecclesia, vel parochia. aut quod ipsas ecclesiam, vel parochiam concerneret, iuxta prædictæ inhibitionis nostræ tenorem, auctoritate prædicta & nostra desistere facerent penitus & cessare. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, prout in eisdem nostris literis plenius continetur. Cum autem sicut subsequenter pro parte dilecti nobis in Christo fratris Henrici Chadim Ordinis fratrum Prædicatorum in Bisuntinen sie & nonnullis aliis ciuitatibus & diœcesi Inquisitoris hæreticæ prauitatis nobis exhibita petitio continebat in præfato loco de Salinis, & nonnullis aliis locis suæ Inquisitionis, sunt nonullæ personæ vtriusque sexus, contra quas etiam pro debitis pecuniarijs, & eorum occasione pro contumacijs, vel alias excommuni-

cutas, & aggrauatas, huiuſmodi pœnas & ſententias contemnentes & tandiù ſuſtinentes: & induratas in animarum ſuarum periculum tanquam de fide ſuſpectas oportet per dictum Inquiſitorem procedere, & procedendo pro ſui officio eas facere euitari, & interdicere etiam loca, in quibus fuerat vel fuerit opportunum, quæ in cooperimentum ſui erroris allegant proceſſus per eundem Inquiſitorem factos, per dictas noſtras literas, vel alias conſimiles, fuiſſe reuocatos ipſumque contra eos eiſdem noſtris literis obſtantibus, in caſibus ſimilibus non poſſe procedere. Quare pro parte ipſius Inquiſitoris, fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt prouidere ſuper hoc authoritate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque volentes talium malitijs obuiare ipſius Inquiſitoris ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica qua fungimur, tenore præſentium, declaramus noſtræ intentionis nõ fuiſſe, nec eſſe per reuocationem quorumcumque interdictorum, aut inhibitionem de non

apponendo interdictũ per iudices quoſcunque vel de non ſeruando interdicta huiuſmodi per dictas, aut quaſcunque alias noſtras literas ad inſtantiam quorumcunque factas vel fiendas, impedire præfatum Henricum aut quoſcunque illos Inquiſitores hæreticæ prauitatis, quominus potuerint & poſſint liberè & licitè contra omnes & ſingulos ſuſpectos de fide de iure cenſendi fuerant vel fuerint, procedere, prout de iure, vel conſuetudine fuerit procedendum, ac ſi reuocatio interdictorum & inhibitio huiuſmodi per dictas aut alias noſtras quaſcunque literas factæ minimè extitiſſent vel forent nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum in loco de Poligniaco Biſuntinæ Diœceſis, Idib. Ianuarij. Pontificatus dicti Domini noſtri Papæ Anno ſeptimo.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei ad perpetuam rei memoriam.

INter ceteras ſolicitudines quibus ratione noſtri Paſtoralis officij aſſiduè angimur, illa potiſſimum mentem noſtrã continuâ pulſat inſtantiâ vt hæreſibus quæ hoc tempore peccatis exigentibus in dies latinus ſerpere dignoſcuntur totis viribus reſiſtamus, & hæreticæ prauitatis Inquiſitores, ne pro defectis temporalis ſubſtantiæ in eorum officij executione retardentur aut aliàs quomodolibet impediantur, congruum & decens conſequãtur ſubſidium: hinc eſt quod nos, qui dudum inter alia volumus quod ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſt, cupientes pro noſtræ ſeruitutis apoſtolicæ vigilantia officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis Ciuitatis & diœceſis Biſuntinæ ac totius Comitatus Burgundiæ vt manu teneri ac dilecti filij eiuſdem officij Generalis Inquiſitor & Procurator fiſcalis ac alij Miniſtri commo-

dius ſuſtentari valeant, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere, ac gratiam facere ſpecialem motu proprio & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine officio prædicto penſionem annuam ab omni decima quarta medietate, & quauis alia fructuum parte nec non ſubſidio etiam charitatiuo, & quocunque alio tam ordinario qnàm extraordinario quomodolibet nuncupate ouere, quauis etiam Apoſtolica vel ordinaria ſeu regia vel imperiali auctoritate ſeu poteſtate, & etiam ex quacunque etiam quantumuis vrgentiſſima & neceſſariò exprimenda ſeu etiam ſpeciali nota digna cauſa, ac etiam pro Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, cruciata ſanctæ expeditione contra fideles & hæreticos, ac ſuſtentatione Claſſis triremium etiam Regni Hiſpaniarum, necnon Eccleſiaſtico puerorum ſeminario etiam iuxta formam Concilij Tridentini erecto vel erigendo etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Baronum, vel aliorum Principum inſtantiam ſeu illorum contemplatione & intuita, ac etiam moto ſimili & aliàs quomodolibet canonicè vel de facto nunc & pro tempore impoſitis, etiam ſi in impoſitionibus huiuſmodi caueatur expreſſe, quod penſionarij pro rata penſionum ſuarum etiam quantumuis exemptarum contribuere teneantur. Quam ratam dilectus Filius Claudius Electus Biſuntinus tam ſuo, qnam ſucceſſorum ſuorum infraſcriptorum nominibus de ſuo & eorum proprio ſoluere promittit ac omne & totum id quod propterea ſoluerit, vel ſoluerint & nunc pro vt extunc & econtrà officio illiuſque Inquiſitori, Procuratori, & Miniſtris præfatis generosè & irreuocabiliter etiam donatione pura, perpetua, & irreuocabili, quæ dicitur fieri inter viuos perpetuo valitura donat & remittit, ac donatum & remiſſum eſſe vult & fore promittit, nec non belli peſtis, incendij,

grandinis, tempestatis siccitatis, alluuionis, inundationis aquarum, depredationis, sterilitatis, & cuiusuis alterius amissionis fructuum etiam omnium, incursus militum, & quibusuis alijs etiam inexcogitabilibus, ac euenire non solitis casibus & euentibus pro tempore contingentibus etiã quantumcunque miserabilibus & siniſtris, ac alias in omnibus & Y per omnia liberam immunem, & exemptam ducentorum scutorum auri in auro summam quingentorum Francorum monetæ illarum partium constituentium super Mensæ Archiepiscopalis Bisuntinæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus, ac emolumentis vniuersis, etiam si super illis aliæ pensiones annuæ aliis personis assignatæ existant officio ac Inquisitori, Procuratori & Ministris præfatis eorumque Procuratoribus legitimis per eundem Claudium electum cuius pro singulari & eximia eius erga dictum sacrum Inquisitionis officium deuotione expressus ad hoc accedit assensus, & successores suos ipsius Ecclesiæ Præsules seu Administratores pro tempore existentes annis singulis in Ciuitate Bisuntina pro vna videlicet in Beati Ioannis Baptistæ à proximè [illegible] ra incipiendo, & altera medietatibus pensiones per præsentes huiusmodi in Domini nostri Iesu Christi natiuitatum festiuitatibus etiam præsentibus eidem Claudio Electo, qui illas ex nunc pro sibi legitimè intimatis habere vult & intendit minimè intimatis integrè donec & quo vsque eidem officia pro illius manutentione vnum, duo, tria, quatuor, & tot Beneficia Ecclesiastica cuius seu quorum fructus, redditus, & prouentus ad ducenta scuta auri huiusmodi secundum eandem extimationem, valorem annuum ascendant realiter & cum effectu vniantur & incorporentur aut vna, due, tres, quatuor, & tot aliæ pensiones annuæ vsque ad dictam summam ducentorum scutorum

annuatim ascendentes reseruentur, constituantur & assignentur ac non vlterius persoluendam Apostolica Authoritate prædicta, tenore præsentium reseruamus, constituimus, & assignamus decernentes quod in euentum in quem eidem officio de aliquo seu aliquibus beneficiis Ecclesiasticis prouideatur, seu aliqua vel aliquæ pensiones annuæ simul vel successiuè ac semper & quandocunque sibi reseruetur & assignetur tunc & eo casu pensio super fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus & emolumentis Mensæ Archiepiscopalis Bisuntinæ huiusmodi per præsentes reseruata in totum vel in partem pro rata valoris beneficij seu beneficiorum, aut alterius vel aliarum pensionum prædictarum cassata & extincta sit & esse censeatur: nec non Claudium Electum & successores præfatos ad integram solutionem pensionis per præsentes reseruatæ huiusmodi eidem officio facienda iuxta reseruationis constitutionis & assignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos ac valentes, & eadem auctoritate statuentes quod si Claudius Electus, aut aliquis ex eius successoribus prædictis in dictis festiuitatibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediatè sequentes pensionem eidem officio per præsentes reseruatam prædictam per eum tunc debitam non persoluerit cum effectu lapsis diebus eisdem illi ingressus Ecclesiæ interdictus existat, cuius interdicti relaxationem is donec officio vel procuratori suo prædicto de pensione huiusmodi tunc debita integrè satisfactum, aut alias secum vel cum dicto procuratore suo super hoc amicabiliter concordatum fuerit præterquam in mortis articulo constitutus obtinere nequat. si vero per sex menses dictos triginta dies immediatè sequentes sub interdicto huiusmodi animo, quod absit, permanserit indurata, ex tunc effluxit mensibus ipse regimine & administratione

Ecclesiæ Bisuntinæ huiusmodi suspensus existat eo ipso. Caterum vt dicta mensa Archiepiscopalis Bisuntina ab onere pensionis huiusmodi quanto citius fieri poterit liberetur vnum, duo, trio quatuor & tot sine cura & personalem residentiam non requirentia beneficia Ecclesiastica sæcularia vel quorumuis etiam Cistercienſium & Cluniacenſium, aliorumque ordinum sæcularium aut mixtim in Ciuitate & Diœcesi Bisuntina, ac toto Comitatu Burgundiæ prædictis vbilibet consistentia ad collationem, prouisionem, præsentationem, institutionem, electionem vel quãuis aliam dispositionem tam Archiepiscopi & Capituli Bisuntini coniunctim vel diuisim, quam quorumcunque aliorum collatorum & collatricium sæcularium, & quorũuis ordinum sæcularium quomodolibet spectantia & pertinentia, cuius seu quorum Insimul fructus, redditus, & prouentus vsque ad summam ducentorum scutorum similium secundum extimationem prædictam valoremque annuum ascendant, etiamsi sæcularia beneficia huiusmodi Prioratus, præpositura, præpositatus vel officia aut alias quomodolibet qualificata fuerint, quod seu quæ primo per cessum, non tamen in nostris aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum manibus, vel decessum aut priuationem seu quamuis aliam dimissionem vel amissionem illa nunc & pro tempore in tantum commendam administrationem, aut alias quomodolibet obtinensium, seu etiam per commendæ cessationem, aut vnionis huiusmodi dissolutionem, vel alias quomodolibet ac etiam in quibuscunque Mensibus tam nobis & Romano Pontifici pro tempore existenti, ac Apostolicæ Sedi etiam per nostras & quas uis alias Constitutiones Apostolicas, ac etiam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas & edendas, ac alias quomodolibet reseruatis & reseruandis, necnon etiam Archiepiscopo

Bisuntinensi aliisque ordinarijs collatoribus & collatricibus præfatis, etiam per easdem seu aliàs Constitutiones & Regulas Apostolicas, aut literas alternatiuarum, & quæcunque alia priuilegia & indulta, ac alias quomodolibet concessis hactenus & in posterum concedendis, ac aliàs semper & quomodocunque nec non vbicunque, non tamen apud dictam Sedem Apostolicam ac tam in Rom. Curia, quam extra eam vbilibet vacare contigerit, seu illa iam forsan an præsens vacantia ex nunc prout extunc & econtra: etiam si tanto tempore vacauerint, quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij ad Sedem eandem legitimè deuoluta, ipsaq; Beneficia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel etiam ratione nostræ aut prædecessorum vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum aut cuiuscunque seu quorumcunque S. Rom. Eccl. Cardinalium defunctorum familiaritatis, continuæ commensalitatis, aut alias ex quauis causa generaliter reseruata existãt & ad prioratus, præpositatus, præposituras vel officia huiusmodi consueuerint qui per electionem assumi eisque cura Iurisdictionalis immineat, super eis quoque inter aliquos eis cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa cum annexis, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis vniuersis eidem officio: Itaquod liceat illius Inquisitori, Procuratori, & Ministris præfatis per se aliũ seu alias dicti officij nomine corporalem, realem, & actualem possessionem vacantium seu vacaturorum beneficiorũ huiusmodi propria Authoritate liberè apprehendere & perpetuo retinere, eisdem Beneficiis per se ipsos vel eorum aliorum seu quoscunque alios Presbyteros seu Capellanos seculares ad eorum liberum nutum ponendos & amouendos in diuinis deseruire vel deseruiri, & exercere ri aliaque

que desuper necessaria & opportuna facere: nec non fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque beneficiorum & annexorum eorundem percipere, exigere, leuare, arrendare, locare, dislocare, ac in suos vsus & vtilitatem conuertere diœcesani loci vel cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisitâ, eisdem auctoritate & tenore etiam perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus: & insuper quod si forsan antequam vniones, annexiones, & incorporationes huiusmodi vsque ad summam ducentorum scutorum auri in auro predictorum in toto vel in parte sum sortiantur effectum, aliquod seu aliquia beneficia Ecclesiastica sæcularia vel regularia, sic vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificata ac quæcunque existentia in Ciuitate diœcesi & Comitatu predictis, etiam vt præfertur, aut alias quomodolibet & vbilibet ac quantacunque, & in quibuscunque mensibus, nec non tam in dicta Curia, quàm extra eam, ac alias vt supra simul vel successiuè vacare contigerit, ad supradictorum vel quorumcunque aliorum collatorum prouisionem, collationem, aut quamuis aliam dispositionem quomodolibet spectantia & pertinentia, cuius seu quorum cuiuslibet diuisim fructus, redditus, & prouentus ducentorum scutorum similium secundum estimationem eandem, valorem annuum in quantacunque siue magna siue parua quantitate excedant, tunc & eo casu similiter ex nunc prout extunc & è contra eidem officio pensionem seu pensiones annuas, perpetuas, & inextinguibiles modo & forma pramissis liberas, immunes, & exemptas vsque ad dictam summam seu complementum summæ dictorum ducentorum scutorum auri in auro annuatim ascendentes

superſimilium beneficiorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuerſis, etiam ſi ſuper illis aliæ penſiones annuæ aliis perſonis nunc ſint ſeu pro tempore aſſignatæ fuerint pro illa videlicet rata parte, quæ vnà cum aliis ſi quæ ſint penſionibus annuis medietatem fructuum, reddituum, & prouentuum cuiuſlibet beneficiorum huiuſmodi non excedant. Itaquod ſi duorum vel plurium huiuſmodi Beneficiorum vacatio inſimul occurrat, penſio ſeu penſiones huiuſmodi ſuper illarum fructibus, redditibus, & prouentibus proportionabiliter iuxta illorum quantitatem aſſignata ſit & eſſe cenſeatur officio, illiuſque Inquiſitori, Procuratori, & Miniſtris præfatis vel eorum procuratoribus legitimis, per illum vel illos, cui ſeu quibus de tali ſeu talibus beneficiis Eccleſiaſticis ſic vacantibus ſeu vacaturis Apoſtolica, vel ordinaria, ſeu quauis alia auctoritate prouideri aut commendam vel adminiſtrationem fieri contigerit, eorumque ſucceſſores beneficia huiuſmodi in titulum, commendam, adminiſtrationem, & alias quomodolibet pro tempore obtinentes annis ſingulis in terminis & loco ſupradictis etiam præſentibus ſeu aliis literis deſuper conficiendis illis, qui eas ſimiliter pro ſibi legitimè intimatis habere debeant & teneantur minime intimatis ſub excommunicationis ſententia, & deinde priuationis pœna ſuperius expreſſis integrè & in perpetuum perſoluendam auctoritate predicta, ac motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus perpetuo ſimiliter reſeruamus, conſtituimus, aſſignamus, ac etiam pro ipſius officii dote applicamus, concedimus, & appropriamus: ac præſentes lite-

ras de ſubreptionis vel obreptionis ſeu nullitatis vitio aut intentionis noſtræ, vel quouis alio defectu notari vel impugnari, ſeu etiam per nos aut ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices vel Sedem reuocari, ſiſpendi, alterari, vel alias, quomodolibet infringi ſeu eis in aliquo derogari nullatenus vnquam poſſe, ſed ſemper validas & efficaces exiſtere, ac ſuos plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter perpetuo reſpectiuè obſeruari, ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque iudices & commiſſarios quauis auctoritate fungentes ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis Auctoritate, ſcienter vel ignoranter attemari contigerit irritum & inane decernimus, diſtrictius, inhibentes quibuſcumque tribunalibus, iudicibus, & perſonis Eccleſiaſticis & ſæcularibus quauis auctoritate fungentibus, vbilibet conſtitutis ac cuiuſcunque ſtatus gradus, ordinis & conditionis exiſtant in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ, ac indignationis noſtræ eoipſo ſi & quoties contra itum fuerit incurrendis pœnis, ne præmiſſis vel eorum aliquem contrauenire, vel contradicere, aut officium illiuſque Inquiſitorem, Procuratorem & miniſtros præfatos eorumque agentes deſuper quomodolibet moleſtare, perturbare, vel impedire publice vel occultè directe vel indirecte quouis quæſito colore prætextu, vel ingenio per ſe, vel alium ſeu alias audeant ſeu præſumant. Quocirca dilectis filiis Biſuntinis, & Beatæ Mariæ de

Dola, ac Sancti Hyppoliti de Poligniaco Bisuntinæ diœcesis Ecclesiarum Decanis, per Apostolica scripta motu simili Mandamus: quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra pensionem ducentorum scutorum eidem officio reseruatam prædictam sibi, illiusque Inquisitori, Procuratori, Ministris prædictis vel Procuratori suo præfato iuxta reseruationis, constitutionis, & assignationis, ac decreti prædictorum continentiam & tenorem integrè persolui, necnon præsentes literas & in eis contenta quæcunque cui & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Inquisitoris, Procuratoris, & Ministrorum prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes ac faciant officium eiusque Inquisitorem procuratorem, & Ministros præfatos dicta vnione, annexione, & incorporatione, aliisque præmissis iuxta præsentium tenore pacificè frui, vti & gaudere faciant: ac si Inquisitori Procuratori, & Ministris prædictis videbitur illos, vel eorum procuratorem pro illis in corporalem, realem, & actualem possessionem beneficij, seu beneficiorum vacantium, seu vacaturorum huiusmodi, & annexorum, iuriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem ac facientes illos vel pro eis procuratorem prædictum ad beneficium seu ad beneficia huiusmodi, vt est moris, admitti, sibique de illius vel illorum fructibus. redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus vniuersis integre responderi contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas Ecclesiasticas aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione

postposita, compescendo, nec non legitimis super his habendis seruatis processibus censuras & pœnas ipsas quoties opus fuerit aggranando, interdictum Ecclesiasticum imponendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus priore voluntate nostra predicta, & Lateranensis Concilii nouissimè celebrati pensiones annuas super fructibus Mensarum Archiepiscopalium nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reseruari, ac etiam vniones perpetuas nisi in casibus à iure permissis fieri prohibentis, & de præstando consensu in pensionibus ac Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris nostri, qua cauebat, ne quis extra suam Ciuitatem vel diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede predicta deputata extra Ciuitatem vel diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij vel aliis vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo non vltra tres dietas aliquis vigore præsentium non extrahatur, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, & Ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegiis quoque indultis & literis Apostolicis eisdem Ecclesiis ac illarum capitulis, superioribus, & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis ac cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in gene-

rr vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, approbatis, & confirmatis: quibus omnibus & ſingulis etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica & indiuidua mentio ſeu quauis ALIA EXPRESSIO HABENDA *aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſsis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dicta Sedis, vel legatorum eius literas impetrauit etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, ſenſi Claudio Electo & ſucceſſoribus præfatis, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quod ad præſtationem vel ſolutionem penſionis alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, quas quidem literas & proceſſus habitos per eaſdem & inde ſecuta quæcunque ad dicta vacantia ſeu vacatura beneficia volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuſlibet aliis priuilegiis, indultis & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quoruncunque tenorum exiſtunt per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quoruncunque totis tenoribus de*

verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis: proviso quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi dicta beneficia vacantia seu vacatura debitis non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis, constitutionis, assignationis, vnionis, annexionis, incorporationis, applicationis, concessionis, applicationis voluntatis, statuti, mandati, derogationis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo decimo ſeptimo Octobris Pontificatus noſtri anno Tertio.

CÆ GLORIERIVS.

Pro Domino Summiſta Ludouicus Ripa.

Supra plicaturam inferiorem.

IA. GERBER.

Locus † Bullæ plumbeæ pendentis.

A TERGO BVLLÆ HÆC SEQVVNTVR.

Anno Domini, à Natiuitate milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo die vndecima Septembris Reuerendiſſimus Dominus Claudius præſens retroactæ reſeruationi ac literarum expeditioni conſenſu iurauit.

CÆ. CAPELLVS.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, indictione vndecima, die verò vigeſima ſeptima Menſis Octobris Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Pij diuina Prouidentia PP. quinti, Anno tertio retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ præſentatæ, intimatæ, inſinuatæ, & notificatæ fuerunt Reuerendiſſimo in Chriſto Patri & D. Domino Claudio à Bauma moderno Archiepiſcopo Biſuntino Romæ in Palatio ſuæ ſolitæ habitatio-

nis præsentialiter inuento, & apprehenso, easdem retroscriptas literas & omnia in eis contenta ad notitiam suæ Reuerendissimæ Dominationis deducendo: qui se de illis informatum esse asseruit, & pro intimatis haberi voluit, & acceptauit quare copiam earundem sibi oblatam habere non curauit per me Ioannem Bornotum prælibati sanctissimi Domini nostri Papæ & Sanctæ Sedis Apostolicæ Cursorem.

Alexander Æstancollus,
Magister Curiæ.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

ANNOTATIO

Z *Per omnia liberam, immunem, & exemptam ducentorum ſcutorum, &c.*

Penſio quam Summi Pontifices Inquiſitoribus ordinariè prouiderunt, & quam ſub pœna excommunicationis incurrenda tenentur Ordinarij ſoluere intra dies triginta poſt terminum completum, eſt ducentorum ſcutorum auri in auro: quod ſi Epiſcopus excommunicetur niſi ſoluat intra illos dies triginta, multo potiori iure ſubiacebit ipſe bonorum & redituum Inquiſitionis temporalis locator ſiue adminiſtrator, vt pote qui de bonis Inquiſitionis faciat prouentum. Præterea in locis, in quibus per cõſuetudines admittitur ius confiſcationum, ipſi Inquiſitores habent bona hæreticorum confiſcata: cũ etenim ipſo iure bona hæreticorum ſint confiſcata ex conſtitutione Bonifacij octaui relata in cap. Cum ſecundum leges de hæret. lib. 6. tamen de eorum diuiſione & applicatione per leges Eccleſiaſticas & conſtitutiones Papales diuerſis temporibus diuerſimodè eſt conſtitutum. Et ideo diuerſæ fuerunt hac de re Doctorum opiniones quas vide apud Franciſcum Pegnam ad 3. part. Eymerici quæſt. 109. Cõment. 158. & Farinac. de hæreſi. quæſt. 190: §. 12. Tamen demum eſt viſum hanc applicationem regu-

lari debere ſecundum conſuetudinem loci, dummodo fuerit rationabilis, legitimè præſcripta, & conformis iuribus & Papalibus Conſtitutionibus, conſuetudo autem Hiſpaniæ eſt, vt quamuis ex conſtitutione Sedis Apoſtolicæ omnia bona hæreticorum fiſco Regio applicentur, tamen ipſe Rex pro ſua ſolita magnifica liberalitate omnia illa bona confiſcata permittit applicari in vtilitatem ſancti Officij immo quando opus fuit idem Rex eidem ſancto officio de proprio neceſſaria ſubminiſtrauit: Placentiæ vna pars bonorum iſtorum applicatur fiſco Principis, qui brachium ſuum ſancto confert officio, & altera ſancto officio, & idem fit Mantuæ, Mediolani vna pars Duci, altera Epiſcopo, tertia cedit Inquiſitori. Ex hac porro penſione non tenetur Inquiſitor quipiam ſoluere pro guidagijs, datijs, pedagijs, portubus, aliiſue oneribus & grauaminibus, ab his enim omnibus indemnis eſt, & immunis vt ſatis colligitur ex l. Federici Imperatoris quæ incipit Commiſſi nobis & ex Conſtitutionibus Innocentij Quarti, Alexandri Quarti, & Clem. Quarti Ad extirpanda. ſupra relatis. Et ſanè iuſtiſſimè nam ſi Doctoribus & ſcholaribus ratione publicæ vtilitatis conceſſum eſt, vt ab omnibus muneribus ſeu oneribus realibus & perſonalibus ſint immunes & liberi. L. 1. C. qui ætate vel profeſſio ſe excuſant lib. 10. vbi Doctores, profecto multo magis hoc Inquiſitoribus debet tribui, cum cauſam fidei quæ cæteris præponderat, tueantur. tradit Ioannes Rojas tract. de hæret. part. 2. numero 421. Guido Pap. deciſio 83. incipien. Die decima quarta, faciunt ad hæc, quæ habet præ cæteris, quos breuitatis cauſa omitto, noſter Cardinalis

Caietanus in ſummula, verbo Excommunicatio. Facit optimè text. in cap. Non minus extra. de immunit. Eccleſ. his verbis. Sub anathematis diſtrictione fieri de cętero talia prohibemus, niſi Epiſcopus & Clerus tantam neceſſitatem vel vtilitatem aſpexerint, vt abſque vlla exactione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment facienda. Si autem Conſules aut alij de cætero iſta commiſerint, & commoti deſiſtere noluerint, tam ipſi, quam fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubjacere, nec communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem. hæc ibi. Ex quibus patet poſſe Epiſcopum aliquando acceptare temporalia grauamina, tamen ideo Inquiſitor non poteſt vllatenus eis ſubeſſe, tum quia eſt delegatus Papæ & par ipſi Epiſcopo par autem in parem ius non habet, tum quia ordinariè Inquiſitor aſſumitur ex ordine Prædicatorum & mendicantium exemptorum à poteſtate Epiſcopi, quorum mendicantium bona omnia etiam immobilia ab omnibus ſeruari debent indemnia vt patet ex hac bulla Pij Quinti Pontificis.

ROmanus Pontifex, tam vniuerſalis Chriſtianæ, quam ſingularium eius Religionum præcipuus defenſor, omnibus illarum incommodis pro ſui paſtoralis officij debito libenter occurrit, & eorum idemnitati ſalubribus, iuxta temporum morumque exigentiam, declarationibus & alijs remedijs conſulere ſolet opportunus. Sanè licet dilecti filij omnium mendicantium ordinum fratres, à contributione ſeminarij Clericorum, in qualibet Ciuitate iuxta eiuſdem Concilij formam erigendi, per tridentinū Concilij decreta eximantur. Noſque inter alia eiuſdem mendicantium ordinum fratribus conceſſa priuilegia, eos & eorum quemlibet, tam à ſeminarij huiuſmodi contributione, quam ſubſidio, quomodolibet, nec non decimis quibuſcunque, & certis aliis oneribus Apoſtolica auctoritate exemerimus & liberauerimus, eoſque ad illorum omnium contributionem nullo vnquam tempore cogi & compelli poſſe decreuerimus. Cum tamen non ſine animi moleſtia nuper accepimus nonnulli locorum ordinarij, & forſan in Prouincialibus Conciliis eo forſan ſub prætextu, quod ordinum mendicantium fratres huiuſmodi bona ſtabilia ex indulto ſeu diſpenſatione Apoſtolica retinere poſſunt, & propterea mendicantes reuera non ſint, eos ad ſeminarij ſub-

fidii decimarum, & aliorum onerum huiuſmodi cõtributionem cogere forſan præſumpſerunt, & Iudices præſumunt, in graue ipſorum ordinum grauamen, & præiudicium non modicum. Nos animo reuoluentes, eos ex fructibus bonorum huiuſmodi varias Reipublicæ Chriſtianæ vtilitates afferre, cum ex ipſis varios Magiſtros, & Doctores manu teneãt ex quorum Doctrina ipſorum Fratres Nouitii eruditi poſtmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus ſuis, conſiliis, Confeſſionibus, orationibus, aliiſque innumeris pietatis operibus iuuent & paſcant, eorumque domos non minus, immo magis, quam ea quæ per ordinarios erecta ſunt, ſeminaria, vocari poſſe, & propterea mendicantium nomen amittere nullo modo debere, volentes idcirco omnem dubitandi materiam amputare, omnes & ſingulos mendicantium ordinum fratres huiuſmodi ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dũtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, nec non quarumcunque litium & cauſarum coram quibuſuis iudicibus, & vbicunque quomodolibet pendentium ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina iudicum & colitigãtium, nec non quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eorundem Ordinum Mendicantium Fratribus hactenus quomodolibet conceſſorum, tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, lites quoque, & cauſas præfatas

vt præfertur, pendentes, ad nos harum serie auocantes illasque penitus extinguentes, & colitigantibus huiu modi perpetuum super premissis silentium imponentes, motu proprio non ad ipsorum fratrum vel alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos quatuor Mendicantium Ordinum, videlicet, Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Breuitarum Sancti Augustini, nec non Carmelitanorum, & quod etiam recenseri volumus Seruorum B. Mariæ nominibus comprehensos fratres, eorumque Domus, Monasteria, & loca etiam si in communi propria bona, tam mobilia, quam immobilia, & stabilia, ac alia quæcunque possederint Mendicantium vocabulo, & omnibus & singulis Mendicantium priuilegiis quomodolibet concessis, vti posse, & debere, nec super præmissis vllo vnquam tempore molestari posse authoritate Apostolica per præsentes statuimus, & declaramus, ac tam Concilii Tridentini, quam omnia & singula alia decreta, statuta, ordinationes, priuilegia & iura de Mendicantibus loquentia, ad omnes & singulos Ordines præfatos, eorumque domos & loca, etiam propria bona, in communi tamen retinentes, extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam authoritate præfata per easdem præsentes declaramus. Ac insuper eisdem Ordinariis, & quibusuis aliis tam Ecclesiasticis quã sæcularibus, quauis authoritate fungentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & aliis arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per præsentes mandamus, vt si quid per eos tam nostro quam Prædecessoris

nostri

nostri temporibus, tam ratione seminarij, subsidij, & decimarum quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem fratribus, omni mora & dilatione postpositis restituant. Districtius inhibentes eisdem locorum ordinariis, cæteriisque personis tam Ecclesiasticis quam sæcularibus, quauis authoritate fungentibus, & cuiuscuis dignitatis, gradus, & conditionis existentibus, ne eosdem Mendicantium ordinum fratres præfatos, bona huiusmodi retinentes quouis prætextu seminarij, subsidij & decimarum contributione molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernentes quoque præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, minusque sub quibuscuis similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, restrictionibus, & aliis contrariis dispositionibus tam per nos quam etiam successores nostros quomodolibet ac cum quibuscuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis pro tempore factis & faciendis, quorumcunque temporum existant includi, sed illis non obstantibus, in suis robore & efficacia persistere. Et quotiens illæ emanebunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas & primariè reintegratas, etiam sub data etiam per ipsos exigenda de nouo concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis & intentionis nostræ esse, & ad hoc vt perpetua firmitate subsistant, vim validi & efficacis contractus inter Sedem Apostolicam & præfatorum Ordinum Mendicantium huiusmodi fratres habere de-

Octaui Prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præſentium ad iudicium non trahatur & aliis Apoſtolicis nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus & ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiã motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis pleuitudine, ac alias quomodolibet, etiam conſiſtori aliter conceſſis, approbatis, confirmatis & ſæpius innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret (tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris) hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque aut ſi aliquibus, communiter vel diuiſim, ab eadem ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Apoſtolicas literas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod præſentium tranſumpris manu alicuius publici Notarii ſubſcriptis, aut alicuius Prælati, vel in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti ſigilio munitis, eadem

nis præsentialiter inuento, & apprehenso, easdem retroscriptas literas & omnia in eis contenta ad notitiam suæ Reuerendissimæ Dominationis deducendo: qui se de illis informatum esse asseruit, & pro intimatis haberi voluit, & acceptauit quare copiam earundem sibi oblatam habere non curauit per me Ioannem Bornotum prælibati sanctissimi Domini nostri Papæ & Sanctæ Sedis Apostolicæ Cursorem.

Alexander Æstancollus,
Magister Curiæ.

Registrata apud Cæsarem
Secretarium.

ANNOTATIO

Z *Per omnia liberam, immunem, & exemptam ducentorum ſcutorum, &c.*

Penſio quam Summi Pontifices Inquiſitoribus ordinariè prouiderunt, & quam ſub pœna excommunicationis incurrenda tenentur Ordinarij ſoluere intra dies triginta poſt terminum completum, eſt ducentorum ſcutorum auri in auro: quod ſi Epiſcopus excommunicetur niſi ſoluat intra illos dies triginta, multo potiori iure ſubiacebit ipſe bonorum & redituum Inquiſitionis temporalis locator ſiue adminiſtrator, vt pote qui de bonis Inquiſitionis faciat prouentum. Præterea in locis, in quibus per cõſuetudines admittitur ius confiſcationum, ipſi Inquiſitores habent bona hæreticorum confiſcata: cũ etenim ipſo iure bona hæreticorum ſint confiſcata exconſtitutione Bonifacij octaui relata in cap. Cum ſecundum leges de hæret. lib. 6. tamen de eorum diuiſione & applicatione per leges Eccleſiaſticas & conſtitutiones Papales diuerſis temporibus diuerſimodè eſt conſtitutum. Et ideo diuerſæ fuerunt hac de re Doctorum opiniones quas vide apud Franciſcum Pegnam ad 3. part. Eymerici quæſt. 109. Cõment. 158. & Farinac. de hæreſi. quæſt. 190: §. 12. Tamen demum eſt viſum hanc applicationem regu-

lari debere ſecundum conſuetudinem loci, dummodo fuerit rationabilis, legitimè præſcripta, & conformis iuribus & Papalibus Conſtitutionibus, conſuetudo autem Hiſpaniæ eſt, vt quamuis ex conſtitutione Sedis Apoſtolicæ omnia bona hæreticorum fiſco Regio applicentur, tamen ipſe Rex pro ſua ſolita magnifica liberalitate omnia illa bona confiſcata permittit applicari in vtilitatem ſancti Officij, immo quando opus fuit idem Rex eidem ſancto officio de proprio neceſſaria ſubminiſtrauit: Placentiæ vna pars bonorum iſtorum applicatur fiſco Principis, qui brachium ſuum ſancto confert officio, & altera ſancto officio, & idem fit Mantuæ, Mediolani vna pars Duci, altera Epiſcopo, tertia cedit Inquiſitori. Ex hac porro penſione non tenetur Inquiſitor quipiam ſoluere pro guidagijs, datijs, pedagijs, portubus, aliiſue oneribus & grauaminibus, ab his enim omnibus indemnis eſt, & immunis vt ſatis colligitur ex l. Federici Imperatoris quæ incipit Commiſſi nobis & ex Conſtitutionibus Innocentij Quarti, Alexandri Quarti, & Clem. Quarti Ad extirpanda. ſupra relatis. Et ſanè iuſtiſſimè nam ſi Doctoribus & ſcholaribus ratione publicæ vtilitatis conceſſum eſt, vt ab omnibus muneribus ſeu oneribus realibus & perſonalibus ſint immunes & liberi. L. 1. C. qui ætate vel profeſſio ſe excuſant lib. 10. vbi Doctores, profecto multo magis hoc Inquiſitoribus debet tribui, cum cauſam fidei quæ cæteris præponderat, tueantur. tradit Ioannes Rojas tract. de hæret. part. 2. numero 421. Guido Pap. deciſio 83. incipien. Die decima quarta, faciunt ad hæc, quæ habet præ cæteris, quos breuitatis cauſa omitto, noſter Cardinalis

Caietanus in ſummula, verbo Excommunicatio. Facit optimè text. in cap. Non minus extra. de immunit. Eccleſ. his verbis. Sub anathematis diſtrictione fieri de cętero talia prohibemus, niſi Epiſcopus & Clerus tantam neceſſitatem vel vtilitatem aſpexerint, vt abſque vlla exactione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment facienda. Si autem Conſules aut alij de cætero iſta commiſerint, & commoti deſiſtere noluerint, tam ipſi, quam fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubjacere, nec communioni reddantur, donec ſatiſfactionem fecerint competentem. hæc ibi. Ex quibus patet poſſe Epiſcopum aliquando acceptare temporalia grauamina, tamen ideo Inquiſitor non poteſt vllatenus eis ſubeſſe, tum quia eſt delegatus Papæ & par ipſi Epiſcopo par autem in parem ius non habet, tum quia ordinariè Inquiſitor aſſumitur ex ordine Prædicatorum & mendicantium exemptorum à poteſtate Epiſcopi, quorum mendicantium bona omnia etiam immobilia ab omnibus ſeruari debent indemnia vt patet ex hac bulla Pij Quinti Pontificis.

ROmanus Pontifex, tam vniuersalis Christianæ, quam singularium eius Religionum præcipuus defensor, omnibus illarum incommodis pro sui pastoralis officij debito libenter occurrit, & eorum indemnitati salubribus, iuxta temporum morumque exigentiam, declarationibus & alijs remedijs consulere solet opportunus. Sanè licet dilecti filij omnium mendicantium ordinum fratres, à contributione seminarij Clericorum, in qualibet Ciuitate iuxta eiusdem Concilij formam erigendi, per tridentini Concilij decreta eximantur. Nosque inter alia eiusdem mendicantium ordinum fratribus concessa priuilegia, eos & eorum quemlibet, tam à seminarij huiusmodi contributione, quam subsidio, quomodolibet, nec non decimis quibuscunque, & certis aliis oneribus Apostolica auctoritate exemerimus & liberauerimus, eosque ad illorum omnium contributionem nullo vnquam tempore cogi & compelli posse decreuerimus. Cum tamen non sine animi molestia nuper accepimus nonnulli locorum ordinarij, & forsan in Prouincialibus Conciliis eo forsan sub prætextu, quod ordinum mendicantium fratres huiusmodi bona stabilia ex indulto seu dispensatione Apostolica retinere possunt, & propterea mendicantes reuera non sint, eos ad seminarij sub-

fidii decimarum, & aliorum onerum huiuſmodi cõtributionem cogere forſan præſumpſerunt, & Iudices præſumunt, in graue ipſorum ordinum grauamen, & præiudicium non modicum. Nos animo reuoluentes, eos ex fructibus bonorum huiuſmodi varias Reipublicæ Chriſtianæ vtilitates afferre, cum ex ipſis varios Magiſtros, & Doctores manu teneãt ex quorum Doctrina ipſorum Fratres Nouitii eruditi poſtmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus ſuis, conſiliis, Confeſſionibus, orationibus, aliiſque innumeris pietatis operibus iuuent & paſcant, eorumque domos non minus, immo magis, quam ea quæ per ordinarios erecta ſunt, ſeminaria, vocari poſſe, & propterea mendicantium nomen amittere nullo modo debere, volentes idcirco omnem dubitandi materiam amputare, omnes & ſingulos mendicantium ordinum fratres huiuſmodi ad eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dũtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, nec non quarumcunque litium & cauſarum coram quibuſuis iudicibus, & vbicunque quomodolibet pendentium ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina iudicum & colitigãtium, nec non quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eorundem Ordinum Mendicantium Fratribus hactenus quomodolibet conceſſorum, tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, lites quoque, & cauſas præfatas

vt præfertur, pendentes, ad nos harum ſerie auocãtes illaſque penitus extinguentes, & colitigantibus huiu modi perpetuum ſuper prẹmiſſis ſilentium imponentes, motu proprio non ad ipſorum fratrum vel alicuius eorum nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulos quatuor Mendicantium Ordinum, videlicet, Sancti Dominici, & Sancti Franciſci, ac Breuitarum Sancti Auguſtini, nec non Carmelitanorum, & quod etiam recenſeri volumus Seruorum B. Mariæ nominibus comprehenſos fratres, eorumque Domus, Monaſteria, & loca etiam ſi in communi propria bona, tam mobilia, quam immobilia, & ſtabilia, ac alia quæcunque poſſederint Mendicantium vocabulo, & omnibus & ſingulis Mendicantium priuilegiis quomodolibet conceſſis, vti poſſe, & debere, nec ſuper præmiſſis vllo vnquam tempore moleſtari poſſe authoritate Apoſtolica per præſentes ſtatuimus, & declaramus, ac tam Concilii Tridentini, quam omnia & ſingula alia decreta, ſtatuta, ordinationes, priuilegia & iura de Mendicantibus loquentia, ad omnes & ſingulos Ordines præfatos, eorumque domos & loca, etiam propria bona, in communi tamen retinentes, extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam authoritate præfata per eaſdem præſentes declaramus. Ac inſuper eiſdem Ordinariis, & quibuſuis aliis tam Eccleſiaſticis quã ſæcularibus, quauis authoritate fungentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & aliis arbitrio noſtro moderandis pœnis ſimiliter per præſentes mandamus, vt ſi quid per eos tam noſtro quam Prædeceſſoris noſtri

noſtri temporibus, tam ratione ſeminarij, ſubſidij, & decimarum quam aliorum onerum huiuſmodi exactum fuit, id totum eiſdem fratribus, omni mora & dilatione poſtpoſitis reſtituant. Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum ordinariis, cæteriſque perſonis tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, quauis authoritate fungentibus, & cuiuſuis dignitatis, gradus, & conditionis exiſtentibus, ne eoſdem Mendicantium ordinum fratres præfatos, bona huiuſmodi retinentes quouis prætextu ſeminarij, ſubſidij & decimarum contributione moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant. Decernentes quoque præſentes literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſuis ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus tam per nos quam etiam ſucceſſores noſtros quomodolibet ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis pro tempore factis & faciendis, quorumcunque temporum exiſtant includi, ſed illis non obſtantibus, in ſuis robore & efficacia perſiſtere. Et quotiens illæ emanebunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas & primariè reintegratas, etiam ſub data etiam per ipſos exigenda de nouo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ eſſe, & ad hoc vt perpetua firmitate ſubſiſtant, vim validi & efficacis contractus inter Sedem Apoſtolicam & præfatorum Ordinum Mendicantium huiuſmodi fratres habere de-

bere. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes. etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari debere, irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Dilectis Filiis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, nec non quarumcunque tam Cathedralium quam Collegiatarum Eccleſiarum Decanis, Præpoſitis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Theſaurariis, & quibuſuis aliis in eiſdem Eccleſiis dignitates obtinentibus, vbilibet & in quibuſcunque Regionibus, terris, & locis exiſtentibus per præſentes motu ſimili mandamus, quateuus ipſi & eorum quilibet per ſe vel alium ſeu alios præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi & eorum quilibet per ſe vel alium ſeu alios ptæſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum, vel alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes eiſque in præmiſſis omnibus pacifice frui & gaudere, non permittentes eos, vel eorum quempiam ſuper his quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita cõpeſcendo. Et nihilominus legitimè ſuper his habendi ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacij Papæ

Octaui Prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dieta quis vigore præſentium ad iudicium non trahatur & aliis Apoſtolicis nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus & ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiã motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias quomodolibet, etiam conſiſtorialiter conceſſis, approbatis, confirmatis & ſæpius innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret (tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris) hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque aut ſi aliquibus, communiter vel diuiſim, ab eadem ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Apoſtolicas literas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicuius publici Notarii ſubſcriptis, aut alicuius Prælati, vel in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti ſigilio munitis, eadem

prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Quodque eadem præsentes in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, nec non in acie campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris publicentur, & inter extrauagantes Constitutiones perpetuo valituras conscribantur, ac postquam publicatæ fuerint, plenam & indubiam fidem faciāt, nec non omnes & singulos illas concernentes perinde ligent si essent personaliter intimatæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die 1. Octobris 1567. Pont. nostri anno 2.

Anno à Natiuitate Domini 1567. die vero decima sexta Mensis Octobris, Pont. Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papæ V. Anno eius secundo retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in retroscriptis locis, vt moris est, per me Alexandrum Astancollum præfati S. D. N. Papæ Cursorem.

Philippus Chappius Mag. Curs.

Ex vtroque argumento stat in hac Prouincia immunes à quauis contributione & pedagio, atque penitus indemnis Inquisitor: tum quia est solius Papæ delegatus & administrator tantum concessi Beneficij, tum quia ex ordine Prædicatorum Mendicantium ab omni tributo exēptorum.

SIXTVS V.

IN Nomine Sanctiſſimæ & Indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Nouerint vniuerſi & ſinguli hoc præſens publicum tranſumpti inſtitutum inſpecturi lecturi pariter, & audituri quod Nos Marcellus Lances Procurat. Apoſt. S. D. N. Papæ nec non Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum in eadem Romana Curia, & extra eam latarum ac harum Apoſtolicarum quarumcunque vniuerſalis & merus executor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus, ad inſtantiam generalis Procuratoris Fiſcalis Sancti Officij, omnes & ſingulos ſua quam quomodolibet communiter vel diuiſim inter eſſe putantes eorumque Procuratores, ſi qui tunc erant in Romana Curia ad dicendum & excipiendum quicquid vel in ſcriptis contra literas Apoſtolicas olim D. Sixti Diuina prouidentia Papæ Quinti ſub plumbo ne minus eſſe expeditas dicere ſuis excipere volebant videndumque tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi, noſtramque ac Curiæ noſtræ authoritatem pariter & decretum deſuper interponi per audientiam publicam literarum contradictarum citari fecimus ad diem & horam infraſcriptas, quibus aduenientibus comparuit iudicialiter coram nobis Dominus Generalis Procuratoris Fiſcalis citatorum non comparentium contumaciam acuſauit, dictas literas Apoſtolicas inſeruit, inſertas facto realiter & in ſcriptis exhibuit atque produxit quaſquidem literas ad manus noſtras recepimus, vidimus, legimus & diligenter inſpeximus quia ſanas, integras, & il-

lari debere secundum consuetudinem loci, dummodo fuerit rationabilis, legitimè præscripta, & conformis iuribus & Papalibus Constitutionibus, consuetudo autem Hispaniæ est, vt quamuis ex constitutione Sedis Apostolicæ omnia bona hæreticorum fisco Regio applicentur, tamen ipse Rex pro sua solita magnifica liberalitate omnia illa bona confiscata permittit applicari in vtilitatem sancti Officij immo quando opus fuit idem Rex eidem sancto officio de proprio necessaria subministrauit: Placentiæ vna pars bonorum istorum applicatur fisco Principis, qui brachium suum sancto confert officio, & altera sancto officio, & idem fit Mantuæ, Mediolani vna pars Duci, altera Episcopo, tertia cedit Inquisitori. Ex hac porro pensione non tenetur Inquisitor quipiam soluere pro guidagijs, datijs, pedagijs, portubus, aliisue oneribus & grauaminibus, ab his enim omnibus indemnis est, & immunis vt satis colligitur ex l. Federici Imperatoris quæ incipit Commissi nobis & ex Constitutionibus Innocentij Quarti, Alexandri Quarti, & Clem. Quarti Ad extirpanda. supra relatis. Et sanè iustissimè nam si Doctoribus & scholaribus ratione publicæ vtilitatis concessum est, vt ab omnibus muneribus seu oneribus realibus & personalibus sint immunes & liberi. L. 1. C. qui ætate vel professio se excusant lib. 10. vbi Doctores, profecto multo magis hoc Inquisitoribus debet tribui, cum causam fidei quæ cæteris præponderat, tueantur. tradit Ioannes Rojas tract. de hæret. part. 2. numero 421. Guido Pap. decisio 83. incipien. Die decima quarta, faciunt ad hæc, quæ habet præ cæteris, quos breuitatis causa omitto, noster Cardinalis

Caietanus in ſummula, verbo Excommunicatio. Facit optimè text. in cap. Noua minus extra. de immunit. Eccleſ. his verbis. Sub anathematis diſtrictione fieri de cętero talia prohibemus, niſi Epiſcopus & Clerus tantam neceſſitatem vel vtilitatem aſpexerint, vt abſque vlla exactione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment facienda. Si autem Conſules aut alij de cætero iſta commiſerint, & commoti deſiſtere noluerint, tam ipſi, quam fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubjacere, nec communioni reddantur, donec ſatiſfactionem fecerint competentem. hæc ibi. Ex quibus patet poſſe Epiſcopum aliquando acceptare temporalia grauamina, tamen ideo Inquiſitor non poteſt vllatenus eis ſubeſſe, tum quia eſt delegatus Papæ & par ipſi Epiſcopo par autem in parem ius non habet, tum quia ordinariè Inquiſitor aſſumitur ex ordine Prædicatorum & mendicantium exemptorum à poteſtate Epiſcopi, quorum mendicantium bona omnia etiam immobilia ab omnibus ſeruari debent indemnia vt patet ex hac bulla Pij Quinti Pontificis.

ROmanus Pontifex, tam vniuerſalis Chriſtianæ, quam ſingularium eius Religionum præcipuus defenſor, omnibus illarum incommodis pro ſui paſtoralis officij debito libenter occurrit, & eorum idemnitati ſalubribus, iuxta temporum morumque exigentiam, declarationibus & alijs remedijs conſulere ſolet opportunus. Sanè licet dilecti filij omnium mendicantium ordinum fratres, à contributione ſeminarij Clericorum, in qualibet Ciuitate iuxta eiuſdem Concilij formam erigendi, per tridentinũ Concilij decreta eximantur. Noſque inter alia eiuſdem mendicantium ordinum fratribus conceſſa priuilegia, eos & eorum quemlibet, tam à ſeminarij huiuſmodi contributione, quam ſubſidio, quomodolibet, nec non decimis quibuſcunque, & certis aliis oneribus Apoſtolica auctoritate exemerimus & liberauerimus, eoſque ad illorum omnium contributionem nullo vnquam tempore cogi & cõpelli poſſe decreuerimus. Cum tamen non ſine animi moleſtia nuper accepimus nonnulli locorum ordinarij, & forſan in Prouincialibus Conciliis eo forſan ſub prætextu, quod ordinum mendicantium fratres huiuſmodi bona ſtabilia ex indulto ſeu diſpenſatione Apoſtolica retinere poſſunt, & propterea mendicantes reuera non ſint, eos ad ſeminarij ſub-

fidii decimarum, & aliorum onerum huiuſmodi cõtributionem cogere forſan præſumpſerunt, & Iudices præſumunt, in graue ipſorum ordinum grauamen, & præiudicium non modicum. Nos animo reuoluentes, eos ex fructibus bonorum huiuſmodi varias Reipublicæ Chriſtianæ vtilitates afferre, cum ex ipſis varios Magiſtros, & Doctores manu teneãt ex quorum Doctrina ipſorum Fratres Nouitii eruditi poſtmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus ſuis, conſiliis, Confeſſionibus, orationibus, aliiſque innumeris pietatis operibus iuuent & paſcant, eorumque domos non minus, immo magis, quam ea quæ per ordinarios erecta ſunt, ſeminaria, vocari poſſe, & propterea mendicantium nomen amittere nullo modo debere, volentes idcirco omnem dubitandi materiam amputare, omnes & ſingulos mendicantium ordinum fratres huiuſmodi ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dũtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, nec non quarumcunque litium & cauſarum coram quibuſuis iudicibus, & vbicunque quomodolibet pendentium ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina iudicum & colitigãtium, nec non quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eorundem Ordinum Mendicantium Fratribus hactenus quomodolibet conceſſorum, tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, lites quoque, & cauſas præfatas

vt præfertur, pendentes, ad nos harum ſeriè auocá-
tes illaſque penitus extinguentes, & colitigantibus huiu modi perpetuum ſuper premiſſis ſilentium imponentes, motu proprio non ad ipſorum fratum vel alicuius eorum nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulos quatuor Mendicantium Ordinum, videlicet, Sancti Dominici, & Sancti Franciſci, ac Breuitarum Sancti Auguſtini, nec non Carmelitanorum, & quod etiam recenſeri volumus Seruorum B. Mariæ nominibus comprehenſos fratres, eorumque Domus, Monaſteria, & loca etiam ſi in communi propria bona, tam mobilia, quam immobilia, & ſtabilia, ac alia quæcunque poſſederint Mendicantium vocabulo, & omnibus & ſingulis Mendicantium priuilegiis quomodolibet conceſſis, vti poſſe, & debere, nec ſuper præmiſſis vllo vnquam tempore moleſtari poſſe authoritate Apoſtolica per præſentes ſtatuimus, & declaramus, ac tam Concilii Tridentini, quam omnia & ſingula alia decreta, ſtatuta, ordinationes, priuilegia & iura de Mendicantibus loquentia, ad omnes & ſingulos Ordines præfatos, eorumque domos & loca, etiam propria bona, in communi tamen retinentes, extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam authoritate præfata per eaſdem præſentes declaramus. Ac inſuper eiſdem Ordinariis, & quibuſuis aliis tam Eccleſiaſticis quá ſæcularibus, quauis authoritate fungentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & aliis arbitrio noſtro moderandis pœnis ſimiliter per præſentes mandamus vt ſi quid per eos tam noſtro quam Prædeceſſori-

noſtri

noſtri temporibus, tam ratione ſeminarij, ſubſidij, & decimarum quam aliorum onerum huiuſmodi exactum fuit, id totum eiſdem fratribus, omni mora & dilatione poſtpoſitis reſtituant. Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum ordinariis, cæteriſque perſonis tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, quauis authoritate fungentibus, & cuiuſuis dignitatis, gradus, & conditionis exiſtentibus, ne eoſdem Mendicantium ordinum fratres præfatos, bona huiuſmodi retinentes quouis prætextu ſeminarij, ſubſidij & decimarum contributione moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant. Decernentes quoque præſentes literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſuis ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus tam per nos quam etiam ſucceſſores noſtros quomodolibet ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis pro tempore factis & faciendis, quorumcunque temporum exiſtant includi, ſed illis non obſtantibus, in ſuis robore & efficacia perſiſtere. Et quotiens illæ emanebunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas & primariè reintegratas, etiam ſub data etiam per ipſos exigenda de nouo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ eſſe, & ad hoc vt perpetua firmitate ſubſiſtant, vim validi & efficacis contractus inter Sedem Apoſtolicam & præfatorum Ordinum Mendicantium huiuſmodi fratres habere de-

Octaui Prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, & aliis Apoſtolicis nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus & ordinationibus, ac quibuſcunque etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis pleuitudine, ac alias quomodolibet, etiam conſiſtori aliter conceſſis, approbatis, confirmatis & ſæpius innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret (tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris) hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque aut ſi aliquibus, communiter vel diuiſim, ab eadem ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Apoſtolicas literas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicuius publici Notarii ſubſcriptis, aut alicuius Prælati, vel in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti ſigilio munitis, eadem

SIXTVS V.

IN Nomine Sanctiſſimæ & Indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Nouerint vniuerſi & ſinguli hoc præſens publicum tranſumpti inſtitutum inſpecturi lecturi pariter, & audituri quod Nos Marcellus Lances Procurat. Apoſt.S. D. N. Papæ nec non Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum in eadem Romana Curia, & extra eam latarum ac harum Apoſtolicarum quarumcunque vniuerſalis & merus executor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus, ad inſtantiam generalis Procuratoris Fiſcalis Sancti Officij, omnes & ſingulos ſua quam quomodolibet communiter vel diuiſim inter eſſe putantes eorumque Procuratores, ſi qui tunc erant in Romana Curia ad dicendum& excipiendum quicquid vel in ſcriptis contra literas Apoſtolicas olim D. Sixti Diuina prouidentia Papæ Quinti ſub plumbo ne minus eſſe expeditas dicere ſuis excipere volebant videndumque tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi, noſtramque ac Curiæ noſtræ authoritatem pariter & decretum deſuper interponi per audientiam publicam literarum contradictarum citari fecimus ad diem & horam infraſcriptas, quibus aduenientibus comparuit iudicialiter coram nobis Dominus Generalis Procuratoris Fiſcalis citatorum non comparentium contumaciam acuſauit, dictas literas Apoſtolicas inſeruit, inſertas facto realiter & in ſcriptis exhibuit atque produxit quaſquidem literas ad manus noſtras recepimus, vidimus, legimus & diligenter inſpeximus quia ſanas, integras, & il-

læſas, non cancellatas, non vitiatas, nec in aliqua parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpectione carere reperimus: ipſas literas per notarium noſtrum infraſcriptum TRANSVMI, & exemplari, & in publicam tranſumpti formam redigi mãdauimus & fecimus, volentes, & auctoritate dictæ curiæ decernentes quod huiuſmodi noſtro tranſumpto publico ſiue exemplo cum dictis literis originalibus diligenter auſcultate collationato, & concordato de cætero & in antea talis & tanta fides in iudicio, & extra adhibeatur, qualis & quanta dictis literis originalibus detur & adhibeatur, ſeu daretur & adhiberetur ſi in iudicium exhibitæ forent aut oſtenſæ: earum vero literarum tenor eſt.

B. Sixtus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis Officij cura meritis licet imparibus ex alto nobis commiſſa nos excitat & inducit, vt circa ea quæ pro officiis Inquiſitionis ad hæreſum extirpationem fideique orthodoxę conſeruationem vbique inſtitutis pro ſuis neceſſitatibus, ac officialium & miniſtrorum ſuorum ſuſtentatione aliorumque onerum eis incumbentium ſupportatione congruæ ſubuentionis auxilia ſub miniſtrentur, ac menſe Eccleſiarum Cathedralium præſertim Metropolitani ab oneribus eis impoſitis ſubleuentur intendamus, vt alias in his eiuſdem officij noſtri partes fauorabiliter interponamus. Alias ſi qnidem Fœ. Re. Pius Papa V. prædeceſſor noſter tunc in humanis agens, & pro ſuæ ſeruitutis munere officium Inquiſitionis hæreticæ prauitatis Ciuitatis, & diœceſis Biſuntinæ ac Comitatus Burgundiæ, & eiuſdem officij Generalis Inquiſitor ac Pro-

curator Fiscalis aliique Ministri commodius sustentari valerent de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupiens motu proprio non ad ipsorum Inquisitoris Generalis, Procuratoris Fiscalis, & Ministrorum, vel alicuius pro eis eidem prædecessori super eo oblatæ petitionis instantiam, sed eius mera liberalitate pensionem annuam certis modo, & forma tunc expressis liberam, immunem, & exemptam ducentorum scutorum auri in auro summam quingentorum francorum monetæ illarum partium constitueutium super mensam Archiepiscopalis Ecclesiæ Bisuntinæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis officio ac Inquisitori, Procuratori & Ministris præfatis, eorumque Procuratoribus legitimis per tunc existentem Archiepiscopum Bisuntin. cuius ad id tunc accessit assensus, & successorum suorum ipsius Ecclesiæ præsules seu administratores pro tempore existentes, annis singulis in loco & terminis, ac aliis modis & formis tunc etiam expressis integre donec & quotiescunque eidem officio pro illius manutentione, vnum, duo, tria, quatuor & tot beneficia Ecclesiastica eiusdem, seu quorum fructus, redditus, & prouentus ad ducentorum scutorum similium secundum communem existimationem, valorem annuum ascenderent realiter, & cum effectu vnirentur & incorporarentur aut vna, duæ, tres, quatuor & tot aliæ pensiones annuæ vsque ad dictam summam ducentorum scutorum annuatim ascendentes reseruarentur, constituerentur, & assignarentur, & non vlterius persoluendam Apostolica auctoritate reseruauit, constituit, & assignauit, & vt dicta Mēsa Archiepiscopalis ab onere pensionis huiusmodi

quanto citius fieri posset, liberarentur, idem prædecessor vnum, duo, tria, quatuor, & vt sine cura & personarum residentia non requirentia Beneficia Ecclesiastica sæcularia, vel quorumuis etiam Cisterciensium, & Cluniacens. aliorumque ordinum regularia, aut mixtim in Ciuit. & diœces. Bisunt. ac toto Comitatu Burgundiæ prædictis vbilibet consistentia ad collationem, prouisionem, præsentationem, institutionem, electionem, vel quamuis aliam dispositionem tam Archiepiscopi & Capituli Bisunt. coniunctim vel diuisim quam quorumuis aliorum collatorum, & collatricum sæcularium, & quorumuis ordinum regularium quomodolibet spectantia & pertinentia cuius seu quorum insimul fructus, redditus, & prouentus vsque ad ducentorum scutorum similium secundum existimationem prædictam, valorem annuum ascenderent, etiamsi regularia beneficia huiusmodi prioratus, præposituræ præpositatus, vel officia, aut alias quomodolibet qualificata forent, quod seu quę prius per cessum non tamen in ipsius prædecessoris, aut successorum suorum Romanorum Pontificum manibus, vel decessum, aut priuationem, seu quamuis aliam dimissionem vel amissionem, illa tunc & pro tempore in titulum commendam administrationem aut alias obtinentium, seu etiam per commendæ huiusmodi cessationem aut vnionum dissolutionem vel alias quomodolibet, etiam in quibuscumque mensibus ipsi prædecessori vel Romano Pontifici pro tempore existente per constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas, vel alias quomodolibet reseruatis & reseruandis, nec non etiam Archiepiscopo Bisunt, aliisque ordinariis collatoribus &

collatricibus præfatis etiam per eaſdem ſeu alias cõſtitutiones & literas Apoſtolicas aut literarum alternatiuarum & quæcumque alia priuilegia, & indulta ac alias quomodolibet eatenus & in poſterum cõcedendis, ac alias ſemper & quandocunque nec non vbicunque & forſan apud dictam Sedem ac tam in Romana Curia, quam extra eam vacare contingeret ex tunc prout ex ea die, & e contra eidem officio authoritate præfata perpetuo vniuit, annexuit, & incorporauit: ac alias prout in literis eiuſdem prędeceſſoris deſuper confectis plenius continetur. Cũ autem ſicut accepimus vnio & literæ huiuſmodi adhuc effectum ſortita non fuerunt, & ſi prioratus loci de Roſey Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum regularium Biſunt. diœceſ. quem dilectus Filius Petrus de Piſis alias Genelly Canonicus dictæ Eccleſiæ Magiſter in Theologia Notarius & familiaris noſter ex conceſſione ſeu diſpenſatione Apoſtolica in cõmendam ad eius vitam obtinet, cum illum primum per ceſſum, vel deceſſum ſeu quamuis aliam dimiſſionem vel amiſſionem eiuſdem Petri, aut alias quouis modo vacare contigerit ſeu ex nunc ſi valet, quatenus ſub dicta vnione non comprehendatur eidem officio perpetuo vniretur, annecteretur, & incorporaretur ex hoc profecto ipſius Eccl. indemnitati & exonerationi nec non prædicti officij & illius Inquiſitoris Gener. Procurat. Fiſc. & aliorum Miniſtrorũ præfatorum ſubuentioni, & manutentioni ad Dei laudem & fidei Catholicæ ſyncritatis conſeruationem, animarumque ſalutem opportune & fructuoſe conſuleretur. Nos itaque modernos Inquiſitorem Generalem, Procuratorem Fiſcalem, & Miniſtros præfatos, ac quemlibet eorum à quibuſuis ex-

communicationis ſuſpenſionis, & interdicti aliiſ-
que Eccleſiaſticis ſententiis . cenſuris, & pœnis à
iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa la-
ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effe-
ctum preſentium duntaxat conſequendum harum
ſerie abſoluentes, & abſolutos præcenſentes & nos
literarum præfatarum & inde ſequuntur quorum-
cunque aliarumque vnionum eidem officio hacte-
nus, forſan facturum tenores præſentibus pro expreſ
ſis habentes motu ſimili non ad ipſorum Inquiſi-
toris Generalis, Procuratoris fiſcalis & Miniſtro-
rum vel alicuius eorum pro illis nobis deſuper ob-
latorum petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra
liberalitate vnionem per prædeceſſorem huiuſmo-
di factam, & literas prædictas, Apoſtolica auctori-
tate, tenore præſentium perpetuo confirmamus &
approbamus ac etiam ad prioratum preſatum ex nūc
ſi vacet, vel cum primum vacauerit vt præmittitur
extendimus & ampliamus, & nihilominus quate-
nus opus ſit prioratum præfatum, qui conuentu ca-
ret, eiuſque & illi forſan annexorum fructus, reddi-
tus, & prouentus centum & triginta trium Ducato-
rum auri de Camera ſecundum extimationem præ-
fatam, valorem annuum vt etiam accepimus non
excedunt, cum primum illum per ceſſum vel deceſ-
ſum, aut quamuis aliam dimiſſionem vel amiſſio-
nem dicti Petri, vel cuiuſuis alterius vel alias quo-
rumuis modo etiam apud Sedem præfatam, & in
aliquo ex menſibus per noſtras conſtitutiones Apo-
ſtolicas diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatis, aut ordi-
nariis collatoribus per eaſdem conſtitutiones ſeu li-
teras alternatiuarum, vel alia priuilegia, & indulta
conceſſis hactenus vel in poſterum concedendis va-

tare contigerit: etiam si nunc commenda prædicta quomodolibet cessante adhuc ea quo ante commé-dam ipsam vacabat, modo valet, & tanto tempore vacauerit quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta Concilij ad Sedem prædictam legitimè deuoluta ipseque prioratus dispositioni Apostolicæ speciali-ter vel generaliter reseruatus existat, eique cura Iu-risdictionalis immineat, & ad illum quis consueue-rit per electionem assumi, super eo quoque inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volu-mus, pro expresso pendeat indecisa cum annexis huiusmodi ac omnibus iuribus, & pertinentiis: dū-modo dicti prioratus, & aliorum beneficiorum in vim literarum prædecessoris huiusmodi officio In-quisitionis prafatæ vnitur & vniendorum fructus insimul ducentorum scutorum in auro secundum eandem extimationem, valorem annuum non ex-cedat, eidem officio Inquisitionis ex nunc prout ex tunc, & è contra authoritate & tenore præsentis de-nuo perpetuo vnimus, annectimus, & incorpora-mus. Itaque liceat prædictis & pro tempore existē-tibus Inquisitori Generali, Procuratori fiscali dicti officij Inquisitionis per se vel alium, vel alios eorū nomine, ex nunc prout extunc, & è contra propria auctoritate corporalem, realem, & actualem prio-ratus & annexorum iuriumque & pertinentiarum prædictarum possessionem liberè apprehendere, & perpetuo retinere, fructus quoque & redditus, pro-uentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcū-que prioratus, & annexorum eorumdem percipe-re, exigere, leuare amandare, locare, & dislocare, & in eorum & dicti officij Inquis. vsus, manutenti-onem, & vtilitatem conuertere, eidemque priora-

tui per presbytorum idoneum ad eorum nutum a-mobilem, & ab ordinario loci approbatum in diuinis deseruiri facere diœcesani loci, vel cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita: decernentes quascumque collationes, prouisiones, commendas & alias dispositiones de dicto prioratu per nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, & dictam sedem alias quomodolibet cuiuscumque personæ, seu etiam in fauorem dicti ordinis Sancti Augustini etiam per viam resignationis, seu comēda, cessionis ex quauis causa & motu simili & consisto realiter, & ad quorumcunque instantiam, & cum quibusuis clausuris, & decretis inuitātibus faciendas, nullas & inualidas nulliusque roboris vel momenti fore, sed in fauorem dicti officij Inquisitionis factas esse, & censeri officium Inquisitionis beneficio regularum nostrarum de non tollendo cuique iusquæsitum, ac annuali & triennali possessoribus gaudere debere: nec non præsentes literas de subreptionis vel obrectionis vitio seu intentionis nostræ defectu, & ex eo quod in præmissis interesse habentes vocati & vnio huiusmodi effectum sortita aut causæ propter quas illa fieri debuit expressæ & iustificatæ non fuerint, ipseque Petrus his non consenserit, aut alias impugnari inualidari, ad terminos iuris reducique sub quibusuis similium vel dissimilium vnionum & effectum non sortitarum vel aliarum gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, ac aliis contrariis dispositionibus, & per quascumque literas & constitutiones Apostolicas seu Cancellariæ prædictæ regulas, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices, tam crastinum assumptionis cuiusli-

bet eorum ad ſummi Apoſtolatus apicem, quam a-lias quomodolibet, & motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus comprehendi vllatenus poſſe neque debere, ſicque in præmiſſis omnibus, & ita per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicaii & diffiniri debere irritum quoque inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Amerin. & dilectis filiis Petro de Genelly Canonico Eccleſiæ prefatæ ac officiali Biſuntino per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mādamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eaſdem præſentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Inquiſitoris generalis, procuratoris fiſcalis, & Miniſtrorum prædictorum, ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicātes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiter obſeruari: ipſoſque Inquiſitorem Generalem, procuratorem fiſcalem, & miniſtros & quoſcunque alios, quos ipſæ literæ concernunt & concernent in futurum, illis pacificè frui & gaudere, non permittentes eos ſeu eorum quempiam denique per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari: contradictores per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia Authoritate noſtra prædicta appellatione poſtpoſita comprehendi, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſi-

bus censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, non obstantibus præmissis ac de vnionibus committendis ad partes, & exprimendo valore dictæ Cancellariæ regulis, ac recol. mæ: Bonifacii Papæ octaui similiter prædecessoris nostri, etiam qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem vel diœcesim nisi in certis casibus expressis, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede prædicta deputati extra Ciuitatem vel diœcesim, in quibus deputati existunt, contra quoscunque procedere aut aliis vel aliis vices suas committere quoquo modo audeant vel præsumant & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate earundem præsentium ad iudicium non trahatur: nec non Lateranen. Concilij nouissime celebrato vniones perpetuas nisi in casibus à iure permissis fieri prohibentur, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac Monasterij seu alicuius sæcularis loci, à quo dictus prioratus forsan dependet. & ordinis Sancti Augustini huiusmodi iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis monasterio seu alteri regulari loco, & ordini sancti Augustini prædictis, illorumque Abbatibus Conuentibus, Superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, & cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expre-

ſa & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma adhoc ſeruanda foret: illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe motu pari derogamus contrariis quibuſcunque: aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus & comendis ſibi faciendis de prioratu huiuſmodi ſpecialis vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus Generales dictæ Sedis vel legatorum aut literas impetrauerint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum vel alias quomodolibet ſic proceſſum, quas quidem literas & proceſſus habitos per eaſdem & inde ſequuta quæcunquæ ad dictum Prioratum volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Prioratus, vel beneficiorum aliorum præiudicium generari & quibuſlibet aliis priuilegiis, indultis, literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumque tenorum exiſtant per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus huiuſmodi gratis impediri valeat qnomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem noſtras prædictas dictus Prioratus debitis non fraudetur obſequiis, ſed eius congrua ſupportentur onera conſueta, quodque dictus Archiepiſcopus litem & cauſam ſub dicto Prioratu ad inſtantiam dicti officii mouendam ſuis ſumptibus & expenſis proſequi ac penſionem ducentorum ſcutorum prædictorum annuatim ipſi officio perſoluere debeat & teneatur donec præſens vnio ſuum debitum, & integrum ef-

fectum ſortita fuerit, & officium Inquiſitionis huiuſmodi dicti Prioratus eiuſque annexornm fructuum, reddituum, prouentuum, iurium bo norum, & pertinentiarum quaruncumque pacificam poſſeſſionem adeptus fuerit, nec antea ipſa penſio extincta cenſeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, extentionis, ampliationis, vnionis annexionis, incorporationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumſerit indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum, anno Incarnationis Dominicæ 1588. 6. Kal. Nou. anno. 4. locus † plumbi. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis tanquam ritè rectè, & legitimæ geſtis noſtram, & Curiæ noſtræ authoritatem pariter, & decretum interponendum duximus & interpoſuimus prout interponimus per præſentes. In quorum fidem has præſentes fieri & per Notarios noſtrum infraſcriptum ſubſcribi ſigilliq; Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ quo in talibus vtimur iuſſimus & fecimus appenſione muniri. Datum Romæ in ædibus noſtris ſub anno Domini 1597. indictione 10. die vero 27. Menſis Nou. Pont. S.D.N. Clementis diuina prouidentia Papæ 8. anno eius 6. præſentibus ibid. D. D. Marco Antonio Bruto, & Antonio Maxnardo Ao: noſtris & dictæ noſtræ Curiæ Conotariis teſtibus ad emiſſa omnia & ſingula vocatis & requiſitis.

Signatum I. Lapius Lñs.

Franciſcus Bolgius Cu. Cauſar. Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

Tranſumptum in forma probanti.

Locus † ſigilli in cera rubra pendentis.

Annotatio

ANNOTATIO

Iisdem penitus gaudet immunitatibus iste prioratus, quibus gauderet pecuniaria pensio, quia ille tãtum datur per modum pensionis, cuius Dominus supremus & vnicus est summus Pontifex Romanus ad quem pertinet absolutum dominium eius beneficij: Inquisitor autem est tantum vsufructuarius & administrator eius ex quo sibi & suis suppeditentur alimenta & sustentatio. Quocirca non est Inquisitoris soluere vlla vectigalia, nec cætera temporalia grauamina cum ex mandato Principis temporalis imponuntur sine licentia & mandato D. N. Papę vel Senatus Supremi D. D. Cardinalium Inquisitorum Generalium. Respondeat igitur Inquisitor coactoribus vectigalium seruata decenti & Religiosa modestia: dictum Prioratum esse in absoluto dominio S. D. N. Papæ & in sua tantum administratione per modum alimenti sui & suorum, & quod æquum est scire, an his vectigalibus soluendis D. N. Papa consenserit: nam si consensit, & ea acceptauit debet etiam ea Inquisitor acceptare, sin minus nec potest, nec debet. Et certè Pontifex nunquam consentiet. Deinde Inquisitor vt omnes euitet contentiones circa hanc quæstionem remittat omnes contradictores ad Doctores, qui hac de re sunt copiosissimi, nec ipse sibi causam videatur adiudicare: qua-

re hic hanc quæstionem non rimabor particulatius, ipsis tamen exactoribus declaret quibus periculis suas animas exponunt, extorquendo indebitè hæc vectigalia, quod si spretis monitionibus & censuris Ecclesiasticis in exigendo perseuerauerint, caueat tamen sponte soluere, ne ipse iisdem censuris innodetur, sed Senatum suum Supremum reddat certiorem. vt ab illo possit intelligere, an hæc vectigalia sibi per suos Illustrissimos & Reuerendissimos Dominos liceat soluere, an inhibeatur. Et his suis Dominis ex dispositione Summi Pontificis iam tenetur Inquisitor reddere rationem dati, & accepti ita vt supellex Inquisitoris, & bona eius omnia siue mobilia, siue immobilia, tam quæ in prioratu, quam quæ in hoc Conuentu, aut alibi sunt, nullius dispositioni aut cognitioni subdantur, præterquam dictorum D. D. Cardinalium. Quocirca mortuo Inquisitore tãquam præcipuo officiario, non moritur officium nec Beneficium, de quo viuere debent cæteri officiarij, sed illud tenetur administrare fiscalis Procurator Inquisitionis, & reddere rationem futuro Inquisitori sicut & ipse D. D. Cardinalibus prædictis, sicut præ cæteris apparet ex his literis D. Cardinalis Millinj ad nos initio institutionis nostræ directis, quæ sic habent.

AL MOLTO
REVERENDO
PADRE IL P. FRA.
IO. DES LOIZ. PROVINCIALE
di S. Dom.co in Fiandra.

Molto Reuerendo Padre. Per la buona relatione che si è hauuta della bontà, & sufficienza di V. R. N. S.re & questi miei SS.ri Illustrissimi l'hanno deputata Inquisitore di Bisanzone, & qui alligata mando la Patente della sua speditione: non mancherà dunque d'inuiarsi quantop.a àquella volta, oue come saràgiunta riceuerà per inuentario le scritture, & supellettili del Sancto Officio, attenda poi à valersi dell' auctorità, che se le concede, con quello modo che stimerà esser più di serui-

tio di Dio, e delle anime. Et il S.re Iddio le conceda ogni bene Di ROMA li XVIII. di Marzo M. DC. XXIII.

Di V. R.

Come Fratello
Il Card.le Mellino.

Hæ ſunt Bullæ, ſeu extrauagantes Summorum Pontificum Inquiſitoribus Biſuntinis prædeceſſoribus noſtris directæ, quas habemus in noſtris Archiuiis; & habent quæ requiruntur ad earum auctoritatem ſeu robur, probationem, & vtilitàtem, ſecundũ quæ requiri volunt doctores citati à Franciſco Pegna in ſua diſputatione de auctoritate ſub robore probatione & vtilitate extrauagantium ſeu literarũ Apoſtolicarum pro officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem, quam habes ſupra. Per XI. priores, quæ ſunt Innocentij Quarti, Clementis Quarti, & Nicolaj Quarti, Inquiſitoribus Biſuntinis conceduntur ſua priuilegia, gratiæ, & auctoritates, per quinque ſequentes proteguntur & defenduntur quæ ſunt Gregorij vndecimi, quæ vero Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Guillermi Cardinalis eſt, ſoluit aliquod dubium: at vero per vltimas quæ ſunt Pij V. & Sexti V. eis & ſuis Miniſtris de alimento & ſuſtentatione prouidetur. ex his præcedentibus diſce tu, qui propter perſonam pauperis Religioſi, fratris videlicet mendicantis, non ſoles vt par eſt reuereri ſacro-ſanctum officium ſanctiſſimæ Inquiſitionis, quanta ſit Romanorum Pontificum & ſemper fuerit etiam de Inquiſitoribus Biſunt. & totius Comitatus Burgundiç cura, nec mirum: cum non minor connexio inter Inquiſitorem & eius officium ſeu dignitatem inueniatur quam inter patrem & filium, inter virum & vxorem, inter conſanguineum ſeu domeſticum, & alios de conſanguinitate

vel familia: inter Prælatum & Clericum & Ecclesiam, ac denique inter delegatum & delegantem. Hæc tibi parebunt iuxta doctrinam eruditissimorum Theologorum tum Iurisperitorum infra suis locis.

TEXTVS VII.

---- Ac alijs in locis consuetis.

ID est in partibus, quæ non sunt de Comitatu, & sunt de Diœcesi, vel non sunt de Diœcesi, & sunt de Comitatu. Cùm Inquisitor hic deputetur per Comitatum & diœcesim.

TEXTVS VIII.

---- Inquisitorem Generalem.

VErissimum & exploratissimum est, quod Inquisitor potest committere vices suas, & eas revocare cum voluerit, & tales vocantur, quibus

committuntur, Commissarij, vel etiã Vicarij. Vide Comens. verbo Inquisitor num. 2. verbo committere num. 1. Zanchinum tract. de hæreticis cap. 30. num. 1. & ibi Campegium lit. A. in verbo Vicarios Gener. per totam additionem Eymeric. in directorio Inquisitorum 3. part. quæst. 13. & ibi Pegn. comment. 62. qui in eãdem rem citat Decium, Antonium Butrium, Panormitanum, Bonifacium Vitalinum, Gondissaluum, Repertorium Inquisitorum Ioannem Rojam, & Simanc. m. Ex quibus constat quod auctoritate Apostolica Inquisitor potest Vicarium seu Commissarium constituere, vt præterea probare est ex iure nam c. ne aliqui & cap. per hoc. de hæret. lib. 6. Inquisitor est à Sede Apostolica delegatus (vt iam supra dictum est) delegatus autem potest subdelegare extra de offic. &po. indic. deleg. cap. super quæstionum. his verbis.

Intentionis igitur nostræ fuit (sicut ex tenore cõstitutionis præmissæ potest liquidæ deprehẽdi) quod (vt iudicialis auctoritas liberius valeat exerceri) delegatus a nobis licitè possit, & principium & finem & medium causæ sibi commissæ, non solum coniunctim, sed etiam diuisim alij delegare. Non obstante quod dicitur: qnod iudex debet cognoscere per se ipsum in principio, in medio & in fine: cum antequam ferat sententiam, vniuersa quæ acta sunt in iudicio, inuestigare debeat diligenter. Et quod possit Inquisitor committere vices suas supponitur in c. multorum de hæret. in Clement §. verum. vbi dicitur: verum si Episcopus vel eius Capituli Sede vacante delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorundempropter præmissa nequeat aus

nolit personaliter conuenire, possit Episcopus vel eius seu Capituli Sede vacante delegatus Inquisitori & Inquisitor Episcopo vel eius delegato, seu Sede vacante illi, qui ad hoc per Capitulum fuerit deputatus super illis committere vices suas, vel suum significare per literas, consilium & consensum. Et §. porro ibi. Porro coram Episcopo vel capitulo Sede vacante, & Inquisitore prædictis, vel substitutis ab eis &c. & §. verum quia his verbis. Episcopo & Inquisitori prædictis, ac aliis ad dicti ad executionem officij substituendis ab eis, in virture sanctæ obedientiæ &c. & eo. tit. in C. nolentes §. & tam ipsorum his verbis. & tam ipsorum, quam Episcoporum seu capitulorum Sede vacante supra hoc deputatis commissarijs quibuscunque. districtius iniungentes &c, & ibi §. Notarij, his verbis. Notarij vero & officiales dicti officii, nec non fratres & socii Inquisitorũ & commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut Commissarios &c. Hodie autem res hæc omnino disputatione caret sublata omni occasione dubitandi per Bullam Pii II. quæ incipit. Cum iam dudum missam ad fr. Gabrielem de Barchiuona Inquisitorem Bononiensem, Et per bullam Clemẽtis vii. missam Fr. Paulo Butigellæ, quæ sequitur.

CVm sicut ex relatione pro parte tua nobis facta, cum graui nostrę mentis molestia innotuit, in diuersis Italię partibus adeo pestifera hær. Luth. nõ tãtum apud sæcul. personas, sed etiã Eccle. & regul. tam mendi-

cantes quam non mendicantes inualuerit. vt aliquando nonnulli ex eis suis sermonibus & verbis, & (quod deterius est) publicis prædicationibus tali labe pleroſque inficiant, & Christi fideles sub obedientia S. R. E. viuentes, & præcepta eiusdem Eccles. seruãtes non leuiter scãdalisent in hæresim augmẽtum, pusillorum scandalum atque Catholicæ fidei non mediocre detrimentum. Nos attendentes Arium vnam modicam scintillam fuisse in Alexandria: sed quoniam non mox oppressus est, grande per totũ Orbẽ incẽd. exsuscitasse, ac cupientes huic veneno, hæresiq; nefariæ, & labi pestiferæ quã supremis extingui affectibus anhelamus, omni salubri, quo possumus remedio occurrere, & ne huiusmodi morbus excrescat vlterius, sed operante Domino passim euellatur salubriter prouidere, tibi nec non omnibus & singulis alijs dictæ hæreticæ prauitatis Inquisitoribus ex ordine Fratrum Prædicatorum, maxime congregationis vtriusque Lombardiæ per vniuersam Italiam constitutis & deputatis, ac constituendis & deputandis, eorumque vicarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, & in remissionem peccatorum vestrorum districtè præcipiendo mandamus, quatenus omnibus & singulis etiam Carmelitarum, & aliorum ordinum Mendicantium Religiosis, vel non mendicantibus de huiusmodi peste diffamatis aut aliter suspectis, præcipueque tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, super huiusmodi ac qualibet alia hæresi silentium imponatis, & postquam per vos fi-

ue Vicarios vestros, aut vestrum vel eorundem Vicariorum aliquos, siue aliquem, præsidentes Monasteriorum, conuentuum, & aliorum locorum, vbi hæreses huiusmodi vel errores seminati forent, aut inibi propinquorum, præmoniti fuerint nisi tales infra mensem à die admonitionis computãdum, debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur: & si præsidentes ipsi talia prædicarent, admonitionem præsidenti vicinioris conuentus vel loci respectiuè facere sufficiat contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam ferendam (si fuerit condemnatoria) cum consensu ordinarij procedatis, Contra Carmelitas tamen confestim possitis etiam ad capturam dum prędicant populo, vel publicè disputant erroneas conciusiones, aduersus non exemptos vero de tali labe diffamatos aut suspectos, veluti cõtra alios hæreticos (prout iura disponunt) libere inquiratis atque procedatis. Decernimus insuper vt vestros Vicarios siue Commissarios instituere valeatis, viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint. Vobis etiam ac Vicarijs prędictis extra iudicialiter Lutheranos occultos & non Inquisitos per ordinarium siue alios iudices, ac alios quoscunque hæreticos, fautores, credentes, defensores, & receptatores, nec non & à sancta fide Apostatas, eosque qui contra inhibitionem Sedis Apostolicæ, tenuerunt vel legerunt libros Martini Lutheri vel aliorum aut eidem siue eisdem quomodolibet adhæserunt (si ad cor reuersi penitentes id humiliter petierint)

postquam hæresim, qua polluti & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiserint de cætero ab huiusmodi hæresi penitus abstinere, ab oluendi, illisque pro præmissis pœnitentiam iniungendi salutarem, eosque ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ restituendi & reducendi, & cum Clericis sæcularibus, ac personis religiosis cuiuscuiusque ordinis, status, & conditionis, super quauis irregularitate, quam tam ex hæresi quam ex Apostasia a fide seu etiam ex eo quod censuris & pœnis Ecclesiasticis tam à iure quam ab homine quauis occasione vel causa latis & promulgatis, quomodolibet incurrerint, aut ligati seu innodati diuina celebrando contraxerint, ac etiam super irregularitatibus, quas Clerici excommunicati sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine etiam quauis occasione vel causa latis ligati seu irretiti, ac etiam ex eo quod in locis Ecclesiastico interdicto suppositis missas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerint dispensandi. Et quia Inquisitores præfati in Ciuitatibus seu aliis locis societates seu confraternitates ad extirpandum hæreses & capiendum hæreticos (iuxta concessionem à Romanis Pontificibus eis factam) instituunt & in eis confratres recipiunt, qui in eorum receptione votum in eorundem Inquisitorum seu Vicariorum manibus emittunt ac voto se astringunt, dum pro parte ipsorum Inquisitorum & Vicariorum ad capiendos ipsos hæreticos requisiti fuerint, auxilium, consilium, & fauorem præstare, vt eis tempore cuiuscuius localis interdicti diuinis interesse, & eis decedentibus eorum corpora ecclesiasticæ sepulturæ (sine tamen funerali pompa) tradi

possint, dummodo causam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit specialiter interdici ipsisque crucesignatis per ipsos Inquisitores seu Vicarios dum in eorum manibus votum hæreticos ipsos persequendi emiserint, vt semel ex tunc & in mortis articulo à reseruatis, & in bulla Cœnæ Domini contentis casibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, aut propositum confitendi debito tempore per Ecclesiam statuto habuerint absolui, ac indulgentia plenaria, & omnium peccatorum remissio huiusmodi concedi: eisque vt singulis diebus anni quinque Altaria Ecclesiæ (si tot ibi fuerint) aut vnum loci in quo eos esse contigerit, psalmum vnum genibus flexis recitando, vel quinquies orationem Dominicam & toties salutationem Angelicã in quolibet Altari, indulgentias stationum Vrbis cõsequi valeant etiam concedendi & elargiendi, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus. Et nihilominus concessionem per Romanos Pontifices (forsan) viuæ vocis oraculo, seu alias eisdem Inquisitoribus & vicarijs fratrum seu licentiam concessam huiusmodi, approbamus & confirmamus, ac omnia & singula alia priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias & indulta, quibuscunque Inquisitoribus alijs hæreticæ prauitatis quorumuis ordinum & congregationum & officio Inquisitionis huiusmodi in quibuscunque Regnis & Prouincijs, siue locis ac terris, hactenus deputatis concessa, & in posterum concedenda vobis communicamus, atque iam vobis alias concessa approbamus, confirmamus, & innouamus, vniuersosque & singulos iuris & facti defectus (si qui for-

ſan in illorum conceſſione interuenerint) ſupplemus. Mandantes omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, necnon dilectis filiis eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, quatenus præſentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra, ſeu Vicariorum veſtrorum prædictorum, aut alicuius veſtrum, ſiue illorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ac vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præſentes literas & in eis contenta huiuſmodi, firmiter obſeruari, voſque illis pacificè gaudere. Non permittentes vos deſuper per quoſcunque quouis modo, indebitè moleſtari: contradictores quoſlibet & Rebelles per cenſuras & pœnas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ſi opus fuerit Auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis ac dictorum Ordinum etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, necnon priuilegio quod incipit: Sacer ordo. per fel. rec. Sixtum Papã IV. prædeceſſorem noſtrum ordini Carmelitarum conceſſo, fortaſſisque poſt alijs communicato, & quibuſcunque aliis priuilegiis & indultis Apoſtolicis illi ac quibuſcunque aliis, etiam Mendicantium Ordinibus, etiam ſub quibuſuis tenoribus & verborum formis, ac cum quibuſcunque clauſulis & decretis conceſſis approbatis & innouatis, quibus omnibus (tenores illorum ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis

habentes) hac vice ſpecialiter & expreſſe derogamus, nec non quibuſcunque exceptionibus, oppoſitionibus, & appellationibus, forſan deſuper faciendis & interponendis, quæ aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe volumus contrariis quibuſcũque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, decernentes præſentium tranſumptis, manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem in iudicio & extra adhibendam fore, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Bononię ſub Annulo Piſcatoris, die xv. Ianuarij M. D. XXX. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Et ad hæc Eymericus in directorio Inquiſitorum parte tertia, quæſt. 14 concludit quod Inquiſitor ſolus, etiam ſine conſenſu ſuorum Superiorum poteſt Vicarium inſtituere, & ibid addit Pegna commentario 63, quod Inquiſitor non modo vnum ſed plures interdum Vicarios aut Commiſſarios ſibi conſtituere poteſt, cum eius diœceſis ſeu Prouincia late patet, ac multæ in ea Ciuitates continentur: nam cum tunc Inquiſitor ſingulis per ſe intereſſe non poſſit, neceſſe eſt Commiſſarios in eis conſtituere. Ad hæc Inquiſitor Vicario ſeu Commiſſatio potest excommuni & priuato iure committere vices ſuas

plenariè, quia eſt delegatus, vt viſum eſt ſupra. Omnis autem delegatus poteſt alteri committere plenariè vices ſuas vt probatum eſt extra. de offi. iudic. deleg. C. ſuper quæſtionum, & in idem conſentiũt Doctores Zanchinus de hæret. Cap. 30. in princip. Eymeric 3. part. direct. quæſt. 15. Pegna ibid. comment. 64. Bernar. Comenſ. in Lucerna Inquiſ. ver. Inquiſitor §. 2. & verb. committere §. 1. Non tamen ſic plenariè Inquiſitor poteſt commiſſarium inſtituere, quod ipſe Commiſſarius poſſit etiam aliũ Commiſſarium ſibi ſubſtituere, nam ex communi opinione delegatus Principis non poteſt dare licentiam ſuo ſubdelegato vt iterum ille ſibi ſubdeleget. Ita gloſſ. ſingul. in cap. ſuper quæſtionum. §. Porro. verbo tranſfert. de offic. Iudic. deleg. & gloſſ. in c. cum cauſam. verb. delegatus de appellat. Archidiacon. in c. quamuis. & Io. And. in c. is cui. de offic. dele. lib. 6. & paſſim Doctores. Et ratio eſt primò quia ſi ſubdelegatus poſſet ſubdelegare eundum eſſet in infinitum: ſecundò quia poteſtas quam habet delegatus, ſubdelegandi, habet à lege, quoſt eſt velut perſonale priuilegium, priuilegium autem perſonale perſonam ſequitur & extinguitur cum perſona de Reg. iur. lib 6. extat ad hoc ius priuatum, quo poſſit plenarie Inquiſitor vices ſuas committere ex priuilegiis Vrbani, Innocentii, Alexandri & Clementis. quod etiam eſt expreſſum in c. multorum. de hæret. in §. Notarii. Conſueuerunt tamen & quidem merito ſibi reſeruare Inquiſitores, condemnationem relapſorum & impœnitentium l imo etiam ſententias diffinitiuas, niſi prius conſultato Inquiſitore: nam in pluribus commiſſarii non ſunt ita ex-

perti ſicut Inquiſitores, nec ita reuerentur, nec timentur. Præterea cum in ſententia diffinitiua de vita hominis agatur, tutius foret poteſtatem ferendi ſententiam diffinitiuam Commiſſarijs non tribuere, non enim facile debent Inquiſitores vices ſuas committere, ſed tunc cum iuſta cauſa poſtulat. Regulariter ergo Vicariis committitur poteſtas citandi teſtes examinandi, arreſtandi, incarcerandi ad cuſtodiam, imo etiam ad pœnam dummodo fiat de cõſilio ordinarij, & faciendi circa prædicta, omnia eis incidentia, dependentia, emergentia & connexa. Conſulitur tamen ab Eymer. & Pegna Cit. 3. part. direct. num. 37. ne ipſi Vicarij aliquid arduum inconſulto Inquiſitore facere præſumant, imò de ſingulis ipſum admoneant, & eius conſilium ac conſẽſum ſemper expectent. Multum ergo Inquiſitorum intereſt, quod habeant bonos & induſtrios commiſſarios, multę ſiquidem requiruntur conditiones in Vicario, vt ibid. ait Eymer. quæſt. 16. ſcilicet quod ſit vir literatus, conſtans & firmus, multum circunſpectus, fideique zelator, feruidus, vt litteratura atque ſcientia ſciat diſcernere inter lepram & lepram hæreſim & hæreſim, Catholicam veritatem & hæreticam prauitatem, vt conſtanter aduerſitates & labores toleret patienter, nec trepidet ad cuiuſquam ſtrepitum, nec hominum minas metuat, nec blanditias vel promiſſiones admittat, nec polluatur muneribus, ſed conſtanter & viriliter negotia fidei exequatur, vt circunſpectione ſit prouidus atque prudens, & ſciat prouidere quomodo & qualiter ſit agendum, & ex zelo fidei & feruore deuotionis ſub ſpe mercedis æternæ ſtrenuum ſe Chriſti demonſtret

ſtret athletam. Quæ omnes conditiones cum requirantur in Inquiſitore conſtituente, merito requirantur in Vicario conſtituto, ſubrogatum enim ſeu ſubſtitutum debet ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. parabolani. C. de Epiſ. & Cleri. De ætate autem Commiſſarij ſeu Vicarij decretum eſt in bulla proxime relata Clementis VII. Cum ſicut. Et ex his patet Vicarium ad ea teneri, ad quæ Inquiſitor, cum priuilegia ſubſtituti non poſſint excedere priuilegia ſubſtituentis. At præcipitur Inquiſitoribus inter cætera ſub interminatione maledictionis æternæ, & ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto incurrunt: ne obtentu odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis contra Iuſtitiam & conſcientiam ſuam omittant contra quempiam procedere, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate. Vt in Clement. 1. de hær. §. verum quia. his verbis. Verum quia minus eſt graue ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: graue quoque & damnatione digniſſimum maliciose inſontibus eandem imponere prauitatem Epiſcopo & Inquiſitori prædictis ac aliis ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus: vt ſic diſcretè & promptè contra ſuſpectos vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedant: quod maliciosè aut fraudulenter tãtam labem ſeu quod ipſos in executione officij Inquiſitionis impediat: falſo alicui non imponant. Quod ſi odij, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam & conſcien-

nolit personaliter conuenire, possit Episcopus vel eius seu Capituli Sede vacante delegatus Inquisitori & Inquisitor Episcopo vel eius delegato, seu Sede vacante illi, qui ad hoc per Capitulum fuerit deputatus super illis committere vices suas, vel suum significare per literas, consilium & consensum. Et §. porro ibi. Porro coram Episcopo vel capitulo Sede vacante, & Inquisitore prædictis, vel substitutis ab eis &c. & §. verum quia his verbis. Episcopo & Inquisitori prædictis, ac aliis ad dicti ad executionem officij substituendis ab eis, in virture sanctæ obedientiæ &c. & eo. tit. in C. nolentes §. & tam ipsorum his verbis. & tam ipsorum, quam Episcoporum seu capitulorum Sede vacante supra hoc deputatis commissarijs quibuscunque districtius iniungentes &c, & ibi §. Notarij, his verbis. Notarij vero & officiales dicti officii, nec non fratres & socii Inquisitorū & commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut Commissarios &c. Hodie autem res hæc omnino disputatione caret sublata omni occasione dubitandi per Bullam Pii II. quæ incipit. Cum iam dudum missam ad fr. Gabrielem de Barchiuona Inquisitorem Bononiensem, Et per bullam Clemētis VII. missam Fr. Paulo Butigellæ, quæ sequitur.

CVm sicut ex relatione pro parte tua nobis facta, cum graui nostrę mentis molestia innotuit, in diuersis Italię partibus adeo pestifera hær. Luth. nō tātum apud fæcul. personas, sed etiā Eccle. & regul. tam mendi-

cantes quam non mendicantes inualuerit. vt aliquando nonnulli ex eis suis sermonibus & verbis, & (quod deterius est) publicis prædicationibus tali labe plerosque inficiant, & Christi fideles sub obedientia S. R. E. viuentes, & præcepta eiusdem Eccles. seruãtes non leuiter scãdalisent in hæresim augmẽtum, pusillorum scandalum atque Catholicæ fidei non mediocre detrimentum. Nos attendentes Arium vnam modicam scintillam fuisse in Alexandria: sed quoniam non mox oppressus est, grande per totũ Orbẽ incẽd. exsuscitasse, ac cupientes huic veneno, hæresiq; nefariæ, & labi pestiferæ quã supremis extingui affectibus anhelamus, omni salubri, quo possumus remedio occurrere, & ne huiusmodi morbus excrescat vlterius, sed operante Domino passim euellatur salubriter prouidere, tibi nec non omnibus & singulis alijs dictæ hæreticæ prauitatis Inquisitoribus ex ordine Fratrum Prædicatorum, maximè congregationis vtriusque Lombardiæ per vniuersam Italiam constitutis & deputatis, ac constituendis & deputandis, eorumque vicarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, & in remissionem peccatorum vestrorum districtè præcipiendo mandamus, quatenus omnibus & singulis etiam Carmelitarum, & aliorum ordinum Mendicantium Religiosis, vel non mendicantibus de huiusmodi peste diffamatis aut aliter suspectis, præcipueque tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, super huiusmodi ac qualibet alia hæresi silentium imponatis, & postquam per vos fi-

ue Vicarios vestros, aut vestrum vel eorundem Vicariorum aliquos, siue aliquem, præsidentes Monasteriorum, conuentuum, & aliorum locorum, vbi hæreses huiusmodi vel errores seminati forent, aut inibi propinquorum, præmoniti fuerint nisi tales infra mensem à die admonitionis computãdum, debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur: & si præsidentes ipsi talia prædicarent, admonitionem præsidenti vicinioris conuentus vel loci respectiuè facere sufficiat contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam ferendam (si fuerit condemnatoria) cum consensu ordinarij procedatis, Contra Carmelitas tamen confestim possitis etiam ad capturam dum prędicant populo, vel publicè disputant erroneas conclusiones, aduersus non exemptos vero de tali labe diffamatos aut suspectos, veluti cõtra alios hæreticos (prout iura disponunt) libere inquiratis atque procedatis. Decernimus insuper vt vestros Vicarios siue Commissarios instituere valeatis, viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint. Vobis etiam ac Vicarijs prędictis extra iudicialiter Lutheranos occultos & non Inquisitos per ordinarium siue alios iudices, ac alios quoscunque hæreticos, fautores, credentes, defensores, & receptatores, nec non & à sancta fide Apostatas, eosque qui contra inhibitionem Sedis Apostolicæ, tenuerunt vel legerunt libros Martini Lutheri vel aliorum aut eidem siue eisdem quomodolibet adhæserunt (si ad cor reuersi penitentes id humiliter petierint)

postquam hæresim, qua polluti & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiserint de cætero ab huiusmodi hæresi penitus abstinere, ab oluendi, illisque pro præmissis pœnitentiam iniungendi salutarem, eosque ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ restituendi & reducendi, & cum Clericis sæcularibus, ac personis religiosis cuiuscuiusordinis, status, & conditionis, super quauis irregularitate, quam tam ex hæresi quam ex Apostasia a fide seu etiam ex eo quod censuris & pœnis Ecclesiasticis tam à iure quam ab homine quauis occasione vel causa latis & promulgatis, quomodolibet incurrerint, aut ligati seu innodati diuina celebrando contraxerint, ac etiam super irregularitatibus, quas Clerici crucesignati sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine etiam quauis occasione vel causa latis ligati seu irretiti, ac etiam ex eo quod in locis Ecclesiastico interdicto suppositis missas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerint dispensandi. Et quia Inquisitores præfati in Ciuitatibus seu aliis locis societates seu confraternitates ad extirpandum hæreses & capiendum hæreticos (iuxta concessionem à Romanis Pontificibus eis factam) instituunt & in eis confratres recipiunt, qui in eorum receptione votum in eorundem Inquisitorum seu Vicariorum manibus emittunt ac voto se astringunt, dum pro parte ipsorum Inquisitorum & Vicariouum ad capiendos ipsos hæreticos requisiti fuerint, auxilium, consilium, & fauorem præstare, vt eis tempore cuiuscuis localis interdicti diuinis interesse, & eis decedentibus eorum corpora ecclesiasticæ sepulturæ (sine tamen funerali pompa) tradi

possint, dummodo causam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit specialiter interdici ipsisque crucesignatis per ipsos Inquisitores seu Vicarios dum in eorum manibus votum hæreticos ipsos persequendi emiserint, vt semel ex tunc & in mortis articulo à reseruatis, & in bulla Cœnæ Domini contentis casibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, aut propositum confitendi debito tempore per Ecclesiam statuto habuerint absolui, ac indulgentia plenaria, & omnium peccatorum remissio huiusmodi concedi: eisque vt singulis diebus anni quinque Altaria Ecclesiæ (si tot ibi fuerint) aut vnum loci in quo eos esse contigerit, psalmum vnum genibus flexis recitando, vel quinquies oratio-nem Dominicam & toties salutationem Angelicã in quolibet Altari, indulgentias stationum Vrbis consequi valeant etiam concedendi & elargiendi, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus. Et nihilominus concessionem per Romanos Pontifices (forsan) viuæ vocis oraculo, seu alias eisdem Inquisitoribus & vicarijs fratrum seu licentiam concessam huiusmodi, approbamus & confirmamus, ac omnia & singula alia priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias & indulta, quibuscunque Inquisitoribus alijs hæreticæ prauitatis quorumuis ordinum & congregationum & officio Inquisitionis huiusmodi in quibuscunque Regnis & Prouincijs, siue locis ac terris, hactenus deputatis concessa, & in posterum concedenda vobis communicamus, atque iam vobis alias concessa approbamus, confirmamus, & innouamus, vniuersosque & singulos iuris & facti defectus (si qui for-

ſan in illorum conceſſione interuenerint) ſupplemus. Mandantes omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, necnon dilectis filiis eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, quatenus præſentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra, ſeu Vicariorum veſtrorum prædictorum, aut alicuius veſtrum, ſiue illorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ac vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præſentes literas & in eis contenta huiuſmodi, firmiter obſeruari, voſque illis pacificè gaudere. Non permittentes vos deſuper per quoſcunque quouis modo, indebitè moleſtari: contradictores quoſlibet & Rebelles per cenſuras & pœnas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ſi opus fuerit Auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis ac dictorum Ordinum etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, necnon priuilegio quod incipit: Sacer ordo. per fel. rec. Sixtum Papã IV. prædeceſſorem noſtrum ordini Carmelitarum conceſſo, fortaſſisque poſt alijs communicato, & quibuſcunque aliis priuilegiis & indultis Apoſtolicis illi ac quibuſcunque aliis, etiam Mendicantium Ordinibus, etiam ſub quibuſuis tenoribus & verborum formis, ac cum quibuſcunque clauſulis & decretis conceſſis approbatis & innouatis, quibus omnibus (tenores illorum ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis

habentes) hac vice ſpecialiter & expreſſe derogamus, nec non quibuſcunque exceptionibus, oppoſitionibus, & appellationibus, forſan deſuper faciẽdis & interponendis, quæ aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe volumus contrariis quibuſcũque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, decernentes præſentium tranſumptis, manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem in iudicio & extra adhibendam fore, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Bononię ſub Annulo Piſcatoris, die xv. Ianuarij M. D. XXX. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Et ad hæc Eymericus in directorio Inquiſitorum parte tertia, quæſt. 14 concludit quod Inquiſitor ſolus, etiam ſine conſenſu ſuorum Superiorum poteſt Vicarium inſtituere, & ibid addit Pegna commentario 63, quod Inquiſitor non modo vnum ſed plures interdum Vicarios aut Commiſſarios ſibi conſtituere poteſt, cum eius diœceſis ſeu Prouincia latè patet, ac multæ in ea Ciuitates continentur: nam cum tunc Inquiſitor ſingulis per ſe intereſſe non poſſit, neceſſe eſt Commiſſarios in eis conſtituere. Ad hæc Inquiſitor Vicario ſeu Commiſſatio poteſt excommuni & priuato iure committere vices ſuas

plenariè, quia eſt delegatus, vt viſum eſt ſupra. Omnis autem delegatus poteſt alteri committere plenariè vices ſuas vt probatum eſt extra. de offi. iudic. deleg. C. ſuper quæſtionum, & in idem conſentiũt Doctores Zanchinus de hæret. Cap. 30. in princip. Eymeric 3. part. direct. quæſt. 15. Pegna ibid. comment. 64. Bernar. Comenſ. in Lucerna Inquiſ. ver. Inquiſitor §. 2. & verb. committere §. 1. Non tamen ſic plenariè Inquiſitor poteſt commiſſarium inſtituere, quod ipſe Commiſſarius poſſit etiam aliũ Commiſſarium ſibi ſubſtituere, nam ex communi opinione delegatus Principis non poteſt dare licentiam ſuo ſubdelegato vt iterum ille ſibi ſubdeleget. Ita gloſſ. ſingul. in cap. ſuper quæſtionum. §. Porro. verbo tranſfert. de offic. Iudic. deleg. & gloſſ. in c. cum cauſam. verb. delegatus de appellat. Archidiacon. in c. quamuis. & Io. And. in c. is cui. de offic. dele. lib. 6. & paſſim Doctores. Et ratio eſt primò quia ſi ſubdelegatus poſſet ſubdelegare eundum eſſet in infinitum: ſecundò quia poteſtas quam habet delegatus, ſubdelegandi, habet à lege, quoſt eſt velut perſonale priuilegium, priuilegium autem perſonale perſonam ſequitur & extinguitur cum perſona de Reg. iur. lib 6. extat ad hoc ius priuatum, quo poſſit plenarie Inquiſitor vices ſuas committere ex priuilegiis Vrbani, Innocentii, Alexandri & Clementis. quod etiam eſt expreſſum in c. multorum. de hæret. in §. Notarii. Conſueuerunt tamen & quidem merito ſibi reſeruare Inquiſitores, condemnationem relapſorum & impœnitentium! imo etiam ſententias diffinitiuas, niſi prius conſultato Inquiſitore: nam in pluribus commiſſarii non ſunt ita ex-

ſtret athletam. Quæ omnes conditiones cum requirantur in Inquiſitore conſtituente, merito requirantur in Vicario conſtituto, ſubrogatum enim ſeu ſubſtitutum debet ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. parabolani. C. de Epiſc. & Cleric. De ætate autem Commiſſarij ſeu Vicarij dictum eſt in bulla proxime relata Clementis VII. Cum ſicut. Et ex his patet Vicarium ad ea teneri, ad quæ Inquiſitor, cum priuilegia ſubſtituti non poſſint excedere priuilegia ſubſtituentis. At præcipitur Inquiſitoribus inter cætera ſub interminatione maledictionis æternæ, & ſub pœna excommunicationis; quam ipſo facto incurrunt: ne obtentu odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis contra Iuſtitiam & conſcientiam ſuam omittant contra quempiam procedere, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate. Vt in Clement. 1. de hær. §. verum quia. his verbis. Verum quia minus eſt graue ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: graue quoque & damnatione digniſſimum maliciose inſontibus eandem imponere prauitatem Epiſcopo & Inquiſitori prædictis ac aliis ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus: vt ſic diſcretè & promptè contra ſuſpectos vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedant: quod maliciosè aut fraudulenter tãtam labem ſeu quod ipſos in executione officij Inquiſitionis impediat: falſo alicui non imponant. Quod ſi odij, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam & conſcien-

tiam ſuam omiſerint contra quenquam procedere vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate aut obtentu eodem prauitatem ipſam vel impedimentum officij ſui alicui imponendo: eum ſuper hoc præſumpſerit quoquomodo vexare (præter alias pœnas pro qualitate culpæ imponẽdas eiſdem) Epiſcopus: aut Superior ſuſpenſionis ab officio per triennium, alij vero excommunicationis ſententias eo ipſo incurrant. A qua quidem excommunicationis ſententia, qui eandem incurrerint, niſi per Romanum Pontificem nequeant (præterquam in mortis articulo, & tunc ſatiſfactione præmiſſa) abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio ſuffragante.

Vbi tamen notandum, vt dicit gloſ. ibi. verbo obtentu. Quod vbi non propter alterum prædictorum, ſed forte timore, vel propter vitandum ſcandalum hoc omitterent: non eſt locus pœnæ: quia pro vitãdo ſcãdalo vel periculo interdum ſuſtinetur aliquod crimen vt eſt gloſſ. in verb. venia. diſt. 4. C. deniq; facit ad hæc Ioannes de Imola dicens: quod ſi Inquiſitor timore, vel propter vitare ſcandalum, omittit facere quæ in dict. Clemen. 1. & dict. §. dicuntur non incurrit pœnam, de qua hic: ſed demum quando amore, vel odio, vel cauſa lucri, vt ibi dicitur. Facit de præſump. nonne. Et nota bene, vt dicit gloſſ. in verb. contra conſcientiam. Quod vt locũ habeat hæc pœna vltra prædicta requiritur copulatiuè, quod faciant contra Iuſtitiam & contra conſciẽtiam: ſimile habetur de ſent. & re iudi. cum æterni lib. 6. hæc de Imola. Confirmat D. Card. Zabarella in dict. §. verum quia ibi. §. not. ſed Gem. in

C. Inquisit. eo. tit. lib. 6. post Io. And. dicit quod ex qualitate, vel pluritate personarum suspectarum de hæresi, si contra illas inquiratur, creditur periculum notabile prouenturum, consulendus est Papa: videantur hac de re Bern. Comens. verb. præcipitur. & ibid. Pegna. & Card. Caiet. in summ. verb. excommunicatio C. 3.

Ad hæc inhibetur Inquisitoribus, & consequenter Vicariis, ne prætextu officij pecuniam illicitis modis extorqueant in dict. Clemen. 1. C. nolentes: his verbis. Et tam ipsorum, quam Episcoporum, seu Capitulorum sede vacante super hoc deputatis commissariis quibuscunque districtius iniungentes ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant: nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob Clericorum delictum prædicti occasione officij fisco etiam Ecclesiæ applicare. Quod si secus in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententiæ eos subiacere decernimus ipso facto: à qua non possint absolui præterquam in mortis articulo, donec illis à quibus extorserint, plenè satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis priuilegiis, pactis, aut remissionibus super hoc valituris. Notarij vero & officiales dicti officij, nec non fratres & socij Inquisitorũ & Commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut Commissarios secretè nouerint talia commisisse (si indignationem Dei & Apostolicæ Sedis vitare voluerint & offensam) ipsos grauiter arguere & corrigere studeant in secreto. Quod si taliter ea scire uerint, vt ea probare valeant, si sit opus; hæc præfatis Inquisitorum & Commissariorum eorundem

quod id pertinebit, nunciare ſollicitè debeant. Quiquidem Prælati, Inquiſitores, & Commiſſarios prædictos reos inde repertos ab officiis amouere, & amotos alias punire debitè ſeu corrigere teneantur. Prælatis autem Inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia nuntiari per prædictos locorum ordinarios volumus, quibus vt ea in Apoſtolicæ Sedis notitiam perferant, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus & mandamus. Nemo ergo ait Pegna 3. part. direct. quæſt. 104. Comment. 153. aut Inquiſitor, aut ſacri officij miniſter munera accipiat: nam grauiſſimo peccandi periculo ſe exponit. Conſulat itaque quiſque in hac re conſcientię ſuæ. Et attendat ad ea quæ de muneribus dicunt Scripturæ ſacræ, Sancti Patres, ſapienteſque Gentiles. Nam ſic Cauetur Deuteronomij ib. Non accipies perſonam, nec munera: quia munera excœcãt oculos ſapientium, & mutant verba iuſtorum: quod etiam repetitur Exod. 23. Et Deuteron. 27. ſic habetur: Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam ſanguinis innocentis. Maledictus quidem ille eſt, quia ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Iob. 15. Quæ maledictio repetitur etiam Iſaiæ 5. his verbis. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Munera enim de ſinu impius accipit vt peruertat ſemitas iudicij. prouerb. 17. Quantum autem roboris habeant ad peruerſionem iudicij munera nouerat ſapiens Eccleſiaſtici 20. dum ſic aiebat. Xenia & dona excœcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit correptiones eorum, & Eccleſiaſtici 8. multos perdidit aurum & argentum

& vsque ad cor regnum extendit & conuertit. Multi enim dati sunt in auro casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum. Ecclesiastici. 31. Quod nouerat etiam Psalmista psal. 25. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Qui ergo munerum est auidus, ea fugiat & fuget: hoc enim fere vbique accidit (vt ait S. Io. Chrysost. tract. de Symbolo) vt munera fugiant dum quæruntur, dum fugantur accelerent. Sed proh dolor! ô tempora! pauper dum nō habet quod offerat in iudicio inquit S. Isidorus: non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. cito violatur auro iustitia: nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimet. Quæ verba etiam habentur. II. quæst. 3. pauper. Quibus tamen non obstantibus videtur quasi consuetudine receptum peruersa, illud Isai. 1. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Imo & id cognouit quidam Ethnicus poeta.

Quid faciet sapiens? stultus quoque munere gaudet:
Ipse quoque accepto munere mitis erit.

Egregia ergo illa est laus Catonis licet hominis Gentilis, de qua Isidorus lib. 20, Etymol. C. 3. ita scribit: Cum essem (inquit Cato) in prouincia legatus, quamplures ad Prætores & Consules vinum honorarium dabant, nunquam accepi, nec priuatus quidem. Egregium præterea dictum illud Bionis: opportere Principem Magistratu discedentem, non ditiorem sed clariorem euadere. Istis nec cedit gloria Themistius dum inquit. Verus Princeps est, qui

auro eſt enexpugnabilis, qualis quidem Princeps fuit famatus ille Martius Curius Dentatus Senator Romanus, cui ad forum ſedenti cum Samnites ingens auri pondus attuliſſent, eo repudiato, libere aſſeruit Mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe: neque enim præclarum eſt aurum habere, ſed iis qui aurum habent imperare. Præclarum ergo illud apud Thebas inſtitutum teſte Plutarcho lib. de Iſide. vt iudicum imagines abſque manibus eſſent, & ſummi iudicis oculi conniuerent: eoquod iuſtitia nec muneribus capi, nec hominum vultu flecti debeat. Quicunque ergo aliquo munere fungimini in ſancto Inquiſitionis officio, videte ne dato vobis priuilegio abutamini. Priuilegium enim omnino meretur amittere qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate II. quæſt, 3. priuilegium. Priuilegium autem quod gratis accepiſtis gratis date. Matth. 10. Et ſint mores veſtri ſine amaritia, contenti præſentibus: ipſe enim dixit non te deſeram, neque derelinquam. Ita vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo, ad hebræos. 13. Quod ſi ſecus fecerit timeat ad illud Iob. 20. diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. non eſt ſatiatus venter eius: & cum habuerit quę concupierat poſſidere non poterit. Qui autem odit munera viuet prouerb. 15. & qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit. Iſaiæ 33. ſicut vere habitat in excelſis B. Thomas Morus iudex æquiſſimus, munerum contemptor & opum. Quadam vice vidua, cui litem adiudicarat, obtulit ei poculum aureum! ille accepit quidem, ſed vino replens ei

præbibit, & reddidit. Et cum à prima ætate magnis in Rep. perfunctus muneribus, & factus totius Regni Cancellarius fuiſſet, amplam quidem habens familiam. tamen tota vita annuum cenſum non auxit vltra ſeptuaginta aureos annuos. Quid hic dicent illi, qui paucis annuis augent ad decem, imo viginti millia? inquit Cornel. à Lapide in cap. 23. Exodi. Reſpiciat ergo iudex quiuis & officiarij in officio ſanctæ Inquiſitionis potius ad munus iudicis & officiarij, quam ad munus rei. vt autem ſuum Iudex munus rite ſubeat tria requirit in eo Abulenſis ad c. 11. nu. 1. prudentiã tũ humanã tũ diuinã. 2. Iuſtitiã & rectã conuerſationẽ. 3. grauitatẽ & Reuer. perſonæ, quibus addit & Cornelius à Lapide in idem caput fortitudinem & zelum boni communis, vt nec potentes vereantur, aut iis adulentur, nec ſua ſed Reip. bona quærant. Quæ qualitates cum requirantur in omnibus iudicibus, à fortiori in iudice delegato ſpecialiter à ſancta Sede Apoſtolica in cauſis fidei, cuius Tribunal integerrimum vult eſſe Pontifex ſupremus: & quidem merito nam ſi in eo vel minimus & anguſtiſſimus aditus pater & muneribus, facile è ſuis ſedibus iuſtitia æquitaſque commoueretur, libertatem enim arguendi amittit, & peccat (vt ait D. Ambroſ. ſuper 1. ad Cor. qui ab eo accipit, qui adeo dat ne corrigatur: cum munera, vt ait ibid. excæcant oculos Iudicum, & vim auctoritatis inclinent. Cæterum vt tandem ad inſtitutum reuertar, Inquiſitor poteſt & quidem ſolus amouere ab officio eum, quem inſtituit Commiſſarium, ſicut ipſum Inquiſitorem Senatus Supremus DD. Cardinalium Inquiſitorum Generalium: & ideo Supe-

riores Ordinum Vicarium ab Inquiſitore inſtitutum non poſſunt de loco ad locum, nec de officio ad officium tranſferre, imo nec etiam notarios, quæ omnia probant Eymeric. in direct. Inquiſit. 3. part. q. 17. qui rationes in contrarium optime ſoluit, ibi nec valet Humbertus Locatus in iudicial. Inquiſit. verb. Vicarius. Franc. Pegna ſuper Eymeric. Cit. Comment. 66. Azoz. inſtitut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 18. rubr. de ſacris Apoſtolicis Inquiſit. quæſt. 11. vbi obſtantia argumenta diluit. Campeg. apud Sanchi, de hæret. C. 30. verſ. denique. Quorum Doctorum ſunt hæ præcipuæ rationes. 1. eius eſt deſtituere, cuius eſt inſtituere: nam omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur extra de Reg. iu. At Superiorum ordinis quorumlibet non eſt Vicarium Inquiſitoris inſtituere, cum ſolius delegati ſit ſubdelegare in illo officio ad quod eſt delegatus C. de iudiciis, à iudice & extra. de offic. Iudi. deleg. ſuper quæſt. Ipſi autem Superiores Ordinis non ſunt delegati in hoc officio, vt poſſint inſtituere Vicarium, ita nec vt poſſint deſtituere. 2. Auctoritate Apoſtolica habet Inquiſitor, vt Vicario à ſe inſtituto, poſſit dare poteſtatem in cauſa fidei procedendi, inquirendi, teſtes cogendi, examinandi &c. ſicut ergo Superiores ordinum non poſſunt in cauſa fidei procedere nec teſtes cogere &c. ſic nec poſſunt Vicarios in officio inſtituere, nec deſtituere nec eos impedire ne procedant, teſtes cogant, examinent &c. nam ipſi Vicarij hoc habent ſupra Superiores ordinum in cauſa fidei ex commiſſione ipſis facta ab Inquiſitore. Quod ſi eos impedire attentauerint dicti Superiores, tanquam impeditores offi-

cij Inquiſitionis excomunicationis ſe nouerint mucrone percuſſos, quam ſi per annum animo ſuſtinuerint pertinaci, extunc velut hæretici condemnentur Cap. vt Inquiſitionis officium de hæret. lib. 6. Et cõtra eos, vt cõtra fautores hær. per ipſos Inquiſitores eſt procedendũ iuxta priuilegium Vrbani IV. & Clementis IV. Præ Cunctis. Vnde ſicut Papa ſtatuit vt Prælati ordinum fratribus ſuis præſideant, & eos pro libito ad hunc vel illum locum mittant, & modo in hoc, nunc in illo officio occupent, & vt fratres eis ſubijciantur: ita idem Papa, cuius eſt Religiones condere, approbare, ſuſtinere & priuilegiis munire, ſuis Conſtitutionibus facultatem dedit Inquiſitori, vt delegato, & Vicario vt ſubdelegato procedendi in cauſa fidei &c. In qua cauſa ſicut Inquiſitor Papæ ſeu dicto Senatui ſolum ſubijcitur, ita Vicarius ſoli Inquiſitori. Debent igitur Superiores Ordinum Inquiſitores, Commiſſarios, ſocios ac notarios eorum fouere, & cauſam omnem licitam præſtare, vt tam ſalubre officium diligentius exequantur, nec ad contrarium vllatenus dare cauſam: & etiam Inquiſitores ſalua officij ſui executione fratribus materiam præſtare non debent, vt à ſua obedientia ſalutari reſiliant. Igitur illi & iſti ſuis terminis ſint contenti, cum ſint inſimul diuinis obſequiis mancipati.

Porro duximus hic inſerendas formas inſtituendi tam Vicarium generalem pro officio Inquiſitionis pro tota diœceſi, quam ſpecialem pro aliquo diſtrictu, licet enim nunc rarius quam olim veniant inſtituẽdi Vicarij generales, cum non debeant Inquiſitores abeſſe à ſua Diœceſi ſine licentia expreſſa

Senatus Cardinalium Inquiſitorum, ſicut olim contingebat, cum cogerentur inquiſitores Romam ſe conferre ad negotia fidei tractanda. Quod ſi tamen contingeret neceſſitas cum requiſitis requirẽdis inſtituendi Vicarium genaralem, hæc eſt forma.

NOs Frater .N. ordinis Fratrum Prædicatorum &c. Venerabili & nobis in Chriſto dilecto Patri fratri .N. Ordinis N. ſacræ Theologiæ Magiſtro: Salutem in Auctore & Conſeruatore fidei Domino noſtro Ieſu Chriſto.

INter alia honeſta obſequia atque ſancta, quæ grata exiſtunt plurimum altiſſimo Creatori, prout teſtimoniis veridicis comprobatur, eſt animarum zelus, peccatorum ſalus, fidei Orthodoxæ augmentum, prauitatis hæreticæ exterminium: ac pro fidei Catholicæ, & orthodoxæ defenſione nocte & die continue inſudare. Hinc eſt quod nos N. Inquiſitor præfatus, cui ex iniuncto nobis officio à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa peragere hæc incumbunt, non valentes huiuſmodi in-

cumbere, seu intendere de præsenti: Vos venerabilem Patrem N. antefatum, de cuius fidei integritate, vitæ puritate, disciplinæ sufficientia, morum modestia, atque in cunctis agendis prudentia circunspecta, synceram in Domino fidem gerimus, & probatum, Vicarium nostrum, & Commissarium, in omnibus & singulis Ciuitatibus, territoriis, atque locis iurisdictioni nostræ subiectis tenore præsentium instituimus generalem, committentes vobis, quatenus auctoritate nostra, imo verius Apostolica in omnibus, & singulis fidei negotiis, quæ obuenient, & in omnibus, ex illis dependentibus, emergentibus, & connexis liberè etiam vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue procedere valeatis: Super quibus omnibus, & singulis, committimus vobis vniuersaliter ac plenarie vices nostras, quousque ad nos duxerimus reuocandas. In quarum commissionis & concessionis testimonium, præsentes nostras literas sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum &c.

Forma instituendi Commissarium Specialem.

NOs frater N. ordinis fratrum Prædicatorum &c. Venerabili & nobis in Christo dilecto Pa-

tri Fratri N. Ordinis N. Sacræ Thologię Magiſtro: Salutem in Auctore & Conſeruatore fidei Domino noſtro Ieſu Chriſto.

CVm per abſentiam hæreticæ peruerſitatis Inquiſitorum, diabolica ſuggeſtione in locis pluribus experiamur ſæpiſſime Catholicæ fidei contraria ſuboriri, quæ per eorum præſentiam validius extirpantur: Nos qui ſumus arduis negotiis plurimis ſanctæ fidei impræſentiarum taliter occupatiquod ad diſtrictum N. qui ſubiacet noſtræ iuriſdictioni quoad præſens accedere commode non valemus: ideo vos de cuius diſcretionis ſynceritate, conſcientiæ ſodilitate, ſcientiæ profunditate,& zelo fidei accenſo & veritate, fidem gerimus in Domino pleniorem, Vicarium noſtrum ſeu Commiſſarium in toto prædicto diſtrictu, ſtatuimus & facimus firmiter per præſentes:cómittentes vobis plenarie & expreſſe vices noſtras, donec ad nos duxerimus reuocandas, quatenus denuntiationes & informationes, ſeu accuſationes authoritate noſtra à quibuſcunque & etiam contra quoſcunque recipere, & procedere (prout nos poſſemus) liberevaleatis, ac ſuper & pro eiſdem tam teſtes quam reos citare, arreſtare, compedire, confeſſiones ſeu teſtimonia recipere,& ea probare, & etiam examinare, & ad teſtificandum cogere: atque pro dicenda veritate vna cum Domino Epiſcopo ſeu

eius Vicario quæſtionibus exponere & tormentis, ac etiam ponere ad carcerem qui magis ad pœnã quam ad cuſtodiam videatur: conſilium peritorum quando vobis videbitur, conuocare: atque generaliter omnia alia facere valeremus ſi ibi perſonaliter præſentes eſſemus. In prædictis enim omnibus & aliis ex eiſdem, modo aliquo emergentibus, dependentibus & connexis plenariam concedimus & conferimus poteſtatem ſemper duntaxat nobis diffinitiua ſententia reſeruata, monentes, ne quid atduum nobis inconſultis facere præſumatis, ſed de ſingulis nos moueatis, noſtrum conſilium & conſenſum sẽper expectantes. In cuius commiſſionis & conceſſionis teſtimonium præſentes noſtras literas ſigillũ noſtri munimine iuſſimus roborari. Datum &c.

TEXTVS IX.

---- Concedentes tibi in præmiſſis facultatem, poteſtatem, & auctoritatem contra quoſcunque hæreticos.

DE auctoritate, facultate, & poteſtate Inquiſitorum præter ius commune extra. de hæret. in

6. de hæret. in Clementinis & extrauagantibus eo. tit. cr plerum multa vbique Doctores Eymeric. in direct. Inquisit. part. 3. in multis quæst. 5. Antonin. in 3. part. suæ summæ tit. 18. Cap. 2. Zanchin. tract. de hæret. passim: & ibi in additionibus Campegius repertorium Inquisitorum verbo Inquisitores: Simancas de Cathol. institut tit. 34. de Inquisitoribus Apostolicis: Bernard. Comens. in Lucerna Inquisitorum verbo Inquisitor: Ioan. Calderinus tract. de hæret. rubri. de auctoritate Inquisit. per tot. summa Syluestrina verb. hæreticus. §. 2. num. 8. & 12. Carerius tract. de hæret. num. 75. & seq. Tabiensis in summa verbo. Inquisitor: Conradus Brunus tract. de hæret. lib. 4. c. 1. Decianus in tract. crimin. lib. 5. C. 22. & 23. Arnaldus Albertinus tract. de agnoscendis assertionibus cathol & hæret. passim. Fran. Pegna in additionibus ad Eymeric. 3. part. Direct. vbique ferme Ioan. Azoz. institutionum moralium part. 1. lib. 8. c. 18. rubri. de sacris Apostol. Inquisitoribus. quæst. 17. Alphonsus Fernandes in concertatione prædicatoria suo modo Historico ad Annum Domini 1254. 1255. 1256. & 1260. Lælius Zechius in summa part. 1. tit. de fide c. 11. rub. de hæresi num. 13. Summa Rosella passim: Farinac. tract. de hæresi per tot. Et alii sexcenti in iura præcitata & alibi. Circa quam Inquisitotum potestatem illud primo fortasse dubitabitur, an illa sit ab homine vel à iure: cui Dubio satisfit per cap. ne aliqui. de hæret. lib. 6. cuius verba iam supra relata sunt ad Bullam Nicolai Quarti, quæ incipit. Ne aliqui, sicut iam dictum est in annotatione ad illam Bullam: ita vt iam conueniat inter omnes ferme Doctores: In-

quisitorum officium morte concedentis non expirare, imo extendi ad negotia nondum cœpta & de nouo exorta, cum Romanus Pontifex moritur, & quidem præcipue nunc temporis quando Inquisitores non immediate à Papa, sed à supremo & perenni Senatu Cardinalium Inquisitorum instituantur.

Sed quæritur vtrum priuilegia indulta, auctoritas, potestas, constitutiones & ordinationes factæ Inquisitoribus sint per recentiora iura & extrauagãtes postmodum factas simpliciter reuocata ? quod dubium iam solutum est à Pegna in sua disputatione huic tractatui præmissa : & soluitur adhuc vberius per cap. statuta. de hæret. in 6. §. fin. his verbis. Constitutiones vero, ordinationes, & mandata alia, prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus suprascriptis supra eadem editis prauitate non obuient, in suo volumus robore permanere. per constitutiones supra scriptas intelligit decretales Gregorii, quas & alias omnes quę sunt de iure titulis de hæret. in fine huius tract. in suo puro & nudo tenore ponemus. Ad hoc extat c. multorum de hæret in Clementinis §. fin. his verbis. Alia sane quæ circa præmissum Inquisitionis officium à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsenti decreto non obuiant) sacri approbatione concilii roborata, in sua volumus firmitate manere, & quidem merito in fauorem fidei id oportuit constituere, cum per leges quoque ciuiles idem sancitum sit, vt apparet in l. Ariani. c, de hæret.

Quod cum certum sit, videndum est particulariter tam in hoc textu, quam sequentibus, quantæsit

poteſtatis iuriſdictio Inquiſitoris, & ad quæ ſe extẽdat, circa quod non minus eſt certum, maximam eſſe Inquiſitoribus cõmiſſam poteſtatem & maxima conceſſa priuilegia ſicut videri poteſt in corpore iuris titulis de hæret & ex bullis tam à nobis ſupra relatis,, quam à franc. pegna in fine directorii & aliis multis extrauagantibus. Et ſanè merito : nam Inquiſitor eſt Iudex delegatus in negotio omniũm lõge grauiſſimo, nempe fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo ad Hebr. 2. cum Prima ſalus ſit rectè fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum: nullatenus deuiare: 25. quæſt. 1. Prima. Imo cum in hac fidei cauſa eatenus deputetur Inquiſitor Iudex, quatenus nullæ omnino perſonæ publicæ vel priuatæ, quouis ingenio, colore, vel occaſione immiſcere ſe poſſint negotiis Inquiſitionis, niſi quando per Inquiſitores fuerint requiſiti: quin alias incurrant excommunicationem, & priuationem à ſuffragiis Eccleſiæ & ſacramentis vt patet ex indulto Iulij tertii Pontificis: ideo maximis Inquiſitor fuit fulciendus fauoribus & Beneficiis. Bulla autem dicti Pontificis ſic habet.

IN NOMINE SANCTÆ ET Indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus S Amen.

NOuerint Vniuerſi, hoc præſens publicum tranſumptum inſpecturi, quod Nos Ioannes Bapti-

ta Cicada, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Albiganen. S. D. N. Papæ eiuſque Camerarij, nec non Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, ſententiarũque & cenſurarum in eadem Romana Curia latarum, ac literarum Apoſtolicarum vniuerſalis executor: habuimus, vidimus, & diligenter inſpeximus literas Apoſtolicas S. D. N. Iulij Diuina prouidentia Papæ 3. heri quæ fuit dies Veneris ſancta, ſolemniter lectas & publicatas, eiuſque vera bulla plumbea cum cordula rubei croceique colorum, more Romanæ Curiæ pendente, bullatas, & omni ſuſpicione carentes, ſubſequentis tenoris.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM Rei Memoriam.

Licet à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, etiam per ſpeciales Conſtitutiones in corpore iuris inſertas, fuerit ritè & ſalubriter ſanctum atque decretum vt ſæculi Poteſtates & Do-

mini temporales, ac prouinciarum, Ciuitatum, terrarum & locorum quoruncumque Rectores, quibuſcunque dignitatibus vel officiis aut nominibus cenſeantur, diœceſanis Epiſcopis & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, in ipſo Inquiſitionis negotio faueant & aſſiſtant, nemoque ex prædictis Poteſtatibus, Dominis, & Rectoribus eorumqae officialibus, de crimine hæreſis, cum merè ſit Eccleſiaſticum, quoquo modo cognoſcat vel iudicet, neque diœceſano Epiſcopo vel Inquiſitori ipſius Inquiſitionis negotio incumbenti ſe opponere aut ipſum aliquatenus impedire vel impedientibus auxilium, aut fauorem ſcienter dare audeat, perpetuæ damnationis ſententia in eos qui contra prædicta fecerint promulgata, quam ſi per annum animo ſuſtinuerint pertinaci, ex tunc velut hæretici condemnentur: vſque adeo tamen in omnibus ferè non ſolum Italiæ verum etiam aliis prouinciis, Ciuitatibus, terris, & locis, complurium laicorum, vt accepimus, mundanæ gloriæ proceſſit ambitio, vel ſacrorum Canonum inſcitia, vel Eccleſiaſticæ diſciplinæ contemptus, vt in animarum ſuarum perniciem atque interitum, diœceſanos Epiſcopos, & Inquiſitores à Sede Apoſtolica inſtitutos Inquiſitionis officium exercentes alij, ſub iuſtitiæ prætextu, ne vlli ſcilicet fiat iniuria, impedire, alii vero ſub pietatis colore, vt fontes ſcilicet ſeuerius puniantur, ſe ipſis diœceſanis Epiſcopis, & Inquiſitoribus adiungere, & vnà cum eis de ipſo hæreſis crimine cognoſcere, proceſſus formare, formatoſque ſuo iudicio ſubmittere non erubeſcant. Cui ſanè morbo iam nimis latè progredienti, ſolitam ac ſalutarem Eccleſiæ medi-

cinam pro noſtra paſtorali ſolicitudine afferre cupientes, ſæculi poteſtates, Dominos temporales, ac prouinciarum, Ciuitatum, terrarum, & locorum Rectores ſupradictos, nec non quaſcunque alias ſæculares perſonas, tam priuatas quam publico quouis munere fungentes requirimus & monemus, ac eis Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri (cuius vices, licet immeriti, gerimus in terris) nomine præcipimus, ne diœceſanos Epiſcopos & Inquiſitores ipſos in ſuo Inquiſitionis negotio vllo modo impediant ſeu perturbent neque ſe in hæreſis crimine cognoſcendo vel iudicando, quouis etiam aſſiſtentiæ & fauoris colore, cauſa vel occaſione (niſi quatenus ab ipſis diœceſanis Epiſcopis aut Inquiſitoribus ſponanea & libera eorum voluntate fuerint requiſiti) ſe ingerant, ordinationes, prouiſiones, & leges quaſcunque de ipſius criminis cognitione latas ſacris Canonibus obſiſtentes, & Eccleſiaſticam iuriſdictionem impedientes, ſine mora abrogent & deleant, prout etiam Nos eas omnes inualidas fuiſſe & eſſe decernimus, & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis & delectis haberi volumus & mandamus. Qui monitis his noſtris non obtemperauerint, quiue ſcienter in prædictis conſilium, auxilium, aut fauorem dederint, nouerint ſe non ſolum per ſacras dictorū prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, verum etiam per hanc noſtram ſanctionem ſeu ſententiam & declarationem perpetuo duraturam (quam auctoritate Omnipotentis Dei ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra in ipſos non obtemperantes, quacunque illi præfulgeant dignitate, in his ſcriptis proferimus) communione fidelium & om-

nium Ecclesiasticorum Sacramentorum perceptione priuatos, ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematisque & maioris excommunicationis mucrone percussos, ita vt nemo vnquam in præmissis delinquens, nisi à nobis & successoribus nostris canonicè intrantibus, etiam prætextu quarumcunque facultatum, concessionum & gratiarum, etiam confessionalium nuncupatarum, etiam à nobis & dicta Sede hactenus emanatarum, vel in posterum emanandarum, specificam & expressam ac alias quam per verba generalia de præsentibus literis nostris mentionem non facientium, præterquam in mortis discrimine, absolui possit. Quibus etiam censuris ipsos diœcesanos Episcopos & Inquisitores subiacere volumus, si laicos secum quomodocunque de ipso crimine cognoscere aut iudicare permiserint, Vt autem præmissa omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam iustè prætendere possit, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentes literæ per aliquos Cursores nostros aut Notarios publicos in Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe & Ecclesiæ Lateranen. ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, nec non acie campi floræ, vt moris est, publicentur, earum exemplo in singulis valuis & acie huiusmodi affixo & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ requisitionis, admonitionis, præcepti, declarationis, mandati, prolationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apo-

stolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1550. quintodecimo Kal. April. Pont. nostri anno secundo.

Pro Reuerendiss. D. M. Card. Crescen.
Io. Barengus.

Rom. Amasæus.

Lecta & publicata fuit in die Veneris sancti, in Capella Sanctitatis suæ, dum Diuina celebrarentur officia.

Anno à Natiuitate Domini 1551. Indictione nona, die vero 28. Menſis Martij. Pont. Sanctiſſimi D. N. Iulij Diuina prouidentia Papæ Tertij, anno eius ſecundo, Retroſcriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis ſeu portis Principis Apoſtolorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateran. & Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non acie campi floræ, dimiſſis copiis Per nos Petrum Gomez Freyle, & Franciſcum Munos. S. D. N. Papæ Curſores.

Ita eſt, Petrus Gomez Freyle Curſor manu propria.

Ita eſt, Franciſcus Munos Curſor manu propria.

Petrus Leobodie Magiſter Curſorum.

QVibus quidem literis diligenter inſpectis, illas ad requiſitionem, Reuerendi Patris Magiſtri Theophili Torpien. Ordinis Prædicatorum Commiſſarij generalis S. Inquiſitionis, per Notarium publicum infraſcriptum, exemplari mandauimus & tranſumi, & in hanc publicam tranſumpti formam redigi. Decernentes & volentes, vt huic præſenti tranſumpto (iuxta earundem literarum & decreti in eis appoſiti continentiam & tenorem) plena fides vbique adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ exhibitę vel oſtēſæ forent: quibus omnibus & ſingulis auctoritatem noſtram ordinariam interpoſuimus: & ad ampliorem euidentiam præmiſſorum, Sigillum noſtrum, quo in talibus vtimur, præſentibus duximus apponendum. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas atque præſens publicum tranſumpti inſtrumētum exinde fieri, & per Notarium publicum, noſtrumque & dictæ Curiæ coram nobis Scribam infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandauimus, ſigillique noſtri iuſſimus & fecimus impreſſione' muniri. Datum Romæ in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domini 1551. indictione nona, die vero 28. Menſis Martii. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Iulij Diuina prouidentia

Papæ tertij, anno ſecundo, præſentibus ibidem diſcretis viris Dominis Bonifacio de Grangia & Deſiderio Bonaauena Notariis publicis, & coram nobis ſcribis, Clericis Gebennen. & Iulen. reſpectiuè diœceſ. teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis.

Adam de Inuidia eiuſdem Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius ſſ.

Locus ſigilli.

ET quia à iure dicendo dicitur iuriſdicto, circa hanc dubiũ fortè ſuborietur: vtrum Inquiſitor poſſit cõtra hæreticos ius vel edicta dubia per ſe interpretari, & omnem dubitationis locum quæ inde naſci poſſet auferre? Reſpondet 1. Eymeric. 3. part. Direct. queſt. 85. quod Inquiſitor inſimul cum Epiſcopo vel eius Vicario poſſit ſtatuta contra hæreticos credentes, receptatores, fautores & defenſores ea-

sum edita in dubiis interpretari : cuius priuilegij mentionem faciunt Tabiensis in sum. verbo. Inquisitor. §. 39. Campeg. apud Zanc. c. 16. versi. rursus arbitrium iudicis. Locatus in opere iudiciali verbo. interpretari. & verbo statuta. Io. Royas. tract. de hæret. part. 2. num. 426. & alii. & id priuilegium habetur in literis Apostolicis Innocentii quarti tenoris sequentis.

Vm negotium fidei Catholicæ aduersus hæreticæ pra uitatis errores, vobis & vestra prudentia deprehendatvulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias literas, duxerimus committendum, vt commissum vobis ab Apostolica Sede tam salubre ac vtile ministerium exequi liberius, ac exercere possitis efficacius, in hac parte, interpretandi statuta Ecclesiastica & sæcularia contra hæreticos edita.

Et hæreticorum filios, & nepotes, credentium quoque, fautorum, defensorum, & receptatorum ipsorum, dignitatibus, personatibus, & honoribus quibuscunque, ac beneficiis Ecclesiasticis, & publicis officiis.

Illos etiam qui hæreticorum, vel aliorum prædi-

ctorum interuentu, intuitu, vel gratia talia sunt adepti, vel in posterum assequentur, priuandi huiusmodi dignitatibus, personatibus, honoribus, beneficiis, & officiis, liberam vobis auctoritate præsentium concedimus potestatem.

Sanè volumus, vt nomina tam accusantium prauitatem hæreticam, quam testificantium super ea nullatenus publicentur, propter scandalum vel periculum, quod ex publicatione huiusmodi sequi posset. Et adhibeatur dictis huiusmodi testium nihilominus plena fides. Quod si simul his non interfueritis exequendis, vnus vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateranen. 7. Idus Martij. Pontif. nostri Anno vndecimo.

Quod etiam confirmat Alexander Quartus in bulla vt commissum. his verbis.

Vt commissum vobis Inquisitionis officium cõtra prauitatem hæreticam efficacius & liberalius exequi valeatis, interpretandi vel declarandi vna cum diœcesanis locorum, in quibus est idem officium vobis commissum, vel ipsorum vicariis, cum diœcesanos abesse contigerit, statuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita quoties in eis apparuerit aliquid ambiguum, vel obscurum: & infra: vobis auctoritate præsentiũ concedimus facultatem &c.

Et non tantum potest Inquisitor simul cum Episcopo interpretari ius & statuta dubia contra hæreti-

cos edita, imo etiam ipſe ſolus id poteſt, ſicut probat Eymeric. Cit. quæſt. 86. & Campeg. cit. Nam cum hoc priuilegium ſit tributum fauore fidei, cuius inquiſitor eſt iudex delegatus, Epiſcopus autem ordinarius, delegatus autem in cauſa ſibi commiſſa videtur præferendus, vt ait Pegna, ordinario. Et id. Eymer. refert Alexandri Quarti hęc verba in bulla, Præcunctis. Nec non interpretandi ſtatuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum edita, quoties in eis apparuerit aliquod ambiguum, vel obſcurum: & infra: auctoritate præſentium concedimus facultatem.

Tutius tamen, vt monet Pegna, ibid. eſt ſi talia edicta in dubiis interpretetur inquiſitor cum Epiſcopi conſilio, vbi commode poterit adhiberi: alias vrgente cauſa ſolus (vt ipſe ait) fortaſſis inquiſitor poterit id pręſtare. Rurſus quoties oportuerit edicta aduerſus hæreticos, eorumque complices, fautores, receptatores, & defenſores publicare poterit ſolus inquiſitor ſine ordinario, vt vult Ioan. Rojas tract. de hæret. part. 2. de priuilegiis inquiſitorum num. 415. verſi. item ſoli inquiſitores. & Pegna 3. part. Directorij ad quæſt. 86. Comment. 135. & etiã fuit ſententia Eymeric. 3. part. num. 52, & Zanch. tract. de hæret. c. 2. num. 2. quæ etiam in S. Officio practicatur: ita vt inconſulto ordinario poſſit inquiſitor edicta contra hæreticos promulgare, quibus iubeat vt ſibi in hoc crimine delinquentes reuelentur.

Sed maior eſt difficultas an poſſint inquiſitores contra hæreticos noua cõdere ſtatuta in ſuis dioce-

sibus: augendo pœnas aduersus eos. Quæ videtur dirimi ex rescripto Innocentij Quarti, quod sic habet.

ORthodoxæ fidei commissum dilectis filiis Priori prouinciali & fratribus Inquisitoribus hæreticę prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Treuisana, & Romaniola negotium ipsorum proficere Ministerio cupientes, & considerantes attentè, quod iurisdictio eorum quo fuerit plenior in hac parte, eo maior esse poterit fructuosa, volumus, & nostris sibi damus literis in mandatis, vt vos monere procurent, ac inducere diligenter, vt statuta ipsorum alia Ecclesiastica & sæcularia, & Constitutiones etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione Ecclesię persistentis edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus conscribi in statutariis vestris eaque obseruetis, & faciatis irrefragabiliter obseruari: nos enim eisdem Priori & fratribus, literis nostris iniungimus, vt si eorum, imo potius Apostolicis, ac quiescere monitis non curaueritis in hac parte, vos ad id per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota compellant. Datum Perusij V. Kalen. Maij. Pontificatus nostri Anno nono.

Ex qua bulla patet quod Inquisitor potest condere noua statuta contra hereticos, per hæc verba. vt statuta ipsorum, scilicet Inquisitorum.

Præterea potest Inquisitor non tantum sicut vidimus explicare statuta cõtra hęreticos edita, & promulgare de nouo quibus iubeat vt in hoc crimine delinquentes reuelentur vel noua condere sed etiam quæuis & quorumcunque statuta quo quomodo sacrum Inquisitionis officium impedientia plenariè potest abrogare, per hoc Alexandri Quarti priuilegium.

IMplacida relatio nuper nostrum turbauit auditum, quod videlicet Commun. Mantuan. cum deberent dilectis filiis fratribus Prædicatoribus, Inquisitoribus prauitatis hæreticæ, in illis partibus à sede Apostolica deputatis, circa extirpationem prauitatis huiusmodi de suis finibus, toto posse assistere tanquam fidei zelatores: ipsi agentes in contrarium, statuta damnabilia edidetunt, per quæ negotium fidei, quod per fratres ipsos saluberiter geritur, vt in eo procedi libere nequeat, directè impeditur, vel etiam Indirecte. Quocirca fraternitati tuæ, per Apostolica scripta, sub excommu-

tricationis pœna firmiter præcipiendo mandamus, quatenus aſſociatis tecum aliquibus diſcretis, & Deum timentibus viris, ſtatuta huiuſmodi quæ à mant. vel quibuſlibet aliis hominibus, ordinata & facta dicuntur Mantuæ ac in toto ipſius diſtrictu, per quæ ipſi negotio poſſit obſtaculum prouenire, diligenter ac etiam inuenire: & quæſita & inuenta ad tale reducere, ac reduci facere moderamen procures, quo per ipſa dictorum Inquiſitorum proceſſus non impediantur in aliquo, vel quomodolibet retardentur faciens nihilominus quod ſtatuta quælibet ipſi negotio Contraria, & quibus poſſet impedimentum aliquod Inquiſitoribus afferri eiſdem, quominus per eos, iuxta formam ſibi prædicta ſede traditam, procedi liberè valeat in eodem, in Ciuitate præfata vel alibi in ipſius diſtrictu nullatenus obſeruentur. poteſtatem Ancianos, & Conſilium Ciuitatis eiuſdem per excommunicationem in perſonas eorum, & commune prædictum, per interdicti in Ciuitatem ipſam ſententias, ad id appellatione poſtpoſita, compellendo. Datum Viterbi, XV. Kal. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

QVodquidem priuilegium de abrogando ſtatuta impedientia officium Inquiſitionis habetur in 6. tit. de hæret. cap. Statutum. his verbis. Statutum Ciuitatis Caſtri, villę, vel alterius loci, per quod negotium Inquiſitionis hæreticæ prauitatis directe vel indirecte (ne in eo libere procedi valeat) contigerit impediri: vel quomodolibet retardari nullius exiſtere firmitatis. ipſiuſque ciuitatis vel loci Do-

minium, poteſtatem, capitaneum, conſules vel Rectores: per quem vel quos eadem Ciuitas ſeu locus regitur quocumque nomine cenſeantur: ad ſtatutum huiuſmodi loci diœceſano vel eius Vicario, aut Inquiſitori ſeu Inquiſitoribus labis præfatæ, ſine moræ diſpendio exhibendum & ſi tale inuentum fuerit reuocandum omnino: vel ſaltem eatenus moderandum: quo per illud Inquiſitionis proceſſus non impediantur vel aliquatenus retardentur per cenſuram Eccleſiaſticam decernimus compellendos.

Quæ cum ita ſint de auctoritate & iuriſdictione Inquiſitoris, videndum eſt generaliter antequam deſcendamus ad particularia, contra quos poſſit ex officio ſuo Inquiſitor procedere. Cui reſpondet vno verbo Franc. Pegna. 3. part. Direct. Comment 114. Inquiſitorem poſſe procedere in hac cauſa contra omnes, paucis quibuſdam exceptis de quibus poſtea ad text. noſtrum 19. datus enim eſt iudex in ea cauſa contra vniuerſitatem perſonarū, vt optime ſcripſit Gemi. in cap. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. Ergo non eſt dubium quin poſſit procedere contra formales hæreticos, & cognoſcere de hæreſi & iis omnibus quæ ſapiunt hæreſim.

Quid autem ſit hæreſis & vnde dicatur, habetur expreſſe in iure 24. quæſt. 3. ex D. Hieron. his verbis. Hæreſis græce ab electione dicitur, quia ſcilicet eam ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Quicunque igitur aliter ſcripturam intelligit quam ſenſus Spiritus Sancti flagitat à quo ſcripta eſt: licet ab Eccleſia non receſſerit tamen hæreticus appellari poteſt. Et de eadem ope-

ribus eſt eligens quæ priora ſunt. Vnde hęreſis definitur à Theologis & Martino Becano in 1. tract. tomi poſter. part. 2. ſuæ ſumm. c. 14. quęſt. 1. num 2. Sancheſ. lib. 2. moral. c. 7. num. 1. & Azoz. lib. 8. inſtit. moral. c. 9. quęſt. 1. hęreſis eſt voluntarius error intellectus contra aliquam fidei veritatem, cũ pertinacia aſſertus ab eo, qui fidem recipit. Afferuntur prętera ſeptem aliæ definitiones à Farinac. de hæreſi quęſt. 178. quę ferme concidunt cum prędcedenti & ſolis verbis diſcrepant. Tantopere autem eſt abominabile crimen iſtud, vt cęteris omnibus ſit atrocius vt patet ex lege Federici Imperatoris, quę incipit, inconſutilem tunicam. relata iam ſupra ad text. 6. in annotatione ad bullam Gregorii Vndecimi ad Nobiles, quę incipit Poteſtis ne immerito. Imo eſt crimen pluſquam læſæ Maieſtatis cap. vergentis de hæret. Cum longe ſit grauius æternam quam temporalem lędere Maieſtatem. Hæreſis enim mentalis eſt ſicut caput ſerpentis, quod niſi conteratur, ſtatim exercens virus ſuum in alios infundet, & in modum leprę, nedum ſuam poſteritatem imo circumſtantes inficit, niſi ſtatim caueatur arg. c. vrgentis. c. excommunicamus. §. credentes de hęret. c. reſecandę 24. quęſt. 3. imo hoc crimen tantum adfert detrimentum, vt extra de hęret. cap. firmiſſime. Omni homini, qui Eccleſiæ catholicę non tenet vnitatem, neque baptiſmus, neque eleemoſyna quantumlibet copioſa neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem.

Iſtius autem criminis cognitio totaliter ſpectat ad forum & iudicem Eccleſiaſticum, ſicut conſtat ex

ptius

prius relata bulla Iulij tertij. incipien. Licet à diuersis. Et ex cap. vt Inquisitionis de hæret. 6. §. prohibemus quoque districtius potestatibus, Dominis temporalibus, & Rectoribus, eorumdemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit Ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant vel iudicent &c.

Quinam autem dicendi sint hæretici patet ex C. hæreticus. 24. quæst. 3. hæreticus est qui alicuius temporalis commodi & maxime vanæ gloriæ principatusque sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur. Ille autem qui huiusmodi hominibus credit imaginatione quadam veritatis illusus est. Vbi notandum est quod ad hoc vt aliquis proprie dicatur hæreticus quatuor requiruntur.

Primum est error in intellectu, ita quod male sentiat de veritate, vnde si aliquis conculcet corpus Christi, credens tamen ibi esse verum corpus Christi, eò quod hoc sit malum, sed hoc facit vt placeat diabolo, iste non dicetur hæreticus, quia non habet errorem in intellectu, nec male sentit de Sacramento Altaris.

Secundum est quod talis error sit circa ea quæ pertinent ad fidem vel contra determinationem Ecclesiæ, aut contra sacram scripturam, nam ex hoc habetur quænam propositio pro manifeste hæretica sit reputanda: scilicet ea quæ manifeste pugnat contra fidem manifestam, fides autem manifesta cõtinetur in fidei symbolo, determinatione generali Ecclesiæ & scriptura sacra. Septem autem sunt modi hæresis manifestæ, oppositi septem modis Catholicæ veritatis, quos refert Cardin. Turrecremata in

ſumm. de Eccleſia lib. 4. part. 2. c. 10. & ex eo Hübert. Locatus in opere iudiciali. & Albertinus de agnoſ. aſſert. Primus eſt earum quæ in libris ſacris habentur expreſſę, 2. quæ ex ſacris ſcripturis neceſſaria conſequentia deducuntur. 3 quas verbo tenus Chriſtus Apoſtolis, & Apoſtoli Eccleſiæ tradiderunt. 4. quæ in Conciliis vniuerſalibus definitæ ſunt. 5. Quæ à Sede Apoſtolica ſunt fidelibus ad credendum propoſitæ. 6. quæ de fide & refutatione hæreſum ſancti Patres vna mente & conſenſu docuerunt 7. quæ ex tertio, quarto, quinto, & ſexto modis neceſſaria conſequutione deriuantur.
Tertium neceſſarium ad formalitatem hæreſis eſt quod errans ſit profeſſus Catholicam veritatem & ſuſceperit Baptiſmum. Quartum eſt quod teneat talem errorem cum pertinaci malitia & obſtinata voluntate. Cap. dixit Apoſtolus. 24. quæſt. 3. qui ſententiam ſuam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis pepererint, ſed à ſeductis atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſolicitudine veritatem, cõtrigi parati cum inuenerint, nequaquam sũt inter hæreticos deputandi.
1. Hæreticus ergo dicitur. Qui Romanæ Eccleſiæ priuilegium ab ipſo Summo omnium Ecclesiarum capite traditum aufferre conatur. fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei. diſt. 22. c. omnes.
2. Hæreticus eſt, qui nouas & falſas opiniones inuenit, ſequitur & dogmatiſat 24. quæſt. 3. cap. inter hæreſim. & cap. hæreticus.

3. est hęreticus qui intelligit scripturam sacram aliter quam Spiritus Sanctus efflagitat. cap. hæresis. ea. quæst.

4. qui de Sacramentis Ecclesiæ vel de confessione aliter sentit quam tenet & obseruat Romana Ecclesia. cap. ad abolendam. de hæreticis in principio.

5. Qui aliter sentit de articulis fidei etiam leuissimis quam Romana Ecclesia 24. quæst. 1. C. hæc est fides. sic Quicunque me culpare voluerit, se imperitum vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, sed hæreticum comprobabit.

6. Qui Sacramenta Ecclesiæ peruertit vt Simoniacus 1. quæst. 1. C. eos qui per pecunias.

7. Qui scindit se ab vnitate Ecclesiæ. 7. quæst. 1. C. denique.

8. Omnis excommunicatus. 4. quæst. 1. quod autem hi. ad quod extat glos. super cap firmissime. extra. de hæret.

9. Qui tenet simplicem fornicationem vel alium actum carnalem extra matrimonium non esse peccatum mortale. ex Clemen. fin. de hæret. Cum hoc sit diffinitum ad Galat. 5. Tobiæ. 4. Deuteron. 24. Exod. 20. 1. ad Corinth. 6. & dist. 25. §. alias ea demum. sic Et quamuis Apostolus plura capitalia cõmemorauerit: Nos tamen (ne desperationem facere videamur) breuiter dicamus quæ illæ sunt. Sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falsum testimonium, rapina, furtum, superbia. inuidia auaricia, & si longo tempore teneatur iracundia, & ebrietas si assidua sit in eorum numerum computatur.

10. mo dicere peccatum quod est mortale, non

esse mortale hæresis est. Vide citatos apud Farinac. de hæresi quæst. 178. §. 3. num. 82. ergo hæreticus est, qui tenet pertinaciter vsuram non esse peccatum mortale. est ad hoc Clemen. 1. de vsuris. §. sane his verbis. Sane si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras non esse peccatum: decernimus eum velut hæreticum puniendum. Et sic de cæteris peccatis mortalibus, quia de similibus simile debet esse iudicium. cap. inter cæteras de rescriptis. in fi. iuxta glos. ergo similiter qui tenet alia prohibità ab Ecclesia vel per scripturam sacram non esse peccata, hæreticus est.

11. Hæresis est dicere quod iuste excommunicatus decedens in excommunicatione non damnetur æternaliter cum moriatur in peccato mortali. Cap. nemo. 11. quæst. 3. & tradatur satanæ ead. quæst. & caus. C. omnis Christianus.

12. Hæresis est dicere eum non esse obligatum intrare Religionem, si hoc vouerit, cum alioquin faciat peccatum mortale, si non ingrediatur.

13. Hæreticus est qui singulo anno non recipit cõmunionem, sicut & non confitens peccata sua singulis annis quando scilicet potest. text. est in Auth. de priuil. dot. hæret. mulier. non præstan. his verbis. Igitur sacram Communionem in Catholica Ecclesia non percipientes à Deo amabilibus sacerdotibus hæreticos iuste vocamus. Vide ad hoc citatos à Farinac. de hæresi. quæst. 178. §. 2. num. 79.

Item. 14. Apostata a fide est hæreticus quia scindit se ab vnitate Ecclesiæ.

15. Hæreticus est qui circa aras idolorum nefa-

nias preces emittit, ſacrificia offert, dęmones conſulit, eorum reſponſa ſuſcipit, vel aſſociat ſibi hæreticos propter ſortes exercendas, vel facit prædicta cum corpore vel ſanguine Chriſti, vel in ſortibus, vt poſſit habere reſponſa, puerum rebaptizat, & his ſimilia. hæc dicit gloſ. in verbo. ſaperent. §. ſane C. accuſatus. de hæret. lib. 6.

Item 16. tenens pertinaciter quod anima rationalis non ſit forma corporis humani per ſe & eſſentialiter ex Clemen. vnica de ſumma Trinitate. §. porro ſic. Quiſquis deinceps aſſerere, defendere ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit, quod anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe & eſſentialiter, tanquam hęreticus ſit cenſendus.

17. Papæ contemnens obedire non hęreſim tantum ſed paganitatem incurrrit. gloſ, in Clemen. 1. de hęret. cap. ad noſtrum in verbo tertio. Et quidem colligit ex diſt. 81. ſi qui ſunt. in fi. Peccatum igitur paganitatis incurrit quiſquis dum Chriſtianũ ſe eſſe aſſerit, Sedi Apoſtolicę obedire contemnit: nulli enim fas eſt vel velle vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta nec noſtræ diſpoſitionis Miniſterium. diſtinct. 19. nulli fas. quod intellige ſecundum gloſſ. ibid. de eo qui diceret Romanam Eccleſiam non eſſe omnium caput, nec poſſe condere canones, quos qui violat in Spiritum Sanctum blaſphemat. 35. quæſt. 1. violatores. vnde patet hęreticum eſſe, vt vult etiam ex multis citatis Farinac. de hæreſi. quæſt. 178. §. 2. eum qui aſſerit Papam non habere poteſtatem concedendi indulgentias plenarias aut condendi Canones, & eum qui diceret

excommunicationes Papæ & Prælatorum non esse timendas seu Papæ dispensationes non esse seruandas.

18. Hereticus est qui asserit matrimonium cum carnali copula esse peccatum mortale. Item decimis non esse soluendas, de quibus vide præcit. Farinacium.

19. Dubius in fide infidelis est, nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant extra. de hæret. cap. dubius. Dubius scilicet cum pertinacia, animi deliberatione & placentia. Tenens vel vnum ex erroribus Begardorum & Beguinarum dãnatos in Clemen. 1. de hæret. cap. ad nostrum. hæreticus est. Et ex his potest ampliari particularius & deduci tanquam ex principiis, quæ propositio manifeste sapiat heresim. & quæ non. Qui vero aliorum defendit errorem multo amplius damnabilior est illis qui errant, quia non solum errat sed etiam aliis offendicula erroris pręparat & confirmat. Vnde quia Magister erroris est non tantum hæreticus sed etiam hæresiarcha dicendus est.

Porro de variis sectis & erroribus hæreticorum habes copiose apud Eymeric. in Direct. Inquisi. part. 2. q. 4. & seqq. vbi refert errores Platonicorum, Stoicorum, Pitagoricorum, & Epicureorum, Aristotelis, Auerrois, Auicennę, Algazelis, Alchindi, Rabbi Moysis, Phariszorum, Sadducaeorum, Herodianorum, Achephalorum & refert haereticos damnatos in iure in decreto 24. q. 3. quidam. Damnantur vbi Acephali, Adamiani, Aeriani, Aetiani, siue Eu-

uomiani, Agnoitae, Alogii, Angelici, Antidicomaritae, Antropomorphitae, Apoſtolici, Apellitae, Apollinariſtae, Aquarii, Arabici, Archontiaci, Ariani, Artotyritae, Baſilidiani, Bonoſiani, Cainani, Carpocratiani, Cataphryges, Cathari, Cerdoniani, Cerinthiani, vel Millenarii, Circumcelliones ſeu Scototopitae, Colluthiani, Donatiſtae, Ebionitae, Eutychiani, Floriani, Guoſtici, Helnidiani, Hermogeniani, Hierachitae, Iouinianiſtae, Luciferiani, Macedoniani, Manichaei, Marcioniſtae, Melchiſedechiani, Menandrini, Metangiſmonitae, Montani, Nazazaei, Neſtoriani, Nicolaitae, Noetiani ſiue Patripaſſiani, Nouatiani, Nyctages, Ophytae, Origeniani, Paterniani, Patritiani, Pauliani, Pelagiani, Photimani, Priſcillianiſtae, Sabelliani, Sethiani, Seueriani, Simoniani, Tatiani, ſiue Eucratitae, Tertullianiſtae, teſſareſcaedecatitae, Theodoſiani ſiue Gaianitae, Tritheitae, Valentiniani. In decretalibus damnatur error Ioannis Ioachim, & Almarici in extra. error Ioannis de Poliaco, Begardorum & aliorum. Recenſet praeterea errores Petri Ioannis, Michaelis de Caeſena, Ioannis de Parma, Lulliſtarum, errores damnatos ab Inquiſitoribus Aragoniae de mandato Papae, & ſine mandato Papae, Arnaldi, Oletii, Durandi de Baldach, Iacobi iuſti, Berengarii, Nicolai Calabri, Pheudo Apoſtolorum Valdenſium, ſeu pauperum de Lugduno, Henrici de Sena, Fraticellorum, Graecorum, Tartarorum, Turcorum Sarracenorum, Iudaeorum & aliorum. Vide ad haec extrauagantem Ioannis 22. Quae incipit. Glorioſam Eccleſiam. Martini Quinti. Inter cunctos Paſtoralis. & Leonis X. Exurge Domine

relatam à Bzouio in Pontifice Romano Cap. 28. Qui plura de hac materia haereseos cupit, videat directorium Inquisitorum part. 2. pag. 245. & seq. ibid. Pegnam. Lucernam Inquisitorum verbo. Haeresis. D. Thomam 2. 2. qu. 11. Hostiens. in summa Marian. Soccin. in rubric. extra. de haeret. Albertin. Rubri. de hæret. in 6. & tract de dignoscendis assertionibus. Turrecrem. in summ. de Ecclesia. lib. 4. part. 2. Gregorium de Valentia ad D. Thom. citatum. Alexand. Pezant. disput. 1. Simancham Cathol. institut. tit. 31. Rayner. in sum. verbo Hæreticus. Conradum Brunum tract. de haeret. lib. 1. Humbertum Locatum in Iudic. Inqui. verbo. haeresis. Goffred. in sum. de haeret. Armill. verbo. Haeresis, Angelicam verbo haereticus. Sylvestrinam. verbo. haeresis. Azoz. in sum. part. 1. lib. 8. & quos citat plurimos Farinac. de haeresi qu. 178. §. 1. &c.

TEXTVS X.

------ Et à fide Christiana Apostatas, aut cuiusuis damnatæ hæresis sectatores.

APostata secundum Ostiensem punitur vt haereticus, quia proprie est haereticus secundum

Paludanum in 4. distinct. 13. ex quo recessit à fide. Et in eo locum habent iura posita de hæreticis hæc Panor. cap. 1. de Apostatis gloss. 1. Idem tenent sũma Pisana, & summa Angelica, & summa Rosella, in vocabulo Apostasia. Quam sententiam confirmat Pegna ad Comens. verbo. Apostata. vbi dicit esse verum & vsu sacri Tribunalis receptum, quia hæretico peior est. Vide Farinac. quæst. 183. de hæresi §. 2. num. 15. multos Doctores allegantem hoc id. probantes. Et propterea Inquisitores procedunt cõtra fidei apostatas, tanquam contra veros & formatos hæreticos. Decian. in tract. crimi. l. 5. cap. 70. num. 3. Eymeric in direct. Inquis. part. 2. q. 49. num. 4. & ibi Franc. Pegna in addition. comment. 74. versu. 1. Cardinalis Tuscus pract. conclus. litera A. conc. 424. num. 1. Menoc. de præsum. l. 5. præsump. 6. num. 34. versu imo maior est hæretico. Ioan. Azor. institut. moral. part. 1. l. 8. cap. 21 rub. de Apostatis quæst. 7. Thomas Sanchez in præceptis decalog. l. 2. cap. 7. rub. de hæresi & Apostasia num. 18. Dominicus Bannez ad D. Thomam 2. 2. quæst. xij. artic. prim. vbi proposita quæstione vtrum Apostasia, & hæresis sint eiusdem speciei, relatisque contrariis Doctorum sententijs concludit hæresim & apostasiam esse eiusdem speciei, differreq; inter se tantum accidentaliter, secundum magis & minus, hancque testatur communem esse sententiam discipulorum D. Thomæ, & subdit propterea, quod omnes pœnæ, aliaque omnia statuta in crimine hæresis, habent locum in crimine apostasiæ, ac proinde Inquisitores apostatarum à fide, esse veros, & competentes iudices. videatur Melchior Canus

lib. xii. cap. 9. de locis Theologicis. Iudicant etiam Inquisitores Clericum aut Religiosum, qui vxorem duxit siue publicè, siue secretè, quia est de hæresi suspectus: suspectos enim etiam iudicat Inquisitor, dixi: siue secretè, siue publicè, quia de eo. qui publicè, vix aliquis est, qui dubitet, secus autem de illo, qui secretè attamen quoquomodocunque sit hæc causa pertinet ad Inquisitorem. Simancas Cathol. institut. tit. 40. rubr. de matrimonio, num. 9. & seq. vbi dicit aliam opinionem esse falsam & ratione carentem, & in Enchirid. violat. religio. tit. xii. rubr. de nefariis nuptiis num. prim. Campeg. in addit. ad Zanchinum in tract. de hæret. cap. 35. vers. idem quoque dicitur de eo. Franc. Pegna in addi. ad Eymericum in direct. Inquis. part. 2. quæst. 49. comment. 74. vbi, quod reiecta omni distinctione de matrimonio publice, vel secrete contracto ab hac opinione non esse recedendum asserit. vide vltra præfatos Ioannem Azor. instit. moral. part. 1. l. 8. cap. xxi. rubr. de Apost. quæst. x. & xii. vbi testatur hanc sententiam esse receptam. Item matrimonium contrahens cum vna per verba de præsenti, qui postea illo viuente contrahit propria authoritate cum alia, facit contra Sacramentum Matrimonij, & ideo Inquisitor potest inquirere contra talem qualiter sentiat de Sacramento Matrimonij. Et dicit Lapus, quod sic fuit consultum, & credit quod bene. & pro ista decisione facit text. in §. eum vero. cap. accusatus. de hæret. lib. 6. vbi hæreticus dicitur, qui committit in vno ex Sacramentis Ecclesiæ sed iste facit contra Sacramentum Matrimonij, quod habet de sui substantia vt retineat vitam indiuidu-

cum qua contraxit, vt in cap. fin. de condit. appo. contrahendo ergo cum duabus viuentibus, committit in illud Sacramentum. Hæc Gemi. in dicto cap. Accusatus. §. sane. confirmat Felin. in cap. ad abolendam de sum. Trinit. in prin. & hoc iure vtitur sacrum Inquisitionis prætorium, vt talis contrahens per Inquisitorem puniatur. de hoc articulo copiosè scribit Arnaldus Albertinus tract. de agnosc. assert. q. 27. Repert. Inquisitorum, verbo contrahens Simanc. Cathol. institut. tit. 40. de Matrimonio. & canonistæ in cap. accusatus §. sane. de hæret. lib. 6. Comens. verbo matrimonium, & ibi Pegna. Procedit Inquisitor non tantum contra Religiosos contrahentes matrimonium, sed etiam contra apostatantes à Religione qui ipso facto sunt excommunicati per textum in cap. vt periculosa ne Clerici, vel Monachi lib 6. His verbis. Vt periculosa Religiosis euagandi materia subtrahatur, districtius inhibemus, ne de cætero aliquis quamcunque Religionem tacitè vel expresse professus in scholis, vel alibi temere habitum suæ Religionis dimittat, nec accedat ad quæuis studia literarum: nisi à suo prælato cum consilio sui conuentus vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit: excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Et ibi hoc notauit glosl. & omnes Canonistæ, quos citat fai inac. quæst. 183. §. 8. nume. 101 07, qui etiam te remittit ad Dominicum Bannez ad 2. 2. D. Thomæ quæst. 12. art. prim. & ibi etiam ad Gregorium de Valentia, vt ab eis discas quãdo Apostata Religionis incurrit excommunicatio-

nem, de qua in dicto capite vt periculosa. Dummodo tamen perseuerauerint apostatæ in ea censura indurato animo, negligentes ad religionem, & habitum redire, quia euidenter sunt de hæresi suspecti, saltem Inquisitor poterit ipsos citare, vt respondeãt de fide. vide Eymericum in direct. Inquis. part. 2. q. 49. num. 3. vbi pariter dicit quod apostatæ per annum in excommunicatione insordescentes, sunt suspecti de hæresi, & possunt ab Inquisitoribus citari ad respondendum, quid de fide sentiant, Concilium tandem Trident. sess. 25. cap. 3. de reformat. in fin. sic statuit. Sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi potest. Vide Remissiones, ad vers. per annum insorduerit. Denique tales sunt pœnæ latæ contra quosuis Apostatas Apostatantes à fide Catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus: & vt à professione vel vita naufragantes legibus coarctamus, successiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus, quæ verba habentur in bullis Innocentii Quarti, Alexandri Quarti, & Clementis Quarti. Cum aduersus. relatis supra ad textum nostrum 6. Vnde collige errorem Nicolai Aretatani tract. de hæret. notab. 44. qui volebat apostatas redeuntes vltimo supplicio esse plectendos: & male nam hoc crimen mere Ecclesiasticum ex cap. Vt Inquisitionis §. prohibemus de hæret in 6. si nullum haberet misericordiæ, locum numquam Apostatæ ab infidelitate quam semel sunt professi reuerterentur, & ideo resipiscentes misericorditer sunt recipiendi. vt vult Eymeric. 2. part. Direct. quæst.

49. ibid. Pegna comment. 74. Repert. Inquisitor. verbo. Apostasia. Gondissaluus tract. de hæret. qu. 20. num. 2. Simancas à Castro, Paludanus, Comensis, Canus, Montaluus citati ibidem à Pegna, qui etiam refert hæc verba Siricij Papæ epist. prim. cap. 3. Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi, , his quamdiu viuunt agenda pœnitentia est, & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino: Nolumus mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Merito ergo damnatus est in decreto 24. qu. 3. c: quidam autem. Nouatus ille hæreticus nolens Apostatas recipere.

TEXTVS XI.

------ Seu de hæresi, vel de Apostasia à fide suspectos.

1. ESt extra controuersiam quod possit Inquisitor procedere contra suspectos à fide, imo si quæ hic posset suboriri ratio dubitãdi, staret resolutum totum hoc negotium per bullam sequentem Ioannis 22. editam anno Domini 1326. ad fra-

trem Lambertum Inquiſitorem Lombardiæ.

CVm nonnulli de Prouincia noſtra Romandiolæ tam Clerici quam Laici, Deum & Romanam Matrem Eccleſiam offendere, ſeque in præcipitium damnationis, & mortis immergere non verentes, adeo fauere & fauiſſe dicantur damnatis hæreticis confœderationes, ligas, & ſocietates ineundo cum ipſis, eoſque receptando, & ſibi præſtando multipliciter auxilia, conſilia, & fauores, quod de labe hæreſis ſe reddiderunt & reddunt vehementer ſuſpectos: Nos tam ipſorum quam multorum aliorum periculis, & præmiſſis imminentibus obuiare ſalubriter cupientes: diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus contra fautores huiuſmodi, & alios quoſlibet de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel ſuſpectos, ſic ſolerter ſecundum formam Canonum, ac priuilegiorum conceſſorum Inquiſitionis officio, procedere non poſtponas, quod inde debeat tua diligentia merito commendari. Datum Auinione xii. Kal. Septemb. Pontificatus noſtri Anno decimo.

2. Suſpicio ergo ſufficit ad hoc quod poſſit Inquiſitor procedere, ſed ſuſpicio quæ ſit probabilis ex gloſ. in c. excommunicamus extra. de hæret. verbo ſuſpicione: & quæ poſſit inducere præſumptionem non temerariam ſed veriſimilem. Triplex autem eſt ſuſpicio ex Gerſone tract. de proteſtat. conſiderat. 12. & iuriſtis. leuis quæ oritur ex ſignis exterioribus operum & verborum, quibus coniecturaliter concludi poteſt at raro & caſu quod talia dicens,

vel faciens hæreticus ſit: vt Petrus deierat frequenter, ergo non bene credit in Deum, & hæc ſigna nõ debent mouere conſtantem virum ad ſuſpicandum tam graue crimen, ſed benignius ſunt interpetanda. Secunda ſuſpicio dicitur vehemens quæ habetur ex ſignis externis operum & verborum ex quibus colligitur vt ſæpius, quod talia agens vel dicens eſt hæreticus: vt ſi quis fauorem impendat iis, quos ſcit eſſe hæreticos, ſe aſſociet, munera offerat, eos occultet, viſitet, defenſet, laudet quouis modo qui probabiliter excuſari non poſſit. Tertia eſt ſuſpicio violenta quæ oritur ex ſignis exterioribus operum & verborum ex quibus concludi ſolet efficaciter & vt ſemper, quod talia agens vel dicens eſt hæreticus: vti ſi quis publicè prædicet quod Chriſtus non fuit verus Deus. Circa valorem harum præſumptionũ multum facit conſuetudo patriæ, locus, tempus, & perſonarum modus euenit quippe quodverbũ vnum dabit ſuſpicionem hæreſis in vno loco vel perſona, quod in aliis nihil reputabitur: nec ita facile contra viros probos & honeſtos ex leui ſuſpicione procedat Inquiſitor, ſicut poſſet contra viles & improbos quos interrogare poterit quod pectore gerant.

3. Vbi ergo inuenitur quis leuiter de hæreſi ſuſpectus, nullatenus eſt habendus pro hæretico, ſed ei indici debet vel Canonica purgatio, extra de hæret. cap. excommunicamus, ſic: Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles (ſuſpicione probabili, hoc eſt leui, & quæ leuiter apparet, dicit Hoſtien.) niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam cõgrua purgatione monſtrauerint, anathematis gla-

dio ferianſur: & vſque ad ſatiſfactionem congruam ab omnibus euitentur: ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Vel certè indicenda eſt abiuratio ex cap. Accuſatus. de hæret. in 6. ſic: Accuſatus de hęreſi vel ſuſpectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens ſuſpicio orta erat, ſi hęreſim in iudicio abiurauit, & poſtea committit in ipſa, cenſeri debet quadam iuris fictione relapſus, licet ante abiurationem ſuam hæreſis crimen probatum non fuerit contra ipſum. Si autem leuis & modica ſuſpicio illa fuerit, quanquam ex hoc ſit grauius puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna puniri. Iſti autem ſuſpecti leuiter ſine conſentiant purgationi canonicæ ſiue non, iudicandi ſunt ſicut diffamati de hęreſi, de quibus ſcilicet eſt publica vox & fama & communiter apud omnes ſimplices, quod talem hæreſim defenſauerint, quibus canonica purgatio eſt indicenda ex cap. inter ſollicitudines extra. de purg. can. nec refert quod tales diffamati ſint per graues, bonos, vel infames teſtes, vt in cap. Accuſatus §. licet.

4. Suſpectus autem vehementer nullatenus eſt hæreticus nec poteſt vt hæreticus puniri vel condēnari: extra de præſumpt. c. Literas. §. quocirca. ſic: Mandamus quatenus, cum propter ſolam ſuſpicionem, quamuis vehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari. puniendus eſt ergo alia pœna mitiori arbitrio iudicantis. Caſus autem nō quidem omnes poſſibiles, cum indiuidua ab arte repellantur, ſed qui continentur in iure; in quibus eſt vehemens ſuſpicio ſunt. 1. cum quis vocatus ad

reſpondendum

respondendum de fide, non comparet in tempore assignato: ex cap. Cum contumaciâ de hæret. in sexto 2. quando quis scienter impedit Inquisitionis officium per cap. vt Inquisitionis ibid. 3. cum quis præstat scienter auxilium, consilium, & fauorem dictis impeditoribus. eo. tit. & cap. 4. cum quis instruit hæreticos citatos, vt veritatem subticeant, & dicant falsitatem ex cap. Accusatus in §. fin. 5. excommunicatus in causa fidei quocunque modo. ex gloss. super cap. Cum contumacia. 6. fautor, defensor, receptator scienter hæreticorum arg. ex cap. Excommunicamus. 7. infamatus ob familiaritatem scienter hæreticorum cap. inter sollicitudines de purgat. cano. 8. scienter deducens, visitans, receptans hæreticos cap. Accusatus. 9. Conuictus de periurio vel mendacio iudicialiter in causa fidei, ex cap. literas extra de præsumpt. 10. Qui dixit vel fecit aliquid sæpius contra fidem ex Concilio Tarraconensi. His addit Ioan. Rojas singul. 5. num. 6. eum qui non reuelat hæreticos propriis iudicibus, saltem vehementer reddi de hæresi suspectum: sicut addit Pegna eũ qui in Sacramento Confessionis confitentem ad flagitia & peccata prouocat.

5. Demum suspectus violenta suspicione pro conuicto de hæresi ac vt hæreticus est habendus & iudicandus, per cap. Excommunicamus extra de hæret. §. qui vero. per cap. Cum contumacia, per cap. vt officium: quod si abiuret errorem est recipiendus ad pœnitentiam ex cap. Ad abolendam. & cap. Excommunicamus. sin minus tradendus est curiæ sæculari ex cap. Ad abolendam: nec probationem in contrarium poterit adferre c. Literas. extra de præsumpt.

6. Et hi omnes quomodolibet ſuſpecti vel infamati citari debent perſonaliter de fide reſponſuri, ex Bulla Martini Quinti, quæ incipit inter cunctas §. volumus inſuper. vbi dicitur: Volumus inſuper ac ſtatuimus & decernimus, quod ſi quis poſt ſecretam informationem per vos recipiendam, vel alias repertus fuerit infamatus ſeu ſuſpectus de quacunque ſpecie hæreſis & infra. citetur per vos ſeu alterum veſtrum perſonaliter coram vobis ſeu altero veſtrum compariturus, ſemotis procuratore,& aduocato, reſponſurus medio iuramento.&c. Qui ſuſpecti niſi ſe purgent canonice excommunicandi ſunt, quam cenſuram ſi per annum ſuſtinuerint vt hæretici condemnentur vt non tantum conſtat ex d. cap. Excommunicamus extra de hæret, ſed etiam ex bullis Innocentij Quarti Nicolai Tertii & Alexãdri Quarti Nouerit Vniuerſitas iam ſupra relatis in quibus hæc ipſa iuris præfati verba habentur. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & vſque ad ſatiſfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hęretici condemnentur. Item proclamationes aut appellationes huiuſmodi perſonarum minime audiantur. Imo & ex ipſa Frederiti conſtitutione contra Patarenos edita relata ſupra ad text. 6. & bull. Gregorij vndecimi his verbis. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ,

propriam Innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quod ſi per annum permanſerint, ex tunc eos ſicut hæreticos condemnamus.

7. Nota hic ſecundum Comenſem verbo Inquiſitor in Lucerna Inquiſit. num. 8. quod Inquiſitores poſſunt inquirere contra eos omnes quos habent ſuſpectos de fide propter aliquam ſiniſtram vitam, quam ducunt, vel propter excommunicationem quam diu ſuſtinuerunt, & ſi contumaces fuerint, procedent iuxta cap. cum contumacia (in cauſa præſertim fidei) ſuſpicioni præſumptionem adiciat vehementem, ſi ſuſpectus de hæreſi vocatus à vobis, vt de fide reſpondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quod parere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentiat) per vos fuerit innodatus, quam ſi per annum animo ſuſtineat pertinaci, ex tunc velut hæreticus, condemnetur. Si autem comparuerint, & culpabiles reperti fuerint procedet Inquiſitor iuxta Clement. 3. eo. tit. in fin. Hæc D. Cardin. Zabarell. in D. Clem. 3. verſ. cum autem §. porro. Caueant tamen ne aliqui malitioſe imponant cuiquam crimen hæreſis vt bene monet Comenſis ibidem. num. 9.

8. Reſtat nunc videre de quibuſdam particularibus criminibus, quæ reddunt homines ſuſpectos de hæreſi, & primo quidem de Blaſphemia: Illæ ergo ex Ioan. Roia. tract. de hæret. part. 2. aſſert. 12. blaſphemiæ pertinent ad Inquiſitorem quæ habent ſignificationem infidelitatis, & fidei abnegationem & directe opponuntur fidei confeſſioni: videlicet Abnego Deum: non credo in Deum: diſcredo de

Deo: Renego fidem, Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel Chriſma quod in fronte recepi, vel puritatem Sacratiſſimæ Virginis Mariæ Deiparæ. Et ratio eſt quia cum blaſphemia quæcunque primario opponatur virtuti Religionis quatenus aufert Deo honorem debitum, & tantum ſecundario opponatur fidei ratione deteſtationis hæreticalis quæ aliquid Deo negat quod ipſe habet, vel aſſingit quæ non habet, ideo ea blaſphemia quæ in actu non habet hæreticale quid, pertinet ad iudicium Inquiſitoris: ſed in hoc crimine conſideranda ſunt verba, perſona, locus, tempus, occaſio, vt inde criminis colligatur atrocitas. Blaſphemi ergo hæreticales, poſt quam fuerint à Iudice fidei deprehenſi, ſi in talibus verbis hæreticalibus volunt ſtare, & pertinaciter defenſare, hæretici ſunt habendi, & tradendi curiæ ſæculari iuxta cap. ad abolendam extra de hær. §. præſenti. Si autem noluerint ſtare nec pertinaciter defenſare, ſed ad arbitrium iudicis fidei, volunt cum effectu iſtas hæreſes reuocare, & ſatiſfactionem cõgruam exhibere, non ſunt hæretici iudicandi iuxta cap. d. ad abolendam ſed ad miſericordiam admittendi. Quod ſi hæreſes quas protulerunt ore, retinuerint corde tenentur errores illos abiurare ex dict. cap. & ſi relabantur, debent puniri iuxta c. Accuſatus. de hæret. lib. 6. Si autem inueniantur pluries tam ſerio quam ioco in tales lapſi errores nec conſtet de mala eorum interna credentia, debent cogi ad abiurandum vt vehementer, propter habitum blaſphemiæ, ſuſpecti: ſi inuenti fuerint raro & ioco tantum blaſphemaſſe, tenentur abiurare vt leuiter ſuſpecti, ex dict. cap. Accuſatur. Vide Eymericum

2. part. Direct. quæst. 41. & suum additorem Fran. Peg. comment. 66. vbi etiam inuenies quinam de hoc pessimo blasphemiæ vitio, nimium, proh dolor! hodie inter Christianos frequenti & de blasphemorum pœnis scripserunt. In lege veteri pœna mortis puniebantur. Leuitici 24. Qui blasphemauerit Nomen Domini morte morietur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille Ciuis, siue peregrinus fuerit. Vide hunc textum bene explicatum per Petrum Cornelium a Lapide vers. 11. ad hunc locum, Iure Ciuili quoque blasphemi pœna mortis puniuntur Authen. vt non luxurient contra naturam p. præterea. Quæ pœna locum habet cum quis ex consuetudine, & incorrigibilitate Deū blasphemat. vt Cinus Baldus & Salicetus adnotarunt. in l. 2. cap. de rebus credit. & Alexander consil. 233. incipien. Ponderatis his l. 6. pro quo facit decisio delphinalis 518. incipiens. Quæritur de pœna iure Pontificio pœnitentia publica blasphemi coercentur: si autem sit Laicus iudici sæculari iniungitur vt eum puniat pœna pecuniaria. c. 2. de maledicis, & quia dict. cap. Laicos tantum & non Clericos comprehendit secundum Ioan. And. & Panorm. ibidem, propterea in Conc. Lateran. sess. 9. in bulla incipiente Supernæ dispositionis. p. ad abolendam varias pœnas statuit Ecclesia contra blasphemos tã Clericos quam Laicos, & Iulius Tertius seuerum edidit rescriptum contra blasphemos anno M. DLIV quod incipit In multis deprauatis: & postremo Pius Quintus in bulla incipiente. Cum primum Apostolatus, Si autem blasphemia sit atrox, & blasphemus sit plebeius infami mitra conspicuus alligata

lingua, & ſine pallio in publicum ducitur ſpectaculum, flagellis cæditur, & in exſilium mittitur: quod ſi Nobilis ſit, & honeſtior ſine mitra producitur in Monaſterium ad certum tempus, pecuniariam mulctam ſoluit, & ob ſuſpicionem abiurare quandoque compellitur. In leuioribus blaſphemiis mitius agitur Inquiſitorum arbitrio, blaſphemum enim ſic dãnant vt aliquo die feſto, dum ſacra peraguntur, ſtet capite nudo, ſine pallio, nudis pedibus, corda ſuccinctus, & cereum manu gerat, tandem, abſolutis ſacris legitur ſententia, qua illi ſæpe indicuntur ieiuunia: Vos ergo confratres mei, Ordinis Dominicani, Inquiſitionis ſacri Officii, & diuinæ gloriæ zelatores, (quales vos eſſe decet) Inquiſitori precor per veſtras doctas & pias Conciones auxilium afferre alacres, & ſolatium, ita, vt contra tales blaſphemias inuehere ſtudeatis audacter, & pœnas his indictas flagitiis per iſtam, hinc & inde prouinciam (in qua ſatis nimiumque, proh dolor illa graſſantur) auditorum animis iterum iterumque, imo ſemper & cum ardore inculcetis, ne hæc regio Deo Opt. Max. habeatur execranda & hominibus odibilis, cũ præſertim Curæ veſtræ incumbat & ad vos iure hæreditario pertineat celebris illa confraternitas Sanctiſſimi Nominis Dei, ſiue iuramentorum, quæ ex Ordine ſacro Diui Dominici originem habuit, eoquod ab eiuſdem profeſſoribus inſtituta fuerit, & aucta, quam etiam in Eccleſiis noſtris: nec in aliis niſi de Prioris conuentualis licentia mandat inſtitui fœlicis recordationis Pius Quintus & ſi ſecus fiat, confratres priuat indulgentiis, contradictoreſque iubet coerceri à conſeruatoribus Ordinis noſtri vt conſtat

per bullam eius quæ incipit decet Romanum Pontificem, anno M. DLXXI. editam.

9. Eodem pariter ſpiritu, feruore, & ſalutis animarum zelo fratres inuehite acriter in miſeros Chriſtianos, qui perfidos, odibiles, & à Deo maledictos Chriſti Redemptoris inimicos Iudæos imitãtur, colentes ſcilicet Sabbathum. Iudæi impij qui CHRISTVM DOMINVM occiderunt colant ſuum Sabbathum & requiem ſi poſſunt, ſibi parent qui etiam nemine perſequente fugiunt, & terrore panatico conturbati ſuum expectent defraudati Meſſiam: Nos autem qui Meſſiam & ſalutare Dei ſuſcepimus non redeamus ad vetera, quibus noua facta ſunt omnia, nec requiem Iudaicã ſine requie quæramus: alioquin certe exeratur gladius Eccleſiaſticus in hos Sabbatizantes, cõtra quos (vt de fide leniter ſi ex ſola ſimplicitate, vehementer ſi ex interna credentia, & violenter a fide ſuſpectos ſi cum contumacia velint errorem defenſare) poteſt procedere Inquiſitor. Qui etenim non tantum per totum diem Sabbathi ſed vel per veſperam eius ab opere ſeruili & corporali abſtinet ſuperſtitioſe, ille iudaizat: cum illa veſpera ſit pars Sabbathi, & partem Sabbathi colens, totam colere videtur. arg. l. vulgaris. ff. de furtis, canonizata in c. vulgaris, de pœni. diſt. 1. vide Albertinum de agnoſ. aſſertion. q. 32. num. 10. & ſeq. Atqui omnes Iudæi ſubduntur Inquiſitorum iuriſdictioni ſi faciant contra aliquod eorum quæ nobis cum ipſis vna ſunt credenda, ſicut ſi quis negaret Deum eſſe vnum: & ſi moleſtent & ſollicitent ad Iudaicos ritus gentem

Christianam: sicuti patet ex Bullis Gregorij XIII. incipiente Antiqua Iudæorum. & Clementis Quarti incipien. Turbato corde, & relata supra ad textum 6 Ergo potest Inquisitor etiam à fortiori procedere contra Christianos Iudaizantes, cum faciant contra fidem susceptam: contra quos sic agit Diuus Ignatius Martyr, Epist, ad Magnesian. Nolite errare in Iudaicis inflationibus. Vetera enim transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Si enim nunc vsque secundum legem Iudaicam & circumcisionem carnis viuamus, negamus nos gratiam accepisse. Et infra Quomodo nos poterimus viuere sine ipso, cui & prophetæ serui fuerunt, spiritu eum, & tanquam Magistrum expectabant, & sperabant vt Dominum & Saluatorem, dicentes, ipse veniet & saluabit nos Non ergo sabbathizemus Iudaicè. vt feriis gaudentes. Qui enim non operatur, non manducet. Et iterum: In sudore vultus tui manducabis panem tuũ dicunt Eloquia. Sed pro Sabbathizatione diem festum celebret omnis Christianus, Dominicam Resurrectionem, regalem, eminentissimam omnium dierum, de qua propheta expectans dicebat, in finẽ pro octauo. In quo die & vita nostra exorta est, & mortis in Christo facta victoria, quam filij perditionis negant, inimici scilicit Saluatoris. Et ideo Apostoli pro Iudæorum Sabbatho diem Dominicam (teste Augustino de temp. Serm. 251. quem omnino vide) celebrari præceperunt præterea circa Annum Domini 158. Pius Papa errorem Quartadecimanorum euertere statuens monitusque ab Angelo decreuit Pascha Dominico die esse celebrandum, motus quidem verbis S. Ignatij ad Philippenses. Si

quis itaque cum Iudæis celebrat Pascha, aut symbola festiuitatis eorum recipit, particeps est eorum, qui Dominum occiderunt & Apostolos eius. Quantum ergo præ Sabbatho est dies Dominicus de quo Patres in Palæstino Concilio anno Domini 198. dicebant. Quem credimus factum fuisse in mundo primum nisi Dominicum Diem? quibus Theophilus Cæsariensis, Legatus Victoris Pontificis dixit, vt hoc probarent? qui respouderunt: factum est vespere & mane dies primus, deinde secundus, tertius quartus, quintus, sextus, septimus? in quo septimo requieuit Deus ab omnibus operibus suis, quem diem signet Sabbathum, quis potest esse primus, nisi Dominicus dies? cui diei has dicti Concilij Patres benedictiones addixerunt. Prima illi benedictio est, quia in ipso tenebræ sunt remotæ, & lux apparuit. Secunda est illi benedictio, quod de terra Aegypti, velut de tenebris peccatorum, quasi per fontem baptismi; per mare rubrum populus fuisset liberatus. Tertia illi benedictio est, quia eodem die cœlestis cibus, manna, hominibus datus est. Quarta illi benedictio est, qua mandat Moyses ad populum: Sit vobis obseruatus dies primus & nouissimus. Quinta illi benedictio est, vt in Psalmo 117. dicit Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis &c. De resurrectione enim Domini dicit: Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea vsque ad cornu Altaris. Sexta illi benedictio est, quod in ipsa Dominus resurrexit. Passus namque Dominus, ab vndecimo Kalendarum Aprilium, qua nocte à Iudæis traditus est, & ab septimo Kalend. resurrexit. Quas

benedictiones repetiit Origenes homil. 7. ſuper Exodum: præter quas prærogatiuas etiam recenſet alias multas ex nouo teſtamento D. Auguſtinus ſermone 154. de tempore. Ineptum ergo eſt Ieſum Chriſtum Lingua tantum proferre, & Iudaiſmum in animo habere. Non enim Chriſtianitas in Iudaiſmum credidit, ſed Iudaiſmus in Chtiſtianitatem, inquit S. Ignatius cit. ad Magneſi. Quem Diui Ignatij locum ſi quis velit ad plenum intelligere videat vniuerſales prærogatiuas legis Euangelicæ ſupra Moſaicam apud D. Thomam 2.2.q. 107. Martinum Becanum de Legibus tomo 1. 2. part. ſuæ Summæ. Barradium tom. 1. Concord. Euang. lib. 1. per cap. 16. Proſper. Roſetum lib. 1. in Cantica Cantic. lect. 17. in illa verba. Quia meliora ſunt vbera tua vino. Gregor. Maſtrillium tom. 3. concion. in cap. 20. Ioannis ſermon. 94. & alios pleroſque. Audiamus vero & vltimum verbum Verbi Patris æterni legem adimplentis & exclamantis in Cruce Conſummatum eſt. & cantemus cum Eccleſia Recedant vetera, noua ſint omnia, corda, voces & opera. Et quia in ſimilibus criminibus ipſe etiam Epiſcopus eſt Iudex, ideo ſequentia fuerunt ſtatuta contra tales Sabbatizantes in ſtatutis Synodalibus Biſuntinæ diœceſis ſect. de 5. Eccleſiæ præcepto, quod eſt de ieiunio, ſtatut. 6. his verbis.

Diebus Dominicis prohibitum eſt ieiunare: quia ſuperſtitionem ſaperet Gentilium. Eodem modo tã ieiunia quam feſta ſuperſtitionis Iudaicæ, vel Mahometicæ, prohibentur ſub excommunicationis pœna. Et ſtatuta 7. ſic ſtatuimus & ordinamus, cuſtodiendam omnino eſſe eorum inter quos viuimus,

inoffensam societatem. Et quod B. Augustinus in Epistola ad Casulanum de ieiunio diei Dominicæ tradidit, hoc nos ad otium Sabbathi transferamus. Nam sicut Malum est homini qui per scandalum ieiunat. Et sicut malum est homini, qui per offensionem vacat. Quare his diebus quando per somnia, & vanas reuelationes quarumdem fœminarum superstitiosi aliqui nostræ diœcesis sine causa dogmatizare cœperunt, quod quasi sacra solemnitate statuta otium obseruari debeat in pomeridiana parte Sabbathi: (etiam si suam hanc obseruationem à Iudaismo alienam esse contendant tamen, ne maius malum incurratur in scandalo, quam bonum percipi posset ex merito prohibemus omnibus & singulis nostræ diœcesis ne quis post hac vacandum esse asserat, aut studiose sic vacet in sabbatho: nisi cum festa celebrat Ecclesia. Laudamus tamen omnes eos qui in honorem diei Dominicę, vesperis & officio Ecclesiastico Sabbathi, & aliorum professorum dierum, intersunt cum Catholicis. hæc ibi.

10. Nunquid etiam procedere poterit Inquisitor contra horribilissimos Sodomitas? cuius flagitij execrabilem enormitatem horret animus dicere, & mauult ex D. Augustino 32. quæst. 7. Adulterij audire. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, peius est enim cum matre, quam cum aliena vxore concumbere: sed omnium horum est pessimum quod contra naturam fit. vsus enim naturalis si vltra modum probabitur, in vxore quidem veniale in meretrice damnabile: sed istud, quod contra naturam est execrabilius et fit in meretrice, sed execrabilius in vxore. Tantum enim va-

let ordinatio Creatoris & ordo Creaturæ vt in rebus ad vtendum conceſſis cum modus exceditur longe tolerabilius ſit quam in eis quæ conceſſa non ſunt vel vnus vel rarus exceſſus. Et hoc peccatum dicitur peſſimum Geneſ. 37. quod etiam, vt dicit Hugo Cardinalis in Ezechiel. 16. verbo. multiplicaſti fornicationes, demones ipſi abhorrent qui nunquam inueniuntur vt incubent, aut ſuccubent in forma humana contra naturam: propter quod peccatum Deus inducit peſtilentias, terræ motus, & alias tempeſtates iu auth. ne Luxuri. homines contra natu. colla. 6. & ob difficultatem pœnitendi ij. peccatores, (qui incurrerunt in cœcitatem mentis quæ præcipue ex peccatis carnis oritur teſte D. Thoma 2. 2. q. 15. Art. 3. in corp. & impedierunt vel omnino extinxerunt vſum legis naturalis omnibus tamen animantibus inditę) dicuntur filij diffidentiæ in quos diſtenditur ira Dei cap. Clerici. de exceſſibus prælatorum. Propter quod flagitium pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem, & ſubuertit Ciuitates has, & omnem circa regionem vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Geneſ. 19. quo igne etiam paruuli & innocentes omnes conſumpti ſunt in deteſtationem criminis, & punitionem parentum, & cum antea pentapolis fertilis fuerit, & amœna inſtar paradiſi, tamen poſt cœleſtem conflagrationem prodigioſa fuligine horrori eſt facta, extimè cinerulenta: cuius poma interiorem fauillam mendaci ſuperficie maturitatis includunt inquit Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 21. c. 8. & cap. 5 Et tota illa conuallis amœniſſima ceſſit in lacum Aſpaltitem, qui quia nec Piſces, nec a-

liquid viuum patitur dicitur mare mortuum, vel ſolitudinis, bituminoſas moles euomens, neque notabile nec natabile, perpetuo ſulphure & fumo caliginoſiſſimo halidum, totamque circum regionem ad mediam dietam ſterilitate emanans, in quo ferrum ſupernatat & pluma mergitur. Regio ita deplorabilis, vt videatur eſſe os inferni ex Borchardo in deſcriptione Terræ Sanctæ Verum flagitia, quæ ſunt contra naturam vbique & ſemper repudianda atque punienda ſunt qualia Sodomitarū fuerunt: quæ ſi omnes gentes facerent, eodem ci iminis reatu, diuina lege tenerentur, quæ non ſic fecit homines vt ſe illo vterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas quæ cum Deo nobis eſſe debet: cum eadem natura, cuius ipſe auctor eſt, libidinis peruerſitate polluitur. Quod ſi hæc in Sodomis facta ſunt, & Sodomorum pœnas merentur Sodomitæ, quid fiet in gehenna? inquit Cornelius à Lapide in 19. Geneſ. videte mortales, videte carnales exemplum & typū veſtrum. Ciuitates enim Sodomorum & Gomorrhęorum in cinerem redigens, euerſione damnauit: exemplum eorum qui impie acturi ſunt, ponens. 2. Petri 2. Ergo diſcite iuſtitiam moniti & non temnere Diuos. Vnde merito iura ciuilia ſanciunt (inquit Albertin. tract. de agnoſc. aſſertionibus quæſt. 23. num. 23. tales peccatores gladio vlteriori feriri, contra quos LEGES ARMARI iubētur & iura moneri in l. cum vir. C. de adulte. vbi dicit Cy. illius materiam eſſe fœdiſſimam, & ibi dicitur quod exquiſitis pœnis debent ſubdi tei præſentes & futuri, quas eſſe ignem conſuetudo interpretatur. facit l. Pe. ff. de pœnis & alibi dicit l. pœna capitis hos pu-

niri l. 1. §. qui puero ff. de variis & extraordi. cogni. C. ſollicitatores. §. qui puero. de pœniten. diſt. 1. & §. Item. l. Iulia. inſtitut. de publi. Iudi. Et infamiam iuris & facti incurrunt, vt in d. l. cum vir. & l. 1. §. remouet ff. de poſtula. Et ex Aretin. C. cum nondũ ab homine col. 11. verſi. 3. caſum de Iudi. fiunt irregulares adeo quod nec poſſint promoueri, nec adminiſtrare promoti etiam poſt peractam pœnitentiam. Et fiunt inteſtabiles ex Bar. poſt Iaco. de bel. in d. aut. ne Luxu. homi. Et ex conſilio Andreæ Siculi. quod vxor tentata à marito de illo vitio poſſit petere ſeparationem thori. Et quidem iure tales pœnæ ſtatuuntur contra tale peccatum, quod inter cæteras ſpecies luxuriæ eſt maximum ex D. Thoma. quæſt. 154. Art. 9. in 2. 2. Nec eſt humanæ Luxuria ſed beſtialis ex Ariſtotele 7. Ethicorum contra quam iudex vterque Eccleſiaſticus ſcilicet & Ciuilis procedere poteſt ſecundum præuentionem vt dicit Abbas in C. in Archiepiſcopatum de raptoribus. Certum enim eſt quod de hoc crimine cognoſcat Papa iuxta cap. Clerici. extra de exceſſi. prę lat. his verbis. Quicunque illa incontinentia, quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit) deprehenſi fuerint laborare: ſi Clerici fuerint dejiciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in Monaſteriis detrudantur: ſi laici excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni. & dicit Abbas quod qualitercunque homines peccent contra naturam vel peccato carnis, vel idolatriæ, vel alio ſemper Eccleſia poteſt iuriſdictionem exercere in laicos. Itaque erit crimen mixti

fori vt ſentit Iuno. in c. quod ſuper his. de voto. vbi dicit quod etiam contra infideles hoc peccato peccãtes Eccleſia i uriſdictionem exercet: nam ſicut Deus illos homines peſſimos puniuit Geneſ. 19. ſic eius Vicarius poteſt & per conſequens delegati à Vicario qualis eſt Inquiſitor. Et ex prædictis (inquit Albertin. cit. num. 75.) ſatis iuſtificatur Breue Clementis VII. moderni Pontificis in quo committit Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis Regnorum Aragoniæ Valentiæ, & Principatus Cataloniæ facultatem & iuriſdictionem procedendi contra infamatos de hoc crimine indicibili per viam Inquiſitionis, denunciationis, vel accuſationis, vt in eo latius continetur. Leo etiam X. in bulla quæ incipit Supernæ diſpoſitionis arbitrio. de hoc nefando crimine ſic ſtatuit. Si qui vero, tam laicus quam clericus, de crimine propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, conuictus fuerit, pœnis per ſacros Canones, aut ius ciuile reſpectiue impoſitis puniatur. Quod crimen ſpecialius committit Iudici Eccleſiaſtico Pius V. in bulla quæ incipit. Cum primum Apoſtolatus. his verbis. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit, Curiæ ſæculari puniendus tradatur, & ſi clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus ſimili pœnæ ſubijciatur. Et ex profeſſo idem Pontifex perſequitur in bulla ſequente, iſtud crimen nefandum

niri l. 1. §. qui puero ff. de variis & extraotdi. cogni. C. ſollicitatores. §. qui puero. de pœniten. diſt. 1. & §. Item. l. Iulia. inſtitut. de publi. Iudi. Et infamiam iuris & facti incurrunt, vt in d. l. cum vir. & l. 1. §. remouet ff. de poſtula. Et ex Aretin. C. cum nondũ ab homine col. 11. verſi. 3. caſum de Iudi. fiunt irregulares adeo quod nec poſſint promoueri, nec adminiſtrare promoti etiam poſt peractam pœnitentiam. Et fiunt inteſtabiles ex Bar. poſt Iaco. de bel. in d. aut. ne Luxu. homi. Et ex conſilio Andreæ Siculi. quod vxor tentata à marito de illo vitio poſſit petere ſeparationem thori. Et quidem iure tales pœnæ ſtatuuntur contra tale peccatum, quod inter cæteras ſpecies luxuriæ eſt maximum ex D. Thoma. quæſt. 154. Art. 9. in 2. 2. Nec eſt humana Luxuria ſed beſtialis ex Ariſtotele 7. Ethicorum contra quam iudex vterque Eccleſiaſticus ſcilicet & Ciuilis procedere poteſt ſecundum præuentionem vt dicit Abbas in C. in Archiepiſcopatum de raptoribus. Certum enim eſt quod de hoc crimine cognoſcat Papa iuxta cap. Clerici. extra de exceſſi. prę lat. his verbis. Quicunque illa incontinentia, quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit) deprehenſi fuerint laborare: ſi Clerici fuerint dejiciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in Monaſteriis detrudantur: ſi laici excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni. & dicit Abbas quod qualitercunque homines peccent contra naturam vel peccato carnis, vel idolatriæ, vel alio ſemper Eccleſia poteſt iuriſdictionem exercere in laicos. Itaque erit crimen mixti

fori vt sentit Iuno. in c. quod super his. de voto. vbi dicit quod etiam contra infideles hoc peccato peccãtes Ecclesia i urisdictionem exercet: nam sicut Deus illos homines pessimos puniuit Genes. 19. sic eius Vicarius potest & per consequens delegati à Vicario qualis est Inquisitor. Et ex prædictis (inquit Albertin. cit. num. 75.) satis iustificatur Breue Clementis VII. moderni Pontificis in quo committit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Regnorum Aragoniæ Valentiæ, & Principatus Cataloniæ facultatem & iurisdictionem procedendi contra infamatos de hoc crimine indicibili per viam Inquisitionis, denunciationis, vel accusationis, vt in eo latius continetur. Leo etiam X. in bulla quæ incipit Supernæ dispositionis arbitrio. de hoc nefando crimine sic statuit. Si qui vero, tam laicus quam clericus, de crimine propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, conuictus fuerit, pœnis per sacros Canones, aut ius ciuile respectiue impositis puniatur. Quod crimen specialius committit Iudici Ecclesiastico Pius V. in bulla quæ incipit. Cum primum Apostolatus. his verbis. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit, Curiæ sæculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus simili pœnæ subijciatur. Et ex professo idem Pontifex persequitur in bulla sequente, istud crimen nefandum

HOrrendum illud ſcelus, quo pollutæ fœdatæq; ciuitates à tremendo Dei Iudicio conflagrarunt acerbiſſimum nobis dolorem inurit, grauiterque animum noſtrum commouet, vt ad illud quantū poteſt comprimendum, ſtudia noſtra conferamus. Sane Lateranenſi Concilio dignoſcitur conſtitutum, vt quicunque clerici, illa incontinentia quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehenſi fuerint laborare, à clero deijciantur, vel ad agendam in Monaſteriis pœnitentiam detrudantur. Verum ne tanti flagitij contagium, impunitatis ſpe, quæ maxima peccandi illecebra eſt fidentius inualeſcat, clericos huius nefarii criminis reos, grauius vlciſcendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horreſcunt, hos certe deterreat ciuilium legum vindex gladius ſæcularis. Itaque quod nos iam in ipſo Pontificatus noſtri principio hac de re decreuimus, plenius nunc fortiuſque perſequi intendentes, omnes & quoſcunque presbyteros & alios clericos ſæculares & regulares, cuiuſcunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate & beneficio Eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem Eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſæculari tradātur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis

Dominicæ

Dominicæ 1568. tertio. Cal. Septembris, Pont. nostri anno tertio.

Anno à Natiuitate Domini 1508. ind. 11. die vero 3. Mensis Sept. Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pij Papæ V. Anno 3. retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Canc. Apostolicæ, & in acie Campi floræ, per nos Antonium Clerici, & Christianum de Monte, prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Io. Andreas Panizza Mag. Curs.

Et in maiorem detestationem huius abominandi flagitij hoc sanciuit decretum Paulus IV. in bulla quæ incipit Sanctissimus. contra Lenones. Lenones videlicet & lenæ circa prostitutionem masculorum versantes, & cum eis circa prostitutionem ipsam agentes, vel consentientes. Nec non lenones & lenæ puellam, seu aliam iuuenculam inuitam assumentes, & ad necessitatem nutrientes, ac postmodum prostituentes, & lucrum ex eius prostitutione captantes, quotquot fuerint, vltimo supplicio afficiantur. Hi vero qui corrupto comite strupum puero suaserint, aut puellam Virginem super violatione eius pudicitiæ interpellauerint, seu ad hoc ei quicquam donauerint, vel pretium vt id assequeretur dederint, aut domum ad hoc eis commodauerint seu quicquid aliud ad effectum præmissorum fecerint, flagitio perfecto, capitali pœna plectantur; ea

autem imperfecto in aliquam insulam deportentur & inibi perpetuo relegentur. Et qui in præmissis comites corrupti fuerint, eisdem pœnis subiaceant. Videant ergo illi quãtum ipsimet fallantur, qui dicũt hoc horrendum Sodomiæ crimen non posse nec debere nisi à solo Deo puniri, imo ipsi, qui hoc dicunt sunt puniendi vt hæretici, faciunt enim contra has constitutiones Pontificum, decreta & leges ciuiles: & ipsi patrocinantur certè non secundum naturam crimini contra naturam quod Deus nullomodo dispensatiuè relaxare potest. Et cum istud flagitium sit crimin osum, certe si quid aliud puniri potest, cum etiam in lege Diuina per homines puniendum iubeatur. Qui ergo negat posse puniri ab homine negat etiam veritatem scripturæ sacræ, & consequenter hæreticus est.

11. Potest Inquisitor etiam procedere contra iniuriantes sibi, vt affirmant Zanchin. tract. de hæret. cap. 32. & suus additor Campegius, Repertor. Inquisitor. Locatus in ope. e iudic. verbo iniuria. Comensis verbo iniurians Inquisitores, & ibid. Pegna Farinacius de hæresi quæst. 182. num. 79. & 80. & multi apud eum: & optime Speculator li. 1. part. 1. tit. de legato §. 1. vers. sed nunquid legatus num. 4. vbi asserit quod Legatus iniuriam sibi, vel suis manifeste illatam vlciscipoterit. argum. ff. de offic. rec. pro l. Senatus con. extra de for. comp. cap. Cum contingat ad fi. extr. de offic. Archidiac. c. fi. vers. fi. Et potest suam iurisdictionem impedientes & sibi non obedientes punire arg. ext. de pœnis cap. Romana in 6. & de offic. deleg. c. 1. & c. præterea. cũ suis concord. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l.

ff. 94. di. c. 2. Et ſubdit quod niſi hæc & ſimilia punire poſſet, & vim coercendi non haberet, poteſtas eius deluſoria videretur de offic. deleg. c. ex literis Dicitque quod legitus ipſe potius iniuriam Romanę Eccleſię in hoc proſequitur, quam ſuam vt 2. qu. 7. accuſatio ſecundum notata in c. contingit. de ſent. excom. Et ideo dicit gloſſ. in cap. Romana de pœnis in 6. quod ſi iniuria illata Prælato ipſum tantum contingit non poteſt aliquem pro iniuria illa punire ſi vero tangit Eccleſiam vel publicam vtilitatem, poteſt iniuriantes punire, imo nec talem iniuriam remittere poſſet. 63. diſtin. ſaloniranæ. ad inſtar filij familias, qui poteſt remittere iniuriam ſibi factam in quantum ipſum tangit, ſed non in quantum patrem. ff. de iniur. li. 1. §. vſque adeo. Idem docuit Pegna cit. ad Comenſ. diſtinguens de iniuria illata Inquiſitori ratione perſonæ & officii: Quod etiam innuit D. Thomas 2. 2. q. 108. art. 1. ad 4. Et gloſſ. cit. intelligit non tantum de iniuriis notoriis & impedientibus iuriſdictionem Prelatorum, ſed etiam de iis, quæ iuriſdictionem non impediunt ex priuileg. Innocentij facto Archiepiſcopis. Vix autem poteſt quis iniuriam Inquiſitori, vel eius officiariis inferre, qui ſunt tantum in odio propter officium, quin lædat officium, præcipuè ſi inferatur in actu executione Officij. Pœna autem in iniuriantes erit arbitraria, grauior tamen quam ſi alicui priuatæ perſonæ fuiſſet illata iniuria vt ff. de iniur. l. iudici. ff. de pœnis l. aut facta §. perſonam, cum ſi. Et omnium iſtorum eſt hæc ratio, nam non minor connexio inter Inquiſitorem ſeu eius Officium & dignitatem inuenitur, quam inter Patrem & filium,

virum & vxorem, conſanguineum & conſanguineum, Prælatum & Eccleſium, effigiem & effigiatum ac denique inter delegatum & delegantem; cum autem vnus iſtorum offenditur, peccatur etiam in alterum, & ideo qui peccat in Inquiſitorem aut Officiarios eius, peccat in Officium Inquiſitionis. Ad hæc non deſunt exempla ſanctorum iniuriam illatam ſibi, in Deum tamen redundantem Vindicantium, quæ refert cit. D. Thom. Elias enim 4. Reg. 1. Ignē de cœlo deſcendere fecit, quo Regis Miniſtri conſūpti ſunt: Heliſæus pueris ei illudentibus maledixit, qui ab vrſis laniati ſunt 4. Reg. 2. & Pontifex Syluester ſanctiſſimus excommunicauit eos, qui illum in exilium miſerant 23. q. 4. Quod ſi impotens ſit ad puniendum iniuriantes Inquiſitor hanc remittat cauſam ad delegantem ſuum S. D. Papam, qui ſeuerus in eos erit Iudex & vindex: cuius iuſtæ ſeueritatis ad aliorum terrorem extat hoc exemplum Honorij Quarti in eius bulla ſequenti.

OLim, ſicut accepimus, Dilectus Filius Frater Florius Ordinis Prædicatorum, Inquiſitor hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ, à Sede Apoſtolicæ deputatus: quandam mulierem crimine dictæ prauitatis infectam, quam poſt abiurationem ipſius criminis, in diem compererat fuiſſe relapſam, de crimine ipſo ſententialiter exigente iuſtitia, legitime condemnauit: quæ ſubſequenter Curiæ ſæculari relicta, de mandato poteſtatis Parmenſis, fuit propter hoc incendio deputata. Verum nonnulli,

qui in loco incendij prædicti conuenerant, & etiam quamplures alii, ex diuersis prædictæ Ciuitatis partibus confluentes, diabolico spiritu concitati, ad locum fratrum dicti Ordinis, in Ciuitate prædicta morantium hostiliter concurrerunt: ac in prędictum locum impetum facientes, valuas Ecclesiæ confringere, tecta Lapidibus obruere, & officinas loci eiusdem violenter ingredi præsumpserunt: ac libris, vestibus, & rebus aliis eorundem fratrum inique direptis, nonnullos ipsorum verberibus, ac vulneribus affecerunt: quorum vnus post paucas dies, ex illatis sibi vulneribus expirauit. Vnde præfati fratres, his aliisque diuersis iniuriis, damnis & grauaminibus per eosdem malefactores affecti, non audentes in prædicto loco, absque personarum periculo remanere, exinde cedentes malitiæ recesserunt. Cumque tam grauis excessus tanquam notorius, ad venerabilis fratris nostri L. ostien. Episcopi tunc in partibus illis Apostolicæ sedis legati, notitiam peruenisset, idem Episcopus intellecto, quod illi per quos tunc prædicta ciuitas regebatur, & commune ipsius Ciuitatis, ad correctionem tam enormis & euidentis facinoris, prout expectabat ad eos, procedere negligebant: potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consilium & commune Ciuitatis eiusdem, per suas litteras sub certa forma citauit: vt iidem potestas & capitaneus, vel eorum alter cum certo ambassiatorum numero, & sufficienti Syndico Ciuitatis præfatæ, coram eodem Episcopo, certis loco & termino personaliter comparerent, vt licet dictus capitaneus, cum quibusdam ambassiatoribus & syndico in præfixo termino ad ipsius legati præ-

sentiam accessisset: quia tamen iuxta formam citationis prædictæ, nullus pro dicto communi sufficiés syndicus comparuit coram eo, etiam post dictum terminum diebus pluribus expectatus: Idem Episcopus præfatos officiales & commune reputans cõtumaces, propter hoc in ipsos officiales & consiliarios ciuitatis eiusdem excommunicationis, & in Ciuitatem prædictam interdicti, sententias promulgauit. Postmodum vero ambassiatoribus & syndicis dicti communis, fœl. rec. Martino Papæ prædecessori nostro humiliter supplicantibus: vt cum officiales & commune Ciuitatis ipsius, parati essent super huiusmodi contumacia eiusdem prædecessoris & Apostolicæ Sedis mandato, & beneplacitis obedire: ac de stando iuri, super excessibus, offensis, & iniuriis supradictis impendere sufficientem, iuratoriam, & fideiiussoriam cautionem, præfatas excommunicationis & interdicti sententias facere relaxari: Prædecessor ipse nolens in hac parte non asperitatem rigoris, sed benignitatem mansuetudinis obseruare, cautionem eandem nomine potestatis, Capitanei, & aliorum prædictorum, ab ambassiatoribus & syndicis præfatis oblatam, & pro parte etiam adimpletam, admisit: tibique suis edidit litteris in mandatis, vt receptis a præfato communi fideiussoribus idoneis, personis scilicet singularibus de mille marchis argenti, quod super prædictis omnibus dicti prædecessoris, & Ecclesiæ Romanæ mandatis & beneplacitis parerent omnino, illis quos eiusdem excommunicationis contingebat sententia, iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impenderes, si illud à te humiliter postularent: ac

interdictum huiuſmodi ſublata difficultate, auctoritate Apoſtolica relaxares, iniuncto talibus, quod de iure exiſteret iniungendum: & nihilominus poteſtatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios Conſiliarios, & Commune præfatos ex parte prædicti prædeceſſoris peremptorie citare curares, vt infra vnius menſis ſpatium poſt citationem tuam, per ſe vel per ſyndicos, ſeu Procuratores idoneos, ad hoc ſufficiéter inſtructos, coram Prædeceſſores compareret prædicto, ſuper exceſſibus, offenſis, & iniuriis huiuſmodi ipſius prædeceſſoris & Apoſtolicæ Sedis beneplacitis parituri: ac facturi & recepturi ſuper his, quod ordo exigeret rationis: tuque mandatum Apoſtolicum fuiſti ſuper hoc, iuxta formam per prædictas literas tibi traditam executus. Et quamquam poteſtas, Capitaneus, anciani, primicerij, conſiliarij & commune præfati, per ſyndicos infra huiuſmodi terminum eis à te præfixum coram prædeceſſore comparuerint ſupra dicto, nullus tamen in huiuſmodi negotio vlterius habitus eſt proceſſus. Nos igitur in huiuſmodi negotio iuxta officij noſtri debitum efficaciter procedere intendentes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus poteſtatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, conſiliarios, & commune prædictæ ciuitatis, ex parte noſtra per te vel per alium, peremptorie citare procures, vt infra vnius menſis ſpatium poſt citationem huiuſmodi per ſe vel per ſyndicos, ſeu procuratores idoneos, ad hoc ſufficienter inſtructos, noſtro ſe conſpectui repræſentēt: ſuper exceſſibus, offenſis, & iniuriis ſupradictis, noſtris & eiuſdem Sedis parituri beneplacitis & mandatis: ac facturi & recepturi ſuper his, quod

ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis & formam & quidquid inde feceris, nobis per tuas literas harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum Romæ apud sanctam Sabinam. Non. Maij. Pontificatus nostri anno primo.

12. Impedientes Inquisitionis officium subsunt etiam Inquisitorum iurisdictioni & valde habentur suspecti, sed tamen non quiuis impedientes, cum sint duo eorum genera iuxta gloss. in cap. Statutum de hæret. in 6. Eymeric. 2. part. q. 54. Direct Inquis. & Pegnam ibid. Directe scilicet & indirecte impedientium de primis hic est agendum, de secundis postea. Directe impedit is qui non circuitu vel per aliud medium, sed principaliter in id incumbit ne fiat: sicuti qui captos pro hæresis crimine propria temeritate à carcere liberat, processus lacerat, testes in causa fidei ideo quod deposuerint, vulnerat, vel cum laicus Iudex vult in hoc crimine cognoscere solus &c. Et similiter qui ad quoduis istorum impedimentorum auxilium præbuerit, consilium, aut fauorem. Et licet tales non sint formaliter hæretici nisi habeant errorem in mente & pertinaciam in voluntate, contrahunt tamen hæresis suspicionem, & quidem pro personarum qualitate vehementem, vt ait Eymer. part. 2. q. 56. numero secundo sunt tamen ipso iure excommunicati. ex cap. Vt Inquisitionis §. prohibemus de hæret. in sexto. His verbis prohibemus. Quoque districtius potestatibus, Dominis temporalibus. & Rectoribus, eorumdemque Officialibus supradictis: ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit Ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant vel iudicent, siue captos pro eodem crimi-

ne absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorũ aut saltem alterius eorumdem licentia vel mandato à carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano vel Inquisitoribus seu Inquisitore iuiunctam prompte (pro vt ad suum spectat officium) facere seu adimplere detractent, vel alias diœcesanorum aut Inquisitorum iudicium, sententiam, seu processum directe vel indirecte impedire præsumant. Si quis vero de prædictis potestatibus, Dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum Officialibus seu Balliuis contra prędicta fecerit, aut præfato fidei negotio sæpefatis diœcesano Episcopo vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere fortè præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire: nec non & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium vel fauorem: excommunicationis se nouerit mucrone percussum, quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur. Quæ excommunicatio rata habetur per bullam Iulij Tertij Licet a diuersis. relatam ad text. 9. à qua nullus potest absolui preterquam à Summo Pontifice, extra mortis articulum. hæc sũt verba: Præcipimus ne diœcesanos Episcopos & Inquisitores ipsos in suo Inquisitionis negotio, vllo modo impediant seu perturbent. Et infra. Qui monitis his nostris non obtemperauerint, quiue scienter in prædictis consilium, auxilium. aut fauorem dederint, nouerint se non solum per sacras dictorũ prædecessorum nostrorum constitutiones, verumetiam per hanc nostram sanctionem siue sententiam & declarationem perpetuo duraturam (quam auctoritate Omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolo-

rum Petri & Pauli, ac noſtra in ipſos non obtemperantes, quacunque illi præfulgeant dignitate, in his ſcriptis proferimus) communione fidelium & omnium Eccleſiaſticorum ſacramentorum perceptione priuatos, ac maledictionis ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematiſque & maioris excommunicationis mucrone percuſſos, ita vt nemo vnquam in præmiſſis delinquens, niſi à nobis & ſucceſſoribus noſtris canonice intrantibus, etiam prætextu quarumcumque facultatum &c. præterquam in mortis diſcrimine abſolui poſſit. Quæ cenſura excommunicationis non tantum intelligitur lata in dominos & Poteſtates ſæculares, ſed etiam contra quoſcunque impedientes quomodolibet, per Geminian. in ſummario & §. ſi quis num. 3. verſ. quæro an iſte textus. Calderin. tract. de hæret. rubr. de his qui condemnantur vt hæretici num. 2. in fine. Sylueſt. in ſumma, verbo hæreticus §. 2. num. 8. in fin. verſ. ſi quis autem prædictorum. Eymerie. 2. par. Direct. q. 54. num. 2. Quod etiam, in alio tamen particulariori caſu, videtur expreſſum in bulla Pauli Tertij incipien. In Apoſtolici culminis, ſic: Diſtrictiuſque inhibentes locorum Ordinariis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ & ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, nec non Ciuitatum & locorum quorumlibet Dominis Gubernatoribus, & Rectoribus, & aliis quibuſcunque ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac bonorum ſuorum priuationis pœnis &c. Habetur integra ſupra ad textum ſextum. Ergo hæc excommunicatio fertur non tantum pro impedimento directo ſed etiam indirecto vt expreſſe ſonant verba iuris allegata.

ac Eymeric. & Gemin. cit. nec ſolum de impedientibus in re & facto, ſed etiam in verbis minatoriis & terroribus arg. text. in c. 1. in princ. ext. de offic. deleg. facit ad hoc Bern. Comenſ. in Lucerna verbo Impedientes §. 2. quem ſequitur Fr. Pegna. in addit. ad Eymeric. in direct. Inquiſ. part. 2. qu. 54. Comment. 79. litera A verſ. his autem modis. Addit Calderin. tract. de hæret. rubr. de iis quæ pertinent ad executionem officij num. 1. & ſeq. quod delegatus vel ſubdelegatus Papæ, Magiſter Ord. Prædicatorum, Prior Prouincialis vel Conuentualis, Epiſcopus aut eius Vicarius S. Officium impedire nequeũt ex priuilegiis Vrbani Quarti licet ex omnibus ſupra relat. & Clementis & Alexandri Quarti præ cunctis relatis etiam ſupra ad textum ſextum. Sed ex ijs priuilegiis poſſunt Inquiſitores procedere contra quoſuis directè vel indirectè impedientes cuiuſcunque ſint conditionis, tanquam contra fautores hæreticorum, licet etiam non permanſerint pertinaciter per annum in excommunicatione. verba iſtorum priuilegiorum ſunt expreſſa hæc: Cæterum ſi forte (quod non credimus) aliqui cuiuſcunque conditionis, huic negotio vobis commiſſo, ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt non poſſit procedi libere in eodem, immo niſi requiſiti illud foouerint, & iuxta officium & poſſe ſuum ſinguli iuuerint ſtudioſè: contra eos, tanquam contra hæreticorum fautores, & defenſores, ſecundum ſanctiones Canonicas, freti eadem authoritate intrepide procedatis. Facit optimè textus cap. 1. de offic. & poteſt. iudic. delegati lib. 1. his verbis. Quia quæſitum eſt quid faciendum ſit de poteſtatibus quæ cum

præcipimus alicui iuſtitiam exhiberi, minis ac terroribus conquerentes ſilere compellunt, & ſic mandatum noſtrum eluditur. Sic tibi reſpondemus: quod ſicut agentes & conſentientes pari pœna (ſcripturæ teſtimonio) puniuntur, ſic tam eos, qui trahuntur in cauſam, quam principales eorum fautores (ſi eos manifeſte cognoueris iuſtitiam impedire) diſtrictione Eccleſiaſtica poteris coercere. Facit ad idem gloſſ. fin d. cap. & in verbo perſona cap. ſane eo. tit. & cap. Statutum de hæret. in 6. Nulli ergo remaneat dubium quod Inquiſitor poſſit coercere impeditores Officij, cum præter allegata, id confirmetur ex bulla Alexandri Quarti incipient. Quod ſu per nonnullis. Nonnulli quoque (ſic ait Pontifex) Clerici, & quod eſt deterius ſacerdotes prætextu pecuniæ vel alicuius ſeruitij temporalis, inueniuntur aliquando Inquiſitionis impedire negotium, inſtruendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falſitate dicenda, vel eos indebite liberando, de quibus quæritur vtrum Inquiſitores poſſint tales capere, ac etiam retinere, aut quod ſic accepta reſtituant, coartare. Dubium itaque non videtur, quod ij quos conſtat exercere præmiſſa, ea faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis: quare poſſunt à talibus per Inquiſitores compeſci, & pœna debita caſtigari, tã per captionem perſonarum, quam etiam alias pro vt culpa exegerit delinquentis. Idem habetur in bulla Innocentij Quarti ſupra relata ad tex. 6. incipien. Malitia huius temporis. quæ quidem bulla confirmatur per ſequens diploma Ca iſti Tertij.

INiunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis Officium digne tunc peragere non ambigimus, ſi

Romanorum gesta Pontificum prædecessorum nostrorum, quæ pro expugnatione lethiferæ pestis hæreticæ prauitatis, proinde emanasse competimus recensentes, innouantesque illa, pro ipsius hæresis extirpatione & fidei Apostolicæ augmento etiam nostro iuuamine roboramus, dudum si quidem à fœlicis recordationis Innocentio Papa Quarto prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis.

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis præsentibus & futuris in Prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem. Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ peruersorum morum peperit corruptelam: ex quibus lethifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito nocitur pullulasse. Ad expurgationem pestis eiusdem iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi operarios iniquitatis, qui massam Catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt consurgant stentque nobiscū pro Euangelicis quas professi sunt legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari: Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta, districte præcipiendo mandamus in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra hæreticos eosdem, eorumque fautores proponere populis publice verbum Crucis: & eos qui tacti zelo fidei ad extirpādam prauitatem eandem votum assumpserint, Crucis charactere cō-

signare. Vt autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ad hoc votum assumpserint, copiosæ mercedis præmium afferatur, vobis & iisdem fidelibus, illam indulgentiam illud quæ priuilegium elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali Concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi verbum Crucis per vos proponi contigerit. relaxandi omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerunt, quadraginta, vel viginti dies, de iniunctis pœnitentiis, libera sit vobis & singulis vestrum, de nostra concessione facultas. Et si forte (quod non credimus) aliqua Ciuitas, vel Communitas, vel persona, cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire: vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, liberè procedi nõ valeat in eodem: immo si quicunque requisiti, illud fouere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiosè iuuare: contra eos tanquam contra defensores & fautores hæreticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos prout audacia exegerit, Reges & Principes Christianos necnon Cruce signatos pro terræ sanctæ succursu curabimus inuocare: cum non minus expediat immo magis, fidē in locis propositis, quam procul distantibus defensare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum mandati & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipoten-

tis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſt. eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Anagnię Idib. Iul. Pont. ñri an. 12.

Cum autem ſicut exhibitæ nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, de viribus literarū earundē ab aliquibus hæſitetur: Nos ad extirpationem huiuſmodi vitus inſanabilis totis viribus intendentes, literas præinſertas aucto. Apoſt. tenore præſentiū innouamus, approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ inuocationis approbationis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſt. eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Rōmę apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1458. 7. Idus Iulij. Pont. Anno 4.

Quoniam vero hæc Pontificia bulla nobis anſam porrigit dicendi, pro tempore quo ad nos id peruenit, de Indulgentiis conceſſis in generali Concilio ipſis Cruceſignatis per bullam quæ Cruciata dicitur placuit eam hic inſerere obiter vt tam vulgatæ Extrauagantis, & tantæ authoritatis fauorabilis tenor pateat ad conſolationem familiarium D. Petri Martyris. Diploma autem iſtud editum eſt de Anno Dñi 1215. ab Innocentio tertio: & ſic habet.

AD liberandam terram ſanctam de manibus impiorum ardenti deſiderio aſpirātes, de prudentum virorum conſilio, qui plene nouerunt circumſtantias temporum & locorum, ſacro approbante

Concilio diffinimus, vt ita Cruceſignati ſe præparẽt quod in Calend. Iunij ſequentis poſt proximum, omnes qui diſpoſuerunt tranſire per mare conueniant in Regnum Siciliæ, alii ſicut oportuerit & decuerit apud Brunduſium, & alij apud Meſſanam, & partes vtrobique vicinas, vbi & nos perſonaliter, Domino annuente, diſpoſuimus tunc adeſſe, quatenus noſtro conſilio & auxilio exercitus Chriſtianus ſalubriter ordinetur, cum Benedictione diuina & Apoſtolica profecturus. Ad eundem quoque terminum ſe ſtudeant præparare, qui propoſuerunt per terram proficiſci, ſignificaturi hoc interim nobis, vt eis ad Conſilium & auxilium legatum idoneum de noſtro latere concedamus. Sacerdotes autem, & alij Clerici, qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tam ſubditi quã Prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtant, docentes eos verbo pariter & exemplo, vt timorem & amorem ſemper habeant diuinum ante oculos, ne quid dicant aut faciant, quod diuinam Majeſtatem offendat. Et ſi aliquando lapſi fuerint in peccatum per veram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis & corporis. Et tam in victu quam in veſtitu mediocritatem ſeruantes, diſſenſiones & æmulationes omnino vitando, rancore ac liuore à ſe penitus relegatis. Vt ſic ſpiritualibus & materialibus armis muniti, aduerſus hoſtes fidei ſecurius prælientur, non de ſua præſumentes potentia, ſed de Diuina virtute ſperantes. Ipſis autem Clericis indulgemus, vt Beneficia ſua integra percipiant per triennium, ac ſi eſſent in Eccleſiis reſidentes. Et ſi neceſſe fuerit, ea per id tempus pignori valeant obligare.

Ne igitur

Ne igitur hoc ſanctum propoſitum impediri vel retardari contingat, Vniuerſis Eccleſiarum Prælatis diſtricte præcipimus, vt ſinguli per loca ſua illos qui ſignum Crucis diſpoſuerint preſumere, ac tam ipſos quam alios Cruceſignatos, & quos adhuc ſignare contigerit, ad reddendum vota ſua Domino diligenter moueant & inducant. Et ſi neceſſe fuerit, per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in Terras eorum, omni tergiuerſatione ceſſante compellant. Illis dumtaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod ſecundum Sedis Apoſtolicæ prouidentiam, votum eorum commutari debeat meritò vel differri. Ad hæc, ne quid in negotio Ieſu Chriſti de contingentibus omittatur, volumus & mandamus, vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alij qui curam obtineat animarum, ſtudiosè proponant ſibi commiſſis verbum crucis. Obſecrantes per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, vnum ſolum verum æternum Deum, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & Barones, alioſque Magnates, nec non Communitates Ciuitatum, Villarum, Oppidorum, vt qui perſonaliter non acceſſerint in obſidium Terræ ſanctæ, competentem conferant numerum bellatorum, cum expenſis ad triennium neceſſarijs, ſecundum proprias facultates, in remiſſionem peccatorum ſuorum, provt in generalibus literis & expreſſum, & ad maiorem cautelam etiam inferiùs exprimemus. Huius remiſſionis volumus eſſe participes, non ſolùm eos qui naues proprias exhibent, ſed etiam illos, qui propter hoc opus, naues ſtuduerint fabricare. Renuentibus autem, ſi qui

forte am ingrati fuerint Domino Deo noſtro, ex parte Apoſtolica firmiter proteſtentur, vt ſe ſciant ſuper hoc nobis in nouiſſimo diſtricti examinis die, coram tremendo iudicio reſponſuros. Priùs tamen conſiderantes, qua conſcientia, quáue ſecuritate confiteri poterunt coram vnigenito Dei Filio Ieſu Chriſto, cui omnia Pater dedit in manus, ſi ei pro peccatoribus crucifixo ſeruire renuerint in hoc negotio quaſi propriè ſibi proprio, cuius munere viuunt, cuius beneficiò ſuſtentantur, quin etiam cuius ſanguine ſunt redempti. Ne verò in humeros hominum onera grauia & importabilia imponere videamur, quæ digito noſtro mouere nolimus, ſimiles illis qui dicunt vtique ſed non faciunt; ecce nos de his, quæ vltra neceſſarias & moderatas expenſas potuimus reſeruare, triginta millia librarum in hoc opus concedimus & donamus, præter nauigium, quod Cruceſignatis de vrbe atque vicinis partibus conferimus aſſignatur nihilominus ad hoc ipſum tria millia marcarum argenti, quæ apud nos de quorundam fidelium eleemoſynis remanſerint, alias in neceſſitates & vtilitates prædictæ Terræ per manus fel. mem. Abbatis Hyeroſolimitani Patriarchæ, ac Magiſtrorum templi, & hoſpitali fideliter diſtributis. Cupientes autem alios Eccleſiarum Prælatos, necnon Clericos vniuerſos, & in merito, & in præmio habere participes & conſortes, ex communi Concilij approbatione ſtatuimus, vt omnes omnino clerici, tam ſubditi quàm prælati, vigeſimam partem Eccleſiaſticorum prouentuum vſque ad triennium conferant in ſubſidium Terræ Sanctæ, per manus eorum qui ad hoc Apoſtolica prouideu-

tia fuerint ordinati. Quibuſdam dumtaxat religioſis exceptis, ab hac prætaxatione meritò eximendis. Illis ſimiliter qui aſſumpto vel aſſumendo Crucis ſignaculo ſunt perſonaliter profecturi. Nos autem & fratres noſtri S. R. E. Cardinales, plenariè decimam perſoluimus, ſciantque ſe omnes ad hoc fideliter obſeruandum, per excommunicationis ſententiam obligatos, ita quod illi qui ſuper hoc fraudem ſcienter commiſerint, ſententiam excommunicationis incurrant. Sanè quia iuſto iudicio cœleſtis Imperatoris obſequijs inhærentes, ſpeciali decet prærogatiua gaudere, cum tempus proficiſcendi annum excedat in modico, Crucesignati à collectis vel talijs alijſque grauaminibus ſint immunes. Quorum perſonas & bona poſt Crucem aſſumptam, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, vt ſub Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiæ defenſione conſiſtant. Propriis nihilominus protectoribus ad hoc ſpecialiter deputandis, ita vt donec de ipſorum obitu vel reditu certiſſimè cognoſcatur, integra maneant & quieta. Et ſi quiſque contra præſumpſerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcatur. Si qui verò proficiſcentium illuc ad præſtandas vſuras iuramento tenentur aſtricti, creditores eorum, vt remittant eis præſtitum iuramentum, & ab vſurarum exactione deſiſtant, eadem præcipimus diſtrictione compelli. Quòd ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit vſurarum, eum ad reſtitutionem earum ſimili cogi animaduerſione mandamus. Iudæos verò ad remittendas vſuras per ſæcularem impelli præcipimus poteſtatem: & donec illas remi-

ſerint ab vniuerſis Chriſti fidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegatur. His autem qui Iudæis debita ſoluere nequeunt in præſenti, ſic principes ſæculares vtili dilatione prouideant, quod poſt iter arreptum, vſquequo de ipſorum obitu vel reditu certiſſimè cognoſcatur, vſurarum incommoda non incurrant. Compulſis Iudæis prouentus pignorum, quos interim ibi perceperint, in ſortem, expenſis deductis neceſſariis computare, cùm huiuſmodi beneficium non multum videatur habere diſpendii, quod ſolutionem ſic prorogat quod debitum non abſorbet. Porrò Eccleſiarum Prælati qui in exhibenda iuſtitia Cruceſignatis in eorum familiis negligentes extiterint, ſciant ſe grauiter puniendos. Cæterùm quia Curſarii, & Pyratæ nimiùm impediunt ſubſidium Terræ Sanctę, capiendo & expoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa, Nos ſpeciales adiutores & fautores eorum, excommunicationis vinculo innodamus. Sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis ſcienter communicet aliquo venditionis vel emptionis contractu: & iniungentes rectoribus Ciuitatum & locorum ſuorum, vt eos ab hac iniquitate reuocent & compeſcant. Alioquin, quia nolle perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quam fouere, nec caret ſcrupulo Societatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, in perſonas & terras eorum per Eccleſiarum Prælatos ſeueritatem Eccleſiaſticam volumus & præcipimus exerceri. Excommunicamus preterea & anathematizamus illos falſos & impios Chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtum & populum Chriſtianum ſarracenis arma, fer-

rum, & lignamina deferunt galearum. Eos etiam qui galeas eis vendunt, vel naues, quique in pyraticis Sarracenorum manibus curam & gubernationem excercent, vel in machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt auxilium, consilium vel fauorem in dispendium Terræ Sanctæ, ipsarum rerum suarum priuatione mulctari, & capientium seruos fore censemus, præcipientes vt per omnes vrbes maritimas dieb⁹ Dominicis & festiuis huiusmodi sententia innouetur: & talibus gremium non aperiatur Ecclesiæ: nisi totum quod ex substantia tam damnata perceperint, & tantumdem de sua in subsidium prædictæ Terræ transmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint, puniantur. Quòd si forte soluendo non fuerint, aliàs hic reatus talium castigetur, quod in pœna ipsorum aliis interdicatur audacia similia præsumendi. Prohibemus insuper omnibus Christianis & sub anathemate interdicimus, ne in terras Sarracenorum, qui partes Orientales inhabitant vsque ad quadriennium transmittant, aut transeant naues suas; vt per hoc volentibus transfretare in subsidium Terræ Sanctæ maior nauigii copia præparetur, & Sarracenis prædictis subtrahatur auxilium, quod eis consueuit ex hoc non modicum prouenire. Licet autem torneamenta sint in diuersis Conciliis sub certa pœna generaliter interdicta, quia tamen hoc tempore Crucis negotium eis plurimum impeditur, nos illa sub pœna excommunicationis firmiter prohibemus vsque ad triennium exerceri. Quia verò ad hoc negotium exercendum, & per maximè necessarium, vt Principes & populi Christiani adinuicem pacem obseruent; Sancta vniuersali syno-

do ſuadente ſtatuimus vt ſaltem per quadriennium in toto Orbe Chriſtiano ſeruetur pax generaliter, ita quod per Eccleſiarũ Prælatos diſcordãtes reducantur ad plenam pacem, ac firmam treugam inviolabiliter obſeruandam. Et qui acquieſcere forte contempſerint, per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras arctiſſimè compellantur. Niſi tanta fuerit iniuriarum malitia, quod ipſi, tali non debeant pace gaudere. Quòd ſi forte cenſuram Eccleſiaſticam vilipenderint, poterunt non immeritò formidare, ne per authoritatem Eccleſiæ, circa eos tanquam perturbatores negotii crucifixi, ſæcularis potentia inducatur. Nos igitur Omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate, confiſi, ex illa quam nobis (licet indignè) Deus ligandi atque ſoluendi contulit, poteſtatem, omnibus qui laborem proprijs perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confeſſi veniam indulgemus, & in retributione iuſtorum, ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem qui non in perſonis proprijs illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis iuxta facultatem & qualitatem ſuam viros idoneos deſtinarint: & illis ſimiliter qui licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Huius quoque remiſſionis, volumus & concedimus eſſe participes, iuxta qualitatem ſubſidij, & deuotionis affectum, omnes qui ad ſubmentionem ipſius Terræ de bonis ſuis congruè miniſtrabunt, aut Conſilium & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam piè proficien-

tibus in hocopere in communi vniuersalis Synodus omnium beneficiorum suorum suffragium impartimur, vt eis dignè proficiat ad salutem. Amen. Datum Lateran. 19. Calen. Ian. Pontificatus nostri anno 18.

Hæc Innocentius in Concilio Lateranensi eiusdem ferme tenoris de priuilegiis Crucesignatorum extant constitutiones Innocentii quarti incipient. Malitia. Nicolai quarti incipien. Illuminet. Eugenij tertii, incipient. Quantum prædecessores, Gregorii octaui, incipient. Audita tremendi. Iam verò redeamus ad iustitutum.

Iudex delegatus secundum Panormit. cap. 1 de officio delegati potest iurisdictionem suam exercere contra quoscunque suam iurisdictionem turbantes, & super gloss. fin. ibidem dicit: quòd glossa illa vult, vt qualitercunque impediatur iurisdictio delegati, possit ipse delegatus eam exercere contra turbatores: & dato quod non sit expressum in rescripto potest tamen iudex delegatus exercere censuram Ecclesiasticam contra impedientes, & eos mulctare, quia omnia videntur commissa, sine quibus iurisdictio exerceri non potest: quod nota, & idem notatur in cap. de causis de offic delegati, & cap. præterea, & cap. prudentiam in fin. & cap. suspicionis eo tit. Idem in cap. significasti eod. tit. ibi. vltimo nota quòd resistentes iudici delegato possunt puniri ab eo cuiuscunque conditionis, & dignitatis sint: & ratio est quia repræsentat personam Papæ, cui totus orbis subest. Quæ cùm ita sint quæritur iam quibus pœnis possint impeditores officii Inquisitionis coer-

ceri? Respondent Zanchinus tract. de hæret. c. 31. num. 7. Repertor. Inquis. verbo Impediens. & Sanc. cathol. inst. tit. 15. nu. 10. eas esse relictas arbitrio Inquisitoris, cùm in iure hac de re nihil sit cautum. Hodie tamen extant graues pœnæ constitutę in impeditores Inquisitionis per bullam Iulii 3. relatam ad tex. 9. incipien. Licet à diuersis. & per sequentem quæ est Pii quinti.

SI de protegendis cæteris omnibus Ecclesiæ ministris, quos in fidem & clientelam nostram à Domino recipimus, cura nobis quotidiana insidet, quanto maiore studio eam nos sollicitudinem capessere necesse est, vt qui in sacro Inquisitionis hæreticæ prauitatis officio versantur, sub tutela inuiolatæ auctoritatis huius Sedis periculorum omnium expertes, quæque munera ad exaltationem fidei catholicæ exequantur? Cum itaque eius generis impiorum vis quotidie magis inualescat, qui omnibus malis artibus prædictum officium subuertere, ministróſque functionibus disturbare moliuntur, eo iam nos detrusit necessitas, vt nefariam, & scelestam illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali constitutione de fratrum nostrorum consilio facimus, vt quicunque siue priuatus, siue cuncta ci-

litas, siue populus. siue Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illustris, quamuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratorib⁹ Notariis, aliisue ministris Prædicti officii, vel Episcoporum id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denuntiatorem, aut testem in causa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perterre fecerit, quiue Ecclesias, ædes, aliasue res siue publicas, siue priuatas officii, aut ministrorum expugnauerit, inuaserit, incenderit, expilauerit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliáue instrumenta siue publica, siue priuata vbicunque posita combusserit, diripuerit, seu interueterit, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, seu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, siue capiendi, siue comburendi, siue supprimendi causa fuerit, siue res aut personas seruari, defendiue prohibuerit, quiue carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumue eripuerit, receperit, occulerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri, qui cœtum concursumue fecerit, siue vt aliquid prædictorum fieret homines accommodauerit, siue alias auxilium, consilium, aut fauorem publice vel occulte in quolibet prædictorum scienter præstiterit, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, succensum, diruptumue, nullum denique damnum re ipsa sit secutum: nihil-

ominus is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus, idem quoque læsæ maiestatis reus, dominio, dignitate, honore feudo, ac quocunque alio beneficio temporali, & perpetuo eo ipso priuatus; sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per constitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, vti etiam est de damnatis hæreticis per sanctiones canonicas constitutum: eius filii paterna infamia subiecti, omnis, & cuiuscunque hæreditatis, successionis, donationis, & legati siue propinquorum; siue extraneorum omnino sint expertes, eisdem præterea portæ numquam pateant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere vel prætendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officii admiserit, nisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse. Quod porro de prædictis eorumque filiis statuimus, illud idem de omnibus clericis, & præsbiteris sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam exemptorum regularibus, & quacunque etiam Episcopali, & maiori dignitate prædictis, ac etiam priuilegio quomodocunque suffultis, decernimus exequendum, ita vt ipsi beneficiis, & officiis omnibus Ecclesiasticis præsentium authoritate priuati, per iudicem Ecclesiasticum, hæreticorum more degradentur, demum, potestati sæculari traditi, pœnis prædictis laicorum instar subiiciantur: Pontificum tamen causis nobis, & successoribus nostris reseruatis, vt requisita, & nobis renuntiata contra eos ad depositionem, & alias pœnas prædictas procedamus, vti

criminis atrocitas videbitur poſtulare. Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut alias intercedere, tentauerint, in eaſdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores à ſacris conſtitutionibus inferuntur, ipſo facto ſe nouerint incidiſſe. Verum ſi quis etiam huiuſmodi criminum conſcium, vel affinis, ſiue religionis ſtudio, ſiue pœnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, ſupplicio liberetur. Ceterum eum omnium, quarumcunque abſolutionum rationem â prædictis criminibus, nec non habilitationum, & reſtitutionum etiam & famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, vt ſucceſſores noſtri nullas niſi ſaltem ſemeſtri poſt cuiuſq; aſſumptionem ad huius dignitatis faſtigium excurſo, ac precibus apud ſupremum officium Inquiſitionis hic inſtitutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quaſcunque huiuſmodi abſolutiones, habilitationes, & reſtitutiones, quæ præcibus ſic non verificatis de cetero fient, nemini prorſus prodeſſe, ſed nec preſentibus, niſi toto ipſarum tenore ad verbum inſerto, & gratia ex certa Romani Pontificis ſcientia facta, & propria manu ſubſignata, vlla in parte derogari, nec derogatum cenſeri debere, etſi illis ex quacunque cauſa aliter derogari contigerit, derogationes huiuſmodi nullius prorſus fore roboris, & momenti. Iubemus vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos. Epiſcopos, & ceteros Eccleſiarum Prælatos per vniuerſum orbem conſtitutos, vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas aut earum exempla in ſuis quiſque prouincijs, ciuitatibus, diœceſibus, & locis ſolemniter publicare, & quantum in ſe eſt, firmiter obſeruari procu-

rent, contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas apellatione poſtpoſita compeſcendo, ipſaſque cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem vt præſentium exempla etiam impreſſa edantur, eaque Notarii publici manu, & cuiuſcunque curiæ Eccleſiaſticæ vel Prælati ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem, vbique locorum faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Cæterum omnes orbis terrarum principes, quibus gladii ſæcularis poteſtas ad malorum vindictam eſt permiſſa, per eam quam ſe tueri promiſerunt fidem, obteſtamur, ita ſuas quiſque partes ſiue in preſtando miniſtris prædicti s auxilio, ſiue in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animaduerſione, interponere, vt eorum quoque preſidiis miniſtri ipſi tanti officii munus pro Dei eterni gloria, & religionis incremento fœliciter exequantur, ampliſſimum à Domino præmium recepturi quod fidei prędictæ aſſertoribus in æternæ beatitudinis conſortio præparauit nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, legationis, ſtatuti, decreti, iuſſionis, obteſtationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, mil-

lesimo quingentesimo sexagesimo nono. Cal. Aprilis Pontificatus nostri anno quarto.

†

EGO PIVS V

CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPVS. LOCVS SIGNI.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

† F. Cardinalis Pisanus Episcopus Hostien.
† Io. Card. Moronus Episcopus Portuen.
† Christoph. Madrucius Episcop. Præstinen.
† Otho. Card. Truchses Episcopus Albanen.
† A. Card. Farne. Vicean. Episcopus Tusc.
† Io. Bapt. Cicada Episcop. Sab. Cardi S. Cleme.
† Ego Iulius Cardinalis Vrbinus.
† Ego Fuluius Cardinalis Perusin.
† Ego Ioan. Riccius Card. Politianus.
† Ego Scipio Cardinalis Pisarum.
† Ego Iacobus Card. Sabellus.
† Ego Aloysius Cardinalis Cornelius.
† Ego Ph. Cardinalis à Burdisera.
† Ego Antonius Cardinalis Granuelanus.
† Ego Franciscus Card. Paciecus.

† *Ego Hieronymus Card. de Corrigio.*
† *Ego Io. Franciſcus Card. de Gambara.*
† *Ego Nicolaus Card. de Sermoneta.*
† *Ego Ind. de Aualos Card. Aragonia.*
† *Ego M. Antonius Card. Columna.*
† *Ego Ptolemæus Card. Comenſis.*
† *Ego P. Card. de Sancta Cruce.*
† *Z. Card. Delphinas.*
† *Ego Hu. Card. S. Sixti.*
† *Ego Alexander Card. Cribellus.*
† *Ego Guido Card. Vercellias.*
† *Ego Guilielmus Card. Sirletas.*
† *Ego F. Michael. B. Car. Alex. Came.*
† *Ego Hieronymus Card. de Claraualle.*
† *Ego Ludouicus. Card. Madrucius.*
† *Ego Innoc. Card. de Monte.*
† *Ego Hieronymus Card. Simoncellus.*
† *Ego Ferd. Card. de Medicis.*
† *Ego F. Card. Alciatus.*
† *Io. Paulus Cardinalis ab Eccleſia.*
† *A. Cardinalis Caraffa.*

ANno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Indictione duodecima, die vero ſecunda menſis Maij, Pontificatus ſanctiſſ. in Chriſto Patris & D. N. D. Pij, diuina Prouidentia Papæ V. anno quarto retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, lectę, affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas baliſicę Principis Apoſtolorum de vrbe, Cancellariæ Apoſtolicę, ac in acie campi floræ, vt eſt moris, dimiſsis in locis præfatis præſentibus litteris per aliquantulum temporis ſpatium affixis, & deinde amotis per nos iurium Parinum, & Ioannem bornotum prælibati S. D. N. Papæ Curſores.

Ant. Clerici Mag. Curſ.

Et non tantùm poteſt Inquiſitor contra quaſlibet publicas aut priuatas perſonas impedientes ſuum Officium procedere, ſed etiam quæuis ſtatuta impeditoria quorumlibet caſſare: ſicut viſum eſt ad text. 9. cùm ſtatutum quomodolibet directè vel indirectè impediens Officium Inquiſitoris aut quomodolibet retardans ſit iure ipſo nullum ex cap. Statutum de hæret. in 6. & Diœceſano vel Inquiſitori eſt exhibendum, ſine mora, vt ipſi, ſi viſum fuerit, reuocent vel tempore ex d. c. & Doctoribus ibi: Et Geminian. ibid. dicit quod Inquiſitor poteſt compellere omnes qui habent poteſtatem reuocandi vel temperandi ſtatuta, ad reuocandum vel temperandum ipſa arg. in Clem. ex graui. de vſuris vide ad hoc gloſſ. 1. 2. & penult. d. c. ſtatutum. Quæ facultas facta Inquiſitoribus pertinet ad ea, quæ fauore fidei ſunt inſtituta, inquit Pegna ad Comenſem verbo ſtatutum §. 1. vt liberiùs & faciliùs hæretica prauitas extirparetur. Vide Repert. Inquiſit. verbo ſtatutum, Campegium ad Zanchin. de hæret. cap. 31. Pegnam cum Eymerico in directi Inquiſ. p. 3. q. 34. commen. 83. Extat ad hæc conſtitutio Frederici Imperatoris caſſans eidem ſtatuta tanquam edita contra Eccleſiæ libertatem. tit. de ſtatutis, & conſuetud. contra Eccleſ. libert. editis in princ. & refertur in authent. caſſa & irrita cap de Sacroſanct. Eccleſ. vbi gloſſ. & communiter Doctores. Tabiens in ſumma verbo Inquiſitor. Decian. in tract. criminal. l. 5. cap. 26. num. 4. Idem quoque conſtituerunt præter relatos ad dictum text. noſtrum 9. Pontifices

tifices cæteri vno consensu, vt ait Caretius tract. de hæret. num. 36. vers. Idem potest tollere.

13. Impedientes indirectè Inquisitionis officium sunt qui insinuatione vtuntur, aut alio medio nituntur idipsum euertere, vnde in consequentiam oriatur impedimentũ Officij: vt pote qui statuunt quod nullus portet arma, nisi de familia Domini temporalis (inquit Eymeric. cum commentatore 2. part. direct. q. 54.) Nam consequenter qui sint de familia Inquisitoris non possunt portare, imo est gloss. in cap. statutum in 6. & doctrina Zabarel. in Clement. 2. §. porro. num. 2. vers. secundo quæro de hæreticis & ibi in d. c. statutum notant omnes Canonistæ. Sylueiter in summa verbo hæreticus §. 2. num. 13. vers. item ne abutantur. Pegna in addit. ad Eymeric 3. p. q. 56. comment. 105. vbi asserit dictam gloss. d. c. statutum esse communiter receptam. Et tales impedientes licet minus sint suspecti de hæresi, quàm qui directè impediunt, sunt tamen excommunicati vt diximus hactenus iuxta cap. vt Inquisitionis cit. Porro quod Inquisitor ius habeat familiæ armatæ patet expressè ex iure cap Nolentes in Clemen. §. Porro. His verbis Porro Inquisitoribus ipsis districtiùs inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet concessione portationis armorum, nec officiales, nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua cum Inquisitoribus ipsis officia exequenda. Hoc idem priuilegium concessit Clemens V. in Concil. Viennen. & reuocauit Ioannes 22. rescripto incipien. Exigit Ordinis vestri. Meminit Gaudisalus tract. de hæret. q. 11. num. 15. & seq. Repert. Inquisit. verbo Arma §.

ſed vtrum Inquiſitores. Comenſis in Lucerna verbo Inquiſitor §. 14. Simancas cathol. inſtit. tit 41. nu. 15. Rojas tract. de hæret. p. 2. tit. de priuil. Inquiſ. num. 422. verſu. Item Inquiſitores habent. Eymeric. 3. part. direct. Inquiſ. q 56. & ibidem Pegna, qui ait hoc priuilegium eſſe datum in fauorem fidei & odium hæreticæ prauitatis: non obſtante quacunque lege ciuili vel municipali in contrarium edita vel edenda; cum impediret Eccleſiæ & Inquiſitionis libertatem. Nollem tamen contendere adeò neceſſariam eſſe in hac tam Catholica prouincia armatam Inquiſitoris familiam, ſed vt appareat quantę ſemper curę fuerit Pontificibus Inquiſitionis Officium, cum ipſe Pontifex ſit ſupremus delegans, & vt bonus Pater familias prouidet ſuis de omnibus. Rurſus ſubdit Pegna armorum licentiam non ſolùm dandam eſſe Officialibus deſtinatis ad denunciandos hæreticos, ad comitandum Inquiſitores, vel ad capiendum hæreticos, ſed etiam cæteris miniſtris, qui quauis alia ratione ſancto Officio inſeruiunt, veluti Aduocatis, Notarijs, Conſultoribus, Cuſtodibus, aut illis, qui aduerſus hæreticos publicè ſcribunt, dummodo non ſint perſonæ ſceleſtæ, & alienigenæ, nec Iudæi, aut alij infideles conuerſi, tales enim non facilè: & non niſi ex magna cauſa creandi ſunt familiares ſancti Officij. De impedientibus ſanctum Officium Inquiſitionis copioſiùs ſcripſerunt Eymericus in direct. Inquiſit. part. 2. quæſt. 54. & part. 3. quæſt. 36. & ibi Pegna. Zanchinus de hęret. 31. & ibi copioſè Campegius. Repertorium Inquiſit. verbo impediens Officium, Bern. Comenſis verbo impedientes Officium Inquiſ-

sitionis. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. part. 2. cap. 21. Simancas de Cathol. institut. tit. 15. & post illos Prosper Farinacius de hæresi quæst. 182. §. 5. Calderinus in tract. de hæret. rub. de his, quæ pertinent ad executionem Officij num. 1. & sequent.

TEXT XII

—— Sortilegia hæresim sapientia.

DE sortilegijs, magicis, & superstitiosis artibus vide præ cæteris direct. Inquisit. 2. part. quæst. 42. & ibi. Comment. Pegna. Zanch. de hæret. cap. 22. & suum additorem Campeg. malum maleficarum F. Iacobi Sprēgeri. Comens. tract. de strigibus in fine Lucernæ Inquisit. Pet. Binsfeldium Comment. in tit. C. de malef. & Mathem. P. Mart. Delrio per omnes libros disqu sit. magic. S. Antonin. 3 part. tit. 17. cap. 21. §. 5. & 2. part. tit. 12. cap. 1. & cap. 8. D. Thom. 2. 2. quæst. 95. & alios multos, qui omnes

hauſerunt doctrinam ſuam ex decreto 26 quæſt. 1. 2. & ſeq. Quodquidem ius optimè ad rem noſtram & ſufficienter facit. & ſic habet.

QVÆSTIO. I.

Qui ſint ſortilegi. Iſidorus diffiniuit, Ethymogiarum libro octauo ita dicens. Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam (quas Sanctorum ſeu Apoſtolorum vocant) ſortes diuinationis ſcientiam profitentur, aut quaruncunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt.

QVÆSTIO. II.

Quòd autem ſortes exquirere peccatum non ſit, & exemplis & auctoritatibus probatur. Cùm enim Achor de Anathemate furtim ſurripuiſſet & ob eius peccatum populus cæſus apud hay hoſtibus terga dediſſet, præcepit Dominus Ioſue vt ſortibus exquireret quo peccante populus in manibus hoſtium cadere meruerat. Ioſue præceptum accipiens miſit ſortes: Primùm ſuper tribus deinde ſuper familias, deinde ſuper perſonas; & ita cecidit ſors ſuper achor: Saul quoque cum pugnaſſet contra Philiſteos, & iuraſſet ſe interfecturum quencunque qui ante ſolis occaſum comederet de populo, ſorte deprehendit Ionatham filium ſuum mel comediſſe quod ſceptro acceperat, quem cum morte tradere vellet, populo ſupplicante reuocauit ſententiam. Ionas quoque

cùm à facie Domini fugeret à nautis sorte deprehensus in mari deiectus & à ceto est absorptus. De Zacharia etiam legitur quòd sorte exijt vt incensum poneret. Matthias verò à beato Petro sorte in Apostolatum & Iudæ successorem eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur patet malum non esse. Vnde etiam Aug. ait in lib. psalmorum. Sors non est aliquid mali sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem his ita respondetur. Antequam Euangelium clarescceret multa permittebantur quæ tempore perfectioris disciplinæ penitus sunt eliminata. Copula namque sacerdotalis vel consanguineorum nec legali nec Euãgelica vel Apostolica auctoritate prohibetur : Ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur. Sic & sortibus nihil mali inesse monstratur prohibetur tamen fidelibus: ne sub specie diuinationis ad antiquos idolatriæ cultus redirent. Vnde quibusdam constellationes & futurorum signa custodientibus Apostolus ait. Dies obseruatis & menses & tempora & annos : vnde timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Sic & Astronomia seu etiam Astrologia apud Catholicos in dissuetudinem abijt: quia dum propria curiositate his nimis erunt intenti, minus vacabunt his quam saluti animarum erat accommodata. Quod autem sortibus credi non oporteat hiero. Testatur scribens super Ioannem. Non statim debemus sub exemplo Ionæ sortibus credere, vel illud de actibus Apostolorum huic testimonio copulare: vbi sorte Matthias in Apostolum eligitur. Item Aug. ad Inquisitiones Ianuarij. Hi qui de paginis Euangelicis sortes legunt: etsi petandum

eſt vt id potiùs faciant quæ ad dæmonia conſulenda concurrant. Tamen iſta mihi diſplicet conſuetudo ad negotia ſæcularia: & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Item Beda ſuper actus Apoſtolorum. Non exemplo Matthiæ vel quod Ionas Propheta forte deprehenſus ſit, indifferenter ſortibus eſt credendum: cùm priuilegia ſingulorum (vt Hieronimus ait) communem legem omnino facere non poſſint: ſi qui tamen neceſſitate aliqua compulſi Deum putant ſortibus exemplo Apoſtolorum conſuendum eſſe: videant hoc ipſos Apoſtolos non (niſi collecto fratrum cœtu & precibus ad Deum fuſis) egiſſe. De diuinis verò ſcribit Auguſti. ita dicens. Intelligi voluit Dominus: etiam illa quæ à diuinantibus non ſecundum Deum dicuntur ſi acciderint quæ dicuntur non ſic accipienda ſunt vt fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis. Idem in li. 1. de doctrina Chriſtiana. Illud quoque eſt ſecundum inſtitutiones hominum partim ſuperſtitioſum eſt, partim non ſuperſtitioſum, Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutum eſt ab homnibus ad facienda Idola & colenda pertinens: vel ad colendam ſicut Deum creaturam partemue vllam creaturæ, vel ad conſultationes & pacta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita atque fœderata: qualia ſunt volumina magicarum artium, quæ quidam commemorare potiùs quam dicere ſolent poëtæ: ex quo genere ſunt (ſcilicet quaſi licentiori vanitate) haruſpicum & augurum libri. Ad hoc etiam genus pertinent omnes ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam no-

tis quos characteres vocant, siue in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis; vel etiam saltando quodam modo non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes aut occultas aut manifestas, quas eminentiori nomine physicam vocant, vt quasi non superstitionem iudicare, sed naturę prodesse videantur, sicut sunt inaures in summo singularum aurium, aut de strutionum ossibus ausulæ in digitis; aut cum dicitur tibi singultienti vt dextera manu pollicem teneas. His adiunguntur millia immanissimarum obseruationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis lapis aut puer medius interuenerit. Hinc sunt etiam illa, limen calcare cum ante domum suam transit, redire ad lectum si quis dum se calciat sternutauerit, redire ad domum si præcidens offenderit, vel si vestis à soricibus roditur. Neque ab hoc genere superstitionis pernicioſæ segregandi sunt qui olim Genethliaci propter naturalium considerationes dierum, nunc autem Mathematici vocantur: nam & ipsi quamuis veram stellarum positionem cum quisque nascitur, consequuntur, & aliquando perueſtigant; tamen quod inde conantur vel actiones nostras, vel actionum euentus prædicere minus errant. Hoc autem genus fornicationis animæ salubriter diuina auctoritas non tacuit, neque ab ea sic deterruit animam, vt propterea talia negaret esse sectanda quia falsa dicuntur & à professoribus eorum, sed etiam si dixerint vobis, inquit, & ita euenerit ne credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli vera pronuntiauit propter talia sacrilegia, quibus illa imago præsentata est, minus execranda

sunt: aut quia in actibus Apostolorum fœmina ventrilogua verum testimonium prohibuit Apostolis Domini: ideo Paulus Apostolus pepercit spiritui illi, ac non potius fœminam illius dæmonij correptione atque exclusione mundauerit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudiandæ & fugiendæ Christiano. Idem in lib. de Ciuitate Dei. Qui sine saluatore salutem vult habere & sine vera sapientia æstimat se prudentem fieri posse non sanus sed æger, non prudens sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxi stultus & demens permanebit. Ac perinde omnis Inquisitio & omnis curatio qui à diuinis & magicis artibus vel ab ipsis dæmonijs in idolorum cultura expetitur, mors potiùs dicenda est quam vita, & qui ea sectantur si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt, psalmista dicente: omnes Dij gentium dæmonia sunt, qui per deceptos homines alios decipere quotidie gestiunt, vt perditionis suæ alios faciant participes. Itaque hęc vanitas magicarum artium ex traditione malorum Angelorum in toto orbe terrarum plurimis sæculis inualuit per quandam scientiam futurorum & internorum: & per inuentiones eorum inuenta sunt aruspicia & augurationes & ipsa quæ dicuntur oracula, & necromantia. Idem confessionum lib. 4. Illos planetarios quos Mathematicis vocant planè consulere non desistebant quod quasi nullum eis sacrificium & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur; quod tamen

Christiana & vera pietas consequenter expellit & damnat. Item Hieronimus. Sed & illud adde quoniam qui fornicatur in corpus suum peccat, non istud corpus solùm quod Templum Dei effectum est; sed illud quod dicitur: quod omnis Ecclesia corpus Christi est, & in omnem Ecclesiam videtur delinquere qui corpus suum commaculauit: quia per vnum membrũ macula in omne corpus diffunditur. Est & illud opprobrium Ægypti quod si neglexeris etiam post Iordanis transitum, & post baptismi secundam circuncisionem, vetustæ consuetudinis inustione suggeritur: obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & euentus ex his futurorum rimari, cæterisque huiusmodi superstitionibus implicare: idolatriæ namque mater est. Ægyptus, ex qua certum est opprobria huiusmodi pullulare, quæ si transito Iordane susceperis & his te laqueis rursus illigauerit tecum sine dubio opprobria Ægypti trahis. Hæc autem sacrilegia non vsque adeo sunt detestanda vt si aliquid de area vel torculari dœmonibus fuerit immolatum, quod reliquum est ideo credatur esse immundum, aut si ipsum quod oblatum fuerit à nobis ignorantibus sumi contigerit, ideo credamus nos deliquisse hæc in iure hactenus. Et hi homines organa dæmonum communem vitæ violant societatem, addicti diabolo naturæ inimico, deuastando terræ fruges, fructus arborum, perdendo, fœtus mulierum sanitatem hominum, & vitam animalium, ligando maritatos, fascinando pueros, carminibus præstigiosis morbos ab ijs depellentes, quibus vt plurimum eos, asciuerant quos sic describit Horatius l. 1. satyra 8.

Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Cauidiam pedibus nudis, paſsóque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem; pallor vtraſque
Fecerat horrendas aſpectu: ſcalpere terrã
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cæperunt; cruor in foſſam confuſus vt inde
Manes elicerent animas reſponſa daturas, &c.

Et his alia faciunt pejora. abnegando fidem in baptiſmo ſuſceptam, a butendo dæmone ſuccubo vel incubo, & aras dæmoni conſtruunt, candelas benedictas accendunt, verba ſacra proferunt & nefarias preces ei fundunt. In quibus omnibus ſceleribus aut contra communem hominum ſocietatem aut contra fidem explicitè poſſunt peccare, tamen minora ſortilegia vix ſapiunt hæreſim, ſed ſunt quædam vanitates ludicræ: maiora vero ſiue ſint contra communem ſocietatem in quibus ſcilicet morbi infligun-

tur & neces, videntur nunc ſemper hæreſim ſapere (vt ait Comenſis tract. de ſtrigibus) cùm talia nefanda facinora nullus eſt qui poſſit occultè & ſolo vt ita dicam obtutu patrare ſine dæmonis obſequentis interuentu, cui certè non obſequitur, ille magiſter ſuperbiæ, niſi propter prædam animæ: ergo ſupponitur vt plurimum interueniſſe aut explicitum & in propria ſortilegi perſona, aut implicitum vel virtuale ſeu in perſona alterius ſortilegi factum cum dæmone pactum, à quo tot ſcelera ad prolationem talis & talis vocis nullius ſignificationis & virtutis patrantur: ergo in talibus nullius vigoris incantationibus fidunt, quia talia patrantur per eas perſonas à dæmone facinora, & conſequenter fidunt harum incantationum authori dæmoni, nam alioquin ſi non fiderent nihil efficerent, & ipſi magi ideo totius ſuæ vanitatis fundamentum ponunt fiduciam: at fidere & credere in dæmonem nonne eſt contra fidem? Et contra hos omnes ſortilegos ſiue exerceant opera notoria, lædentia communitatem tantum, ſiue pugnantia explicitè contra fidem, poteſt Inquiſitor tanquam contra hæreticos procedere vti videbitur pleniùs in textu ſequenti per bullas Pontificum: quod pro nunc probatur ab Albertino tract. de agnoſcend. aſſertionibus Catholicis & hæret. quæſt. 23. num. 74. his verbis Crimen ſortilegij & diuinationis, ſi non ſapit manifeſtam hæreſim, eſt crimen mixti fori: nam licet Eccleſia de hoc crimine cognoſcat, vt eſt text. iuxta gloſſ in c. contra Idolorum. 26 q. 5. & in c. Epiſcopi ead. can. & q. c. 1. & c. ex tuarum de ſortilegijs: nihilominibus etiam leges ciuiles contra tales grauiores pœnas imponunt, vt toto tit.

C. de maleficis & mathem. ſocci. in c. cum ſit generale col. penult. de for. compet. Vide præter alios quos citat plurimos Mart. Debrio lib. 5. diſq. mag. ſect. 2. lit. g. vbi inter cætera docet quod ſortiariæ noſtræ vix vnquam careant hæreſi, & quòd contra eas Inquiſitores poterunt procedere, & quoſcunque iudices compellere, vt ad ſe mittant acta contra hæreticos huiuſmodi magos facta. Ad hæc Franc. Pegna. annot. ad tract. Comenſ. de ſtrigibus ſic ait:

Scitu dignum eſt, an iudex fidei ad cuius aures ſeu tribunal legitimè peruenit maleficam aliquam, quæ in carceribus iudicis ſæcularis continetur, hæreticam eſſe, aut de hæreſi ſuſpectam, poſſit compellere magiſtratum ſæcularem vt eam ſibi conſignet pro cauſa hæreſis iudicandam: Et certiſſimum ac veriſſimum eſt: id poſſe facere: nam ratione criminis Eccleſiaſtici eam ream vel reum iudices fidei petere poſſunt, & debent omnino ſæculares magiſtratus eis obedire, nec vllo pacto de hoc crimine cum merè ſit Eccleſiaſticum, directè vel indirectè cognoſcere poſſunt, aut iudicare. cap. vt Inquiſitoris §. prohibemus. de hæret. lib. 6.

Immò amplius poſſunt magiſtratus ſæculares quicunque compelli per fidei iudices ad exhibendum eis proceſſus, & quaſlibet ſcripturas, vt poſſint intelligere an in eis quicquam contineatur aduerſus maleficam, aut maleficos cuiuſcunque ſexus, quòd fidei cauſam tangat, & iudicium Inquiſitorum iuuare poſſit argumen. textus in c. vt commiſſi de hæret. lib. 6. ibi: Necnon faciendi à quibuſlibet aſſignari vobis libros ſeu quaternos, & alia ſcripta, &c.

conferunt tradita per Ioannem Rojam in singulari-- bus fidei, singul. 4. incipien. edere instrumenta. Possunt autem isti magistratus sæculares compelli ad supradicta exhibenda & consignanda per censu-- ram Ecclesiasticam, excommunicationem videli-- cet, suspensionem, aut interdictum, hæc enim no-mine censuræ Ecclesiasticæ continentur, cap. quæ-renti extra de verb. signif.

Sed nunquid poterit vice versa magistratus sæcu-laris compellere iudicem fidei, vt sibi exhibeat ali-- quas reas, reosue, qui sæcularia delicta commise-- runt, vt eos possit iuxta legum ciuilium sanctiones punire? Equidem non potest, quia nulla ei in iudicem Ecclesiasticum competit iurisdictio. Cùm vero iu-- dex Ecclesiasticus in suo tribunali delinquentes pu-nierit, tunc iudex sæcularis pro criminibus ad suum forum pertinentibus eosdem punire poterit. Ad quod faciunt tradita per Antonium Gomezium to-mo 3. variar. resol cap. 1. num. 40.

Quandoquidem ergo in talibus est iudex Inquisi-tor duxi hic inserendum præclarum illud Pij F. P. nostri Sebastiani Michaelis iudicium, quod refert idem P. Delrio lib. 5. sect. 18. vt videatur, & epito-me scelerum lamiarum, & sententiandi eas metho-- dus: quæ sententia sic habet.

Visis processibus coram N. N. N. &c. con tra nobis constitutos reos, accusatos, & delatos: quibus tam per vestram: & quorumlibet vestrum relationem ac propriam confessionem iudicialiter coram nobis factam, atque sæpius repetitam iura-- mento vestro medio: quam per testium deposition-nes, eorumque accusationes, & alias legitimas pro-

bationes, ex dictis, actis & processu resultantes, nobis legitimè constitit, & constat, quòd vos, & vestrum quilibet, Deum nostrum omnium creatorem, & Opificem, Vnum & Trinum abnegastis: & immitem diabolum hostem antiquum humani generis, coluistis vosque illi perpetuo denouistis: & sacratissimo Baptismati, & his qui in eo fuerant susceptores Leuantes, & proparentes, vestræque parti Paradisi, & æternæ hæreditatis, quam pro vobis & toto Genere humano Dominus noster Iesus Christus sua morte acquisiuit, coram præfato cacodæmone, in humana specie existente, abrenuntiastis: infundente ipso rugiente diabolo denuo aquam, quam accepistis, vestro verò mutato nomine in sacro Baptismatis fonte vobis imposito, sicque aliud commentitium nomen vobis imponi fictio baptismate passi fuistis, & accepistis: atque in pignus fidei dæmoni data vestimentorum vestrorum fragmentum & particulam illi dedistis, & vt à libro vitæ vos deleri, & obliterari pater mendacij curaret, signa vestra propria manu, ipsa mandante & iubente, in reproborum damnatorum, mortisque perpetuæ libro nigerrimo ad hoc parato apposuistis: & vt ad tantam perfidiam & impietatem vos maiori vinculo deuinceret, notam vel stigma quilibet vestrum, veluti rei suæ propriæ, inussit: & illius mandatis & iussis iureiurando, super circulo (quod diuinitatis symbolum est) in terram sculpto (quæ scabellum pedum Dei est) per vos, & quemlibet vestrum præstito, vos obstrinxistis signo Dominico & cruce conculcato: & illi parendo, adminiculo baculi, quodam nefandissimo vnguento ab ipso Diabolo vobis præscripto illiti, crurib. &

positi per aëra ad locum constitutum, intempesta nocte, hora commoda malefactoribus, statisque diebus ab ipso tentatore portati & translati fuistis, ibique in communi synagoga plurimorum maleficorum sortilegiorum, & hæreticorum fascinatiorum, cultorumque dæmonum, accenso igne tetro, post multas iubilationes, saltationes, comessationes, compotationes i & ludos, in honorem ipsius præsidentis Beelzebub Principis dęmoniorum, in formam & speciem fædissimi & nigerrimi hirci immutati, vt Deum, re, & verbis adorastis; & ad illũ complicatis genibus supplices accessistis, & candelas piceas accensas obtulistis, & illius fædissimum ac turpissimum anum (proh pudor) summa cum reuerentia ore sacrilego deosculati estis: illumque sub veri Dei nomine inuocastis: illiusque auxilium, & pro vindicta in omnes, vobis vel infensos, vel petita denegantes, exercenda efflagitastis: atque ab ipso edocti vindictas, maleficia, fascinationes tum in humanas creaturas, tum etiam in animalia exercuistis, atque homicidia infantium quamplurima commisistis, imprecationes, ablactationes, tabes, & alios grauissimos morbos, ope iam dicti Sathanæ, immisistis: infantesque per vos, nonnullis etiam scientibus tantũ & annuentibus arte iã dicta maleficia oppressos, cõfessos, & interfectos fuisse, ac demum in cemiterio sepultos noctu & clam exhumastis, atque in synagogam prædictam, fascinariorum collegium, portastis: denique dæmoniorum Principi in solio sedenti obtulistis, detracta & vobis conseruata pinguedine, capite manibus, & pedibus abscissis, truncumque decoqui, & elixari, & interum assari curastis, in-

bentéque ac mandante præfato Patre veſtro comediſtis, & damnabiliter deuoraſtis, mala denique malis addendo, vos viri cum ſuccubis, vos mulieres cum incubis fornicati eſtis, Sodomiam veram & nefandiſſimum crimen miſere cum illis tactu frigidiſſimo exercuiſtis: & quod etiam deteſtabiliſſimum eſt, auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum per vos in Eccleſia ſancta Dei aliquando ſumptum, iam dicti ſerpentis à Paradiſo eiecti præcepto, in ore retinuiſtis: illudque in terram nefariè expuiſtis, vt cum maiori omnis contumeliæ, impietatis, & contemptus ſpecie Deum noſtrum verum & ſanctum dehoneſtaretis, ipſum verò diabolum, eiuſque gloriam, honorem, triumphum & regnum promoueretis, atque omni honore, laudibus, dignitate, auctoritate, & adoratione honoraretis, decoraretis, & honeſtaretis. Quæ omnia grauiſſima, horrendiſſima ac nefandiſſima ſunt, directè in Omnipotentis Dei omnium Creatoris contumeliam & iniuriam. Quam ob cauſam nos F. Florus Prouincialis Ordinis Fratrum Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Doctor ac Sanctæ fidei in tota iſta legatione Auinionenſi Inquiſitor generalis: Dei timorem præ oculis habentes, pro tribunali ſedentes, per hanc noſtram ſententiam diffinitiuam, quam, de Theologorum & Iuriſperitorum conſilio, more maiorum, in his ferimus ſcriptis, Ieſu Chriſti Domini noſtri, ac B. Mariæ Virginis nominibus piè inuocatis dicimus, declaramus, pronuntiamus & diffinitiuè ſententiamus: vos omnes ſupra nominatos, & veſtrum quemlibet fuiſſe, & eſſe veros Apoſtatas, idolatras, ſanctiſſimæ fidei deſertores. Dei omnipotentis abnegatores &

contemptores, Sodomiticos, & nefandiſſimi criminis reos, adulteros, fornicatores, ſortilegos, maleficos, ſacrilegos, hæreticos, faſcinarios, homicidas, infanticidas, dæmonumque cultores, Sathanicæ, diabolicę atque infernalis diſciplinæ, & damnabilis ac reprobatæ fidei aſſertores, blaſphemos, periuros, infames & omnium malorum, facinorum & delictorum conuictos fuiſſe. Ideo vos omnes veſtrumq; quemlibet, tanquam Sataniæ membra, hac noſtra ſententia, curiæ ſæculari remittimus, realiter, & in effectu condignis & legitimis pœnis eorum peculiari iudicio plectendos.

Et quia tales ſortiariæ perſonæ ſunt excommunicatę iuxta gloſſ. ſuper cap. in tabulis. tit. de ſortilegijs & cap. non oportet, & ſeq. 26. q. 5. vbi habetur. Aliquanti clerici ſiue laici ſtudent augurijs, & ſub nomine fictæ religionis per eas, quas ſanctorum Patrum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Hæc quicumque clericus aut laicus detectus fuerit vel conſulere, vel docere, ab Eccleſia habeatur extraneus. & cap. ſeq. Sortes quibus cuncta vos veſtris diſcriminatim prouincijs, quas patres damnauerunt, nihil aliud quàm diuinationes & maleficia eſſe decernimus, quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Chriſtianos vltra nolumus nominari: & ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus, quam pœnam renouat Leo Decimus in bulla quæ incipit. Supernæ diſpoſitionis arbitrio. & alij Pontifices in bullis textu ſequenti referendis. Et amplius omnes hæ perſonæ ſunt excommunicatæ vt hæretici in bulla

cœnæ Domini. Ideo à talibus excommunicationibus nequeunt absolui in foro exteriori Ecclesiastico rei ad mortem à iudice damnati, nisi per eum qui potest absoluere in foro exteriori à casibus in bulla cœnæ reseruatis: nec sunt rapiendi ad mortem imo nec possunt admitti ad confessionem sacramentalem nisi priùs restituti fuerint Ecclesiæ extra quàm sunt omnes hæretici notorij, & si alioquin moriantur extra Ecclesiam moriuntur, extra quam quid restat salutis? Iam autem, inquit Pegna ad Comensem verbo excommunicatus & excommunicatio. Inquisitores quamuis sint Papa inferiores, absoluere possunt hæreticos ad fidem redeuntes à sententia excommunicationis quam Romanus Pontifex contra illos promulgat in bulla cœnæ Domini. Archid. Ioan. And. & Gemi in cap. Vt officium. de hæret. lib. 6. & Ioan. Roias in singul. fid. sing. 57. incipien. Excommunicatus ab homine. Non hic agitur de absolutione in foro interiori siue pœnitentiali & sacramentali, quam qui potest in eo interiori foro dare, ipse det, nec repugno: Sed tantùm vt dixi est, est quæstio de foro iudiciali & exteriori, in quo compertum est Inquisitorem tales reos posse plenè absoluere. Vide ergo an rectè ex sententia Bodini viri cuius opera prohibentur, ille iuxta praxim Franciæ dixerit: cùm omnino Pontificiæ repugnauerit in hoc auctoritati.

TEXTVS XIII

------- Diuinationes & incantationes aliáque diabolica maleficia, & præstigia committentes, aut magicas & necromanticas artes exercentes.

ACTVM est in textu superiori de sortilegijs, quæ quia sunt crimina generalia & continent diuinationes incãtationes, & cæteras superstitiones ideo de his restat aliquid ad hunc tectum explicare, quod consequenter erit commune diuinationibus, prestigijs & magicis artibus. Et primò videndum de nomine & multiplici genere diuinorum, secundo de pœnis, tertio de iudice. Et circa primum extat ius in directo 26. q. 3. & 4. ad verbum sic.

QVÆSTIO III. & IV.

A quibus autem genus diuinationis exordium ſumpſerit vel quòt ſunt genera eius: Auguſtinus exponit in lib. de natura dæmonum ita dicens. Igitur genus diuinationis à Perſis fertur eſſe allatum. Varro autem dixit diuinationum quatuor eſſe genera terram, aquam, aërem, & ignem. Hinc geromantiam, hydromantiam, pyromantiam, aëromantiam dictam autumant. Diuini dicti ſunt quaſi Deo pleni, diuinitate enim ſe eſſe plenos ſimulant & aſtutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Duo autem genera diuinationis ſunt, ars & furor. Incantatores autem dicti ſunt quia artem verbis peragunt. Arioli vocati ſunt propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funeſta ſacrificia offerunt, hiſque celebritatibus dæmonum accipiunt reſponſa. Haruſpices nuncupantur quaſi horarum inſpectores: Dies enim & horas in agendis negotijs operibuſque cuſtodiunt: & quid per ſingula tempora obſeruare debeat homo, intendunt: hi etiam exta pecudum inſpiciunt & ex eis futura prædicunt. Augures ſunt qui volatus auium & voces intendunt, aliáque ſigna rerum vel obſeruationes improuiſas hominibus occurentes ferunt. Ijdem ſunt & auſpices, nam & auſpicia ſunt quæ iter facientes obſeruant. Dicta autem ſunt auſpicia quaſi auium ſpicia, & auguria quaſi auium garria. i. auium voces & linguæ. Item augurium quaſi auigerium quod

aues gerunt: Duo ſunt autem genera auſpiciorum, vnum ad oculos, alterum ad aures pertinens. ad oculos ſcilicet volatus, ad aures vox auium. Pithoniſſæ à pithonio Apolline dictæ, quòd is auctor fuerit diuinandi. Aſtrologi dicti ſunt eo quod in aſtris augurantur Genethliaci appellati ſunt propter natalitiorum conſiderationes dierum, Geneſes enim hominum per XII. cœli ſigna deſcribunt, ſyderumque curſus naſcentium mores actus & euentus prædicere conantur: id eſt quis, quali ſigno fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui naſcitur, interpretãtur. Hi ſunt qui vulgo mathematici vocantur, cuius ſuperſtitionis genus conſtellationes latini vocant ideſt nationes ſyderum quomodo ſe habeant, cum quiſque naſcitur. Primum autem genus ideſt. ſtellarum interpretes magni nuncupabantur: ſicut de his legitur in Euangelio qui natum Chriſtum annunciauerunt, poſtea hoc nomine ſoli mathematici dicti ſunt cuius artis ſcientia vſque ad Chriſtum fuit conceſſa: vt Chriſto edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretetur. Horoſcopi dicti qui horas nauititatis hominum ſpeculentur diſſimili & diuerſo facto. Sortilegi ſunt qui ſub nomine, &c. vt ſupra. Salitores vocati ſunt, qui dum eis membrorum quæcunque partes ſalierint aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignificari prædicunt. Quæritur autem de natura dæmonum cuius naturæ ſint, an futura præſcire valeant: vel quot modis futura prænoſcant? De his ita ſcribit Auguſtinus in eodem libro. Sciendum hanc eſſe naturam dæmonum, vt aërij corporis ſenſu terrenorum corporum ſenſum

facile præcedãt: celeritate etiam propter aërij corporis superiorem mobilitatẽ non solùm cursus quarũlibet rerum vt hominum vel ferarum: verum etiam volatus auium incomparabiliter vincant. Quib⁹ duabus rebus quãtum ad aërium corpus attinet præditi: hoc est acumine sensus & celeritate motus: multò ante cogitata nunciant quæ homines pro terreni sensus tarditate mirentur. Accessit etiam dæmonibus per tam longum tempus quo eorum vita prætenditur rerum longè maior experientia: quam potest hominibus propter breuitatem vitæ peruenire. Per has efficatias, quas aërij corporis natura sortita est, non solùm multa futura prædicunt dæmones, verum etiam multa faciunt. Quæ quoniam homines dicere non possunt aut facere: eos dignos quidam quibus seruant, & quibus honores diuinos deferant arbitrantur: instigante maximè vitio curiositatis propter amorem fœlicitatis falsæ atque terrenæ & excellentiæ temporalis. Nunc igitur quum de diuinatione dæmonum quæstio est. Primum sciendum est illos ea plerunque prænunciare, quæ ipsi facturi sunt: accipiunt enim sæpe potestatem morbos immittere, & ipsum aërem vitiando morbidum reddere, & in peruersis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere: de quorum moribus certi sunt, qui sunt eis talia suadentibus consensuri. Suadent enim eis miris & inuisibilibus modis per illam subtilitatem corpora hominum non sentientium penetrando: & se cogitationibus eorum per quædam imaginaria vasa miscendo, siue vigilantium siue dormientium: Aliquando autem non quæ ipsi faciunt,

ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcunt: quæ ſigna in hominum ſenſus venire non poſſunt ante prędicunt: neque enim quia præuidet medicus quæ præuidere nequit huius artis ignarus: ideo tamen diuinus habendus eſt. Quid autem mirum ſi quemadmodum ille corporis humani perturbata vel mortificata temperie ſeu bonas ſeu malas futuras prędet valetitudines; ſic dęmones in aëris affectione ſibi notas nobis ignotas, futuras præuident tempeſtates. Aliquando etiam hominum diſpoſitiones non ſolùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas: cùm ſigna quędam ex animo exprimuntur in corpore tota facilitate prædicunt: atque hic etiam multa futura prędnunciant: alijs videlicet mira qui iſta depoſita non nouerunt, fallunt: & ſtudio fallendi & innida voluntate qua hominum errore lętantur. Sed ne apud cultores ſuos pondus auctoritatis amittant: id agunt vt interpretibus ſuis ſignorumque ſuorum coniectoribus culpa tribuatur, quando ipſi decepti fuerint vel mentiti. Nonnumquam vēro ipſi maligni ſpiritus & illuſores hominum atque ſalutis eorum inuaſores: ſolent predicere defectum culturæ ſuæ & idolorum ruinam quatenus prędſcij videantur: quid in ſingulis regnis aut locis venturum & quid aduerſi ſuæ factioni contingere poſſit, quòd etiam illi qui gentilium hiſtorias legunt non ignorant. Quid ergo mirum ſi iam imminentem templorum & ſimulachrorum euerſionem, quam Prophetæ Dei ſummi tantò ante predixerunt: Serapis dæmon alicui cultorum ſuorum hoc de proximo prodidit: vt ſuam quaſi diuinationem recedens vel fugiens, commendaret. Quòd autem hominum diſpoſitiones cogi-

tatione conceptas per exteriora signa diabolus deprehendat non firma ratione videtur approbatum. Vnde idem Augusti. ait in lib. 11. retractationum. Quodam loco dici, dæmones aliquando hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas cum signa quædam ex animo exprimuntur in copore, tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam: audaciori assertione quàm debui. nam peruenire ista ad notitiam dæmonum, per nulla etiam experimenta compertum est: sed vtrũ quædam signa dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia nos autem latentia: in alia vi spirituali ista cognoscant, aut difficillimè potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri. Vide ad hæc D. Thomam 2. 2. quæst. 95. art. 3. & D. Antoni 2, part. suæ summæ tit. 12. cap. 1. per totum.

Quantum ad secundum scilicet pœnas constitutas contra tales personas diuinatrices & magicas, quæ in iure vtroque habentur, facit decretum Gratiani 26. quæst. 5. sic.

Quod autem sortilegi & diuini si cessare noluerint excommunandi sunt: ratione & auctoritate probatur. Est enim quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum consultationibus futura prædicere. Sicut enim auarus, quia cultum Deo debitum nummo impendit idolorum cultor ab Apostolo nominatur: sic illi qui futura quæ ex Dei oraculo nonunquam reuelata inueniuntur, vel dęmonum consultatione, vel quibuslibet præstigijs inuenire laborant: diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim præscire

solius Dei est, qui in sui contemplatione & Angelos illa præscire facit. Vnde Esaias ait Priora & nouissima annunciate mihi & dicam quod Dij estis; cultores verò idolorum à fidelium communione separandi sunt. Vnde in epistola ad Corinthios Apostolus ait. Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, cum eiusmodi nec cibum sumere. Hinc etiam in decre. Grego. iunioris legitur. Si quis ariolos aruspices vel incantatores obseruauerit, [illegible] eorum vsus fuerit: anathema sit. Item [illegible] Anchiritano. C. XXXIIII. Qui diuinationes exp[illegible] & morem gentilium subsequuntur, vel in domos suas huiusmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte magica: aut expiandi causa sub regula quinquennij iaceant secundum gradus pœnitentiæ diffinitos. Item ex concilio Martini Papæ. Non licet Christianis tenere traditiones gentilium & obseruare & colere elementa; aut Lunæ, aut Stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda vel propter segetes, vel arbores plantandas, vel coniugia socianda scriptum est enim. Omnia quæ facitis: aut in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facitè gratias agentes Deo. Nec in collectionibus herbarum quæ medicinales sunt aliquas incantationes liceat attendere: nisi tantùm cum symbolo diuino, aut oratione Dominica: vt tantùm Deus creator omnium & Dominus honoretur. Si quis autem paganorum consuetudinem sequens diuinos & sortilegos in domum suam introduxerit quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant: vel lustrationes paganorum faciant: quin-

que annis pœnitentiam agant : mulieribus quoque Chriſtianis non licat in ſuis lanificijs vanitatem obſeruare, ſed Deum inuocent adiutorem qui eis ſapientiam texendi donauerit. Item ex Conc. Laodicen. C. XXX. Non oportet ſacris Officijs deditos vel clericos : magos aut incantatores exiſtere, aut facere filateria quæ animarum ſuarum vincula probant, hos autem qui talibus rebus vtuntur proijci ab Eccleſia iuſſimus. Item ex Cõci. tole. IIII. C. XXX. Si quis Epiſcopus aut Præſbiter vel diaconus, vel quilibet de ordinibus Clericorum aruſpices aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures vel ſortilegos ; vel qui profitentur artem magicam : aut aliquos eorum ſimilia exercentes conſuluiſſe fuerit deprehenſus ; ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus monaſterij curam excipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat. Item ex Conc. Agathe. C. XXXVIII. Aliquanti Clerici ſiue laici ſtudent augurijs & ſub nomine fictæ religionis per eas quas ſanctorum Patrum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Hæc quicunque clericus aut laicus detectus fuerit, vel conſulere, vel docere : ab Eccleſia habeatur extraneus. Item Leo IIII. Epiſcopis Britanniæ. Sortes quibus cuncta vos veſtris diſcriminatis prouincijs quos patres damnauerunt : nihil aliud quàm diuinationes & maleficia eſſe decernimus quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Chriſtianos vltra nolumvs nominari, & ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus. Item Greg. Adriano notario. Peruenit ad nos quòd quoſdam incanta-

tores atque ſortilegos fueris inſecutus : & omnino nobis ſolicitudinem zelumque tuum gratum fu ſſe cognoſcas : ſtudij enim tui ſit ſollicite quærere & quoſcunque huiuſmodi Chriſti inimicos inueneris diſtricta vltione corrigere. Item ex Concilio Aurelian. Si quis clericus monachus vel ſæcularis diuinationes vel auguria crediderit obſeruanda : vel ſortes quas mentiuntur eſſe ſanctorum quibuſcunq; putauerint intimandas : cum his qui cum eis crediderint ab Eccleſiæ communione pellantur. Item Greg. Contra idolorum cultores vel auriſpices atque ſortilegos fraternitatem tuam vehementiùs paſtorali hortamur inuigilare cuſtodia. Quòd ſi emendare ſe à talibus nolle repereris : ſi ſerui ſunt verberibus volumus caſtigari, ſi vero liberi incluſione digni, diſtrictámque ſunt in pœnam dirigendi. Item ex Concilio Carthaginenſi. C. XXXIX Augurijs & incantationibus ſerulentem : ſimiliter Iudaicis ſuperſtitionibus vel ferijs inhærentem à conuentu Eccleſiæ ſeparandum præcipimus. Item ex Concil. acquirenſi. C. I. Epiſcopi eorumque miniſtri omnibus modis elaborare ſtudeant, vt pernicioſam & à zabulo inuentam ſortilegam & magicam artem ex parrochijs ſuis penitus eradicent. Et ſi aliquem virum aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſectatorem inueniunt : turpiter dehoneſtatum de parrochijs ſuis deijciant. Ait enim Apoſtolus hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita : ſciens quia ſubuerſus eſt : & is etiam qui eiuſmodi eſt. Subuerſi ſunt & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia quærunt : & primo à tali peſte debet mundari ſancta Ec-

cleſia. Illud etiam non eſt omittendum quòd quædam ſceleratæ mulieres retrò poſt ſatanam conuerſæ dæmonum illuſionibus & fantaſmatibus ſeductæ credunt ſe & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum: vel cum herodiade vel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias, & multarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire eiuſque iuſſionibus obedire velut dominæ, & certis noctibus ad eius ſeruitium euocari. Sed vtinam hæ ſolæ in perfidia ſua periſſent, & non multos ſecum ad infidelitatis interitum pertraxiſſent. Nam & innumera multitudo hac falſa opinione decepta hæc vera eſſe credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cùm aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrantur. Qua propter ſacerdotes per Eccleſias ſibi commiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnino falſa eſſe, & non à diuino ſed à maligno ſpiritu talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari arbitramur. Siquidem ipſe ſatanas qui transfigurat ſe in angelum lucis cum mentem cuiuſcunque mulieris cœperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit illicò transformat ſe in diuerſarum ſpecies perſonarum atque ſimilitudines. Et mentem quam captiuatam tenet in ſomnijs deludens modo læta, modo triſtia, modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendens, per quæque deuia deducit. Et cùm ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, ſed in corpore euenire opinatur. Quis enim in ſomnis & nocturnis viſionibus non extra ſeipſum deducitur, & multa videt dormiendo quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò

tam ſtultus & hebes ſit, qui hæc omnia quæ in ſolo ſpiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitretur, cũ Ezechiel Propheta viſiones Domini in ſpiritu, non in corpore vidit & audiuit: ſicut ipſe ſtatim inquit. Fui in ſpiritu. Et Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciandum eſt, quòd qui talia credit & his ſimilia, fidem perdit, & qui rectam fidem non habet: hic non eſt eius, ſed illius in quem credit ideſt diaboli. Nam de Domino noſtro ſcriptum eſt. Omnia per ipſum facta facta ſunt, &c. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturam aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem vel in aliam ſimilitudinem: niſi ab ipſo cratore qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt: procul dubio infidelis eſt, & pagano deterior. Nõnulli inueniuntur qui interno liuore permoti in perniciem ſuorum inimicorum altaria ſacris veſtibus exuunt, aut veſte lugubri accingunt, vel conſueta luminariorum obſequia Eccleſijs Dei ſubtrahunt, vel miſſam pro requie defunctorum promulgatam pro viuis celebrant hominibus: quorum omnium maleficia nequiſſima Toletanum conçilium condemnat dicens. Quicunque Sacerdotum vel aliorum miniſtrorum deinceps cauſa doloris cuiuſlibet permotus aut altare veſtibus ſacris exuere præſumpſerit, aut quælibet alia lugubri veſte accinxerit, ſeu etiam conſueta luminariorum obſequia de Templo Dei ſubtraxerit, & extingui præceperit, ſi eum antea vere pœnitudinis coram Metropolitano ſatisfactiò non purgauerit, loci ſui dignitateſe nouerit & honore priuari illis procul dubio perſonis ab hac vltionum ſententia ſepara-

tis. Qui aut contaminationem ſanctorum ordinum, vel ſubuerſionem ſanctæ Fidei metuentes, aut hoſtilitatem vel obſidionem perferentes: ſeu etiam diuinorum iudiciorum ſententiam metuentes feciſſe contigerit: in quorum facto plùs humilitas quàm Deus placatur quam interni liuoris doloſitas declaratur. Plerique etiam ſacerdotum ſociati inimicitiæ dolo miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis ſtudent celebrare hominibus: vt is pro quo ipſum offertur ſacrificium mortis incurrat periculum. Proinde noſtræ elegerit vnanimitatis conuentus, vt ſi quis deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu: & tã ipſe ſacerdos, quàm etiam ille qui eum ad talia peragenda incitaſſe perpenditur exilij perpetui ergaſtulo relegentur. Ex præmiſſis auctoritatibus colligitur quòd arioli, aruſpices, incantatores & ſortilegi, atque cæteri huius ſectatores ab Eccleſia ſunt eliminadi: & niſi reſipuerint perpetuò excommunicandi. Sed quia in vltimo aquilienſi capitulo ea quæ fiunt per incantatores non in corpore, ſed in ſpiritu fieri dicuntur. Auguſtinus in lib. de Ciuitate Dei idem videtur aſſerere, ita dicens. Nec mirum de magorum præſtigijs, quorum interim prodiere maleficiorum artes vt etiam Moyſi in illis ſignis reſiſtere vertentes virgas in dracones aquam in ſanguinem dicantur. In gentilium etiam libris legitur quòd quędam maga Circe ſocios Vliſſis mutauerit in beſtias. Legitur etiam de ſacrificio quod archades Deo ſuo lyeo immolabant, ex quo quicunque ſumerent, in beſtiarum formas conuerterentur. Sed hæc omnia magicis præſtigijs potius fingebantur,

quã rerum veritate complerentur. Vt ergo ipſi errores ignorantibus manifeſti fiant, de eorũ proprietate atque inuentoribus iuxta traditionem maiorum Patrum dicere congruum arbitramur. Magi ſunt qui permiſſu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minùs confidentium in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu violentia tamen carminis interimunt. Vnde Lucanus Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni, incantata perit. Dæmonibus enim accitis audent ventilare, vt quoſcunque ſuos perimant malis artibus inimicos: hi etiam ſanguine vtuntur & victimis ſæpe contingunt mortuorum corpora. Necromantici ſunt quorum præcãtationibus videntur reſuſcitari mortui, diuinare & ad interrogata reſpondere. Necros enim Græcè Latine mortuus; mantia diuinatiò nuncupatur: ad quos ſuſcitandos cadaueri ſanguis adijcitur; nam amare ſanguinem dæmones dicuntur: ideoque quotieſcunque necromantia fit, cruor aquæ miſcetur, vt colore ſanguinis facilius prouocentur. Hidromantici ab aqua dicti, eſt enim hidromancia in aquarum inſpectione, vmbras dæmonum euocare, & imagineas ludificationes eorum videre: ibique ab eis aliqua audire, vbi adhibito ſanguine etiam inferos perhibentur ſuſcitare: & infra. Ad hæc omnia ſupradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorum quæ ars non commendat medicorum, ſeu in præcantationibus, ſeu in characteribus ſuſpendendis atque ligandis in quibus omnibus ars dæmonorum eſt ex quadam peſtifera ſocietate hominum & angelorum malorum exorta. Vnde hæc cuncta vitanda ſunt Chriſtiano & omni penitus execratione repudianda atque damnanda. Auguria autem

ſtitionum. Hæc autem Phryges primi inuenerunt, Pretigium vero Mercurius dicitur primò inuenisse: de quo est autem præstigium, quod præstringat aciem oculorum. Aruſpicinæ artem primus Etruscis tradidisse dicitur quidam Tages: hic exanimis aruſpicinam dictauit & poſtea non apparuit. Nam dicitur fabulose arante quodam ruſtico ſubito ex glebis exiliſſe, & aruſpicinam dictaſſe, qua die motuus eſt. Quos libros Romani ex hetruſca lingua in propriam mutauerunt. His ergo portentis per diabolorum fallaciam illuditur curioſitas humana quando impudenter appetunt ſcire quod nulla ratione competit eis inueſtigare. Hæc poteſtas immundis ſpiritibus ideo datur, vt peruerſos ſibi aptet hoc eſt prauos homines ſeducant: illos ſcilicet qui ſpernunt veritatem & credunt mendacio, iuxta Pauli ſententiam. Sanam doctrinam non ferunt, ſed ad ſua deſideria coacerbabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur varijs deſiderijs: ſemper diſcentes nunquam ad ſcientię veritatem peruenientes. Quemadmodum autem ianne & membres reſtiterunt Moyſi ita & iſti reſiſtunt veritati: homines corrupti mente reprobi circa fidem ſed vltra non proficient: inſipientia eorum manifeſta erit omnibus ſicut & illorum fuit. Nec ideo quiſquam credere debet quibuſlibet magicis aliquid facere poſſe ſine permiſſu Dei: quia omnia quæ fiunt aut iuſto iudicio facit, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit quod prędicti magi leguntur ſimilia feciſſe Moyſi: quia virgam ſuam proiecit, & conuerſa eſt in draconem.

Proie-

Proiecerunt que singuli virgas suas & conuersæ sunt in dracones, sed deuorauit virga Aarom virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli, quibus ministris illa operabantur. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque casualis prorumpunt in species debitas suis motibus & finibus: & sic non dicuntur angeli qui ista faciunt animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum vel quoruncumque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamuis nouerint præbere quasdam visibiles opportunitates & causas vt illa nascantur: quòd autem isti faciunt visibiliter hoc illi inuisibiliter. Deus verò solus vnus est creator, qui causas ipsas & seminarias rationes rebus inseruit. Propterea quidam quærendum putant quo modo scriptura narrat Pythonissam Prophetam suscitasse ad colloquium Saulis impijssimi regis si Phitonica diuinatio erroris magicæ artis deputanda sit, quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse si secundum verba historiæ commodetur assensus. Quomodo enim poterat fieri vt arte magica attraheretur vir à natiuitate sanctus & operibus vitæ iustus: acsi non attractus est consensit: quod vtrumque de iusto credere aduersum est, nullum enim suffragium habet iustitia si attractus aut voluntarius consensus amisit meritum spirituale, quod positus in carne quæsierat, quod valde absurdum est, quia qui hinc iustus recedit permanet iustus. Porrò hoc præstigium satanæ quo vt plurimos fallat, & bonos habere in potestate se confingit quod Apostolus inter cætera ostendit

dicens. Ipſe Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Vt enim errorem faceret, in quo glorificaretur in habitu viri iusti & nomine ſe ſubornauit, vt nihil perficere ſpeciem quam prædicebant Dei cultores mentiretur: quando hinc exeuntes iuſtos finxit in ſua eſſe poteſtate. Sed hoc quoſdam fallit quod de morte Saulis & filij eius non ſit mentitus: quaſi magnum ſit diabolo ante occaſum mortem corporis præuidere: cum ſigna quædam ſoleant apparere morituris: quippe quibus Dei protectio annota videtur: quanto magis à diabolo, quem angelica poteſtate ſublimem prophetica oracula fuiſſe teſtantur De cuius magnitudine Apoſtolus ait. An ignoratis altitudinem Satanæ? quid mirum ergo ſi imminentem prope mortem potuit præuidere cum hoc ſit vnde fallit: & ſi in Dei poteſtate vult adorari. Nam tanta hebetudine demens effectus eſt Saul vt ad Pythoniſſam confugeret. Deprauatus enim cauſa peccati ad hoc ſe contulit quod damnauerat. Sed ſi quis propter hiſtoriam ea quæ verbis expreſſa ſunt putet non prætermittenda, ne Romanæ hiſtoriæ inanis ſit rectè facit quidem: ſi tamen iſtud minimè ad veri rationem rapiat, ſe ad viſum & intellectum Saulis; neque enim reprobus factus bonum intellectum poterat habere. Hiſtoricus enim mentem Saulis & ſtatum Samuelis deſcribit & ea quæ dicta & viſa ſunt exprimens, prætermittens ſi vera an falſa ſunt, qui ait: audiens in quo habitu eſſet excitatus intellexit (inquit) hunc Samuelem eſſe: quid intellexerit retulit. Et quia non bonum intellexit contra ſcripturam alium adorauit quàm Deum & putans Samuelem adorauit diabolum, vt fructum fallaciæ ſuæ haberet

Satanas? ad hoc enim innititur: vt adoretur quasi Deus si enim Samuel ille verè apparuisset, non vtiq; vir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat Dominum solum esse adorandum: & quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, diceret ad virum pestilentiæ dignum ardore gehennæ, eras mecum eris: his duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus Satanas: qui & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis contra legem & virum peccatis possessum cum magna distantia peccatorum & iustorum sit: cum Samuele iustissimo futurum mentitus est verum potest dici, verum potest videri: Si de Samuelis nomine taceatur, quod Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim transmigrauit quem adorauit. Sæpe ergo diabolus sub velamine latens prodit se, dum ea confingit, quæ hæreant personis per quas fallere nititur. Si autem quilibet opponit & dicit quomodo vel quando eueniunt aliqua quæ illi diuini prædicunt futura, aut quomodo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem si aliquid propriæ virtutis ac potestatis non habeant? hoc à nobis recipiat responsum, quod ideo quisque non debet eis credere quod aliquando eueniunt quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos, aut lædere sanos, quia hoc permissu Dei fit vtipsi qui hoc audiunt vel vident probentur & appareant qua fide sint vel deuotione erga Deum, sicut in Deuteronomio legitur Moyses ex verbo Dei populo Dei præcepisse ita dicens Si surrexit in medio tui Propheta, aut qui somnium dicat se vidisse & prædixerit signum atque portentum & euenerit quod locutus est: & dixerit tibi, eamus &

ſequamur Deos alienos quos ignoramus, & ſeruiamus eis: non audies verba Prophetæ aut ſomniatoris, quia tentat vos Dominus Deus veſter: vt palam fiat vtrum deligatis eum an non in toto corde & in tota anima veſtra Dominum Deum veſtrum ſequimini ipſum timete. Mandata eius cuſtodite, & audite vocem illius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis, &c. Vbi ſanè intelligi voluit etiam illa quæ à diuinantibus non ſecundum Deum dicuntur ſi acciderint quæ dicuntur, non ſint ſic accipienda vt fiant quæ præcipiuntur ab eis nec colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe quod contingunt iſta: ſed quaſi quereretur cur & permittat: cauſam tentationis expoſuit ad cognoſcendam vtique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum ſuum: cognoſcent dum verò ab ipſis potiùs quàm ab illo qui ſcit omnia antequam fiant.

Vide ad hæc tit. extra de ſortilegijs. Et ſi vis ſcire pœnas contra tales perſonas conſtitutas de iure ciuili vide tit. Cod. lib. 9. rubr. de maleficis & mathemat. & ſimilibus. l. 3. vbi pœna ignis puniuntur. l. nullus l. nemo. l. multi. l. etſi excepta. & ratio aperta eſt, quia ſunt Apoſtatæ diſcedentes à vero Deo & diabolum ſequentes; qui puniuntur morte ſicut etiam hæretici: Hoſti. & Panormit. in cap. 1. de Apoſtat. & qui paganorum ritus & ſacrificia exercent, blaſphemi committentes crimen læſæ maieſtatis extremo affliguntur ſupplicio ex legibus allegatis à Binsfeldio in tit. C. de malef. & mathem. quæſt. 1. concluſ. 2. l. 5. ergo potiori iure iſti ſortilegi haruſpices, magi & cæteri diuinatores. Quinimo de

lege diuina, quæ semper præsupponit nec vnquam destruit naturalem, isti homines mortis pœna plectuntur Exodi. 22. Maleficos non patieris viuere. Maleficos exponit Hugo Cardinalis præstigiatores, ariolos, magos, inspectores peluis, vel gladij, inuersores psalterij, carminatores qui scilicet diabolicis carminib⁹ vtuntur. Leuit. 20. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. & infra. Vir siue mulier in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur; lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit supra illos. Quarum artium vanitatem agnouit M. Cato, qui aiebat se demirari, quòd non rideret aruspex quoties aspiceret aruspicem, cùm soleant impositores multitudinis ridere stultitiam. Quam etiam vanitatem incurrit Alchymia, quia Alchymista quando nequit finem pertingere intentum si præsertim non sit sufficiens opibus, dæmonem soleat inuocare, testis est Eymeric. 3. part. Director. tit de signis exterioribus Necromanticorum, testis ibidem Pegna num. 115. & 2. part. comment 36. Quare merito hæc est.

Ars suspecta probis, ars ipsa inuisaque multis,
Inuisos etiam cultores efficit artis.
Mendaces, addo, multi manifestè videntur,

Qui ſeipſos alióſque ſimul fruſtantur inertes
Dum tentant rerum ſpecies conuertere.
Vnde illud
Rem decoxit iners chymicús, dum deco-quit aurum
Et bona dilapidat omnia pro lapide.

Circa tertium nempe iudicem ſortilegorum Diuinatorum, Aſtrologorum, Necromanticorum, Geomanticorum, Pyromanticorum, Æromanticorum, Magorum conſtat quod Ordinarius poſſit ex poteſtate ordinaria, cum hoc in allegato decreto mandetur Epiſcopis ne id genus homines in ſuis diœceſibus patiantur, ſed exterminent & ideo hoc ſemper fuit in poteſtate Epiſcopi. Secundo quòd in his poſſit iudex ſæcularis cognoſcere non in quantumtalia lædunt fidem, ſed communitatem patet ex dictis, cum pœna mortis in his infligatur de iure ciuili: at ſimul atque ſapiunt hæreſim tunc ceſſant hæc eſſe mixti fori; & ideo per bullam Iulij tertij relatam ſupra ac text. 9. Licet ex omnibus excommunicantur omnes ſæculares qui tunc vellent tam in hoc crimine quàm in quouis alio hæreticali cognoſcere nec deſiſterent. Tertio quod ab initio delegatæ Inquiſitionis potuerint ſemper Inquiſitores cognoſcere tam in hoc quàm in alio quouis crimine ſapiente manifeſtam hæreſim patet ſatis, ex ipſo fine ad

quem delegantur Inquiſitores: non tamen ſemper Inquiſitores ſe intromittebant in crimine & ſecta ſortilegorum quando non ſapiebant hæreſim: nunc verò poſſunt ſemper & vbique in hoc crimine ſortilegij procedere. Cuius poteſtatis fidem faciunt authenticam ſequentia Summorum Pontificum Inquiſitoribus conceſſa priuilegia per has bullas, Innocentij 8. Summis deſiderantes Leonis Decimi Honeſtis petentium. Hadriani 6. Dudum vti nobis exponi. & Sixti quinti incipient. Cœli & terræ. Imo ſententias Inquiſitorum ſicut in hac re ita & in cæteris negotijs tenentur Magiſtratus ſæculares exequi ſine vlla reuiſione proceſſum vti dicetur. Bullæ autem ſic habent.

VMMIS deſiderantes affectibus, prout paſtoralis ſollicitudinis cura requirit, vt fides Catholica noſtris potiſſimè temporibus vbique augeatur, & floreat, ac omnis hæretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus, ac etiam de nouo concedimus, per quæ huiuſmodi pium deſiderium noſtrum votiuum ſortiatur effectum, cunctiſque propterea per noſtræ operationis miniſterium, quaſi per prouidi operatoris ſui curam erroribus exturpatis, eiuſdem fidei zelus & obſeruantia in ipſorum

corda fidelium fortiùs imprimatur. Sanè nuper ad nostrum non sine ingenti molestia peruenit auditum, quòd in nonnullis partibus Alemaniæ superioris, nec non in Maguntinen. Colonien. Treueren. Saltzumburgen. & Bremen. prouincijs, ciuitatibus, terris, locis, & diœcesibus complures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes cum dæmonibus incubis & succubis abuti, ac suis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, aliisque nefandis superstitijs & sortilegijs excessibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas & arborum fructus, nec non homines mulieres, pecora, pecudes & alia diuersorum generum animalia: vineas quoque pomeria, prata pascua, blada, frumenta, & alias terræ legumina perire, suffocari & extingui facere, & procurare, ipsosque, homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes & animalia diris tam intrinsecis quam extrinsecis doloribus & tormentis afficere, & excruciare, easdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, virosque in vxoribus & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant, impedire: fidem praterea ipsam. quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare: Aliaque quam plurima nefanda, excessus & crimina instigante humano generis inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, diuinæ Maiestatis offensam, ac pernitiosum exemplum ac scandalum plurimorum. Quodque licet dilecti filij Henricus Institoris, in prædictis partibus Alemaniæ superioris, in quibus etiam prouinciæ ciuitates, terræ, diœceses, & alia loca huiusmodi comprehensa fore censeantur: necnon Iacobus Sprenger, per certas partes inter Rhenum, Ordinis

Prædicatorum & Theologiæ Professores, hæreticæ pravitatis Inquisitores per litteras Apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt, tamen nonnulli clerici & laici illarum partium, quærentes plura sapere quàm oporteat, pro eo quod in litteris deputationis huiusmodi provinciæ, civitates diœceses, terræ alia loca prædicta, illarumque personæ ac excessus huiusmodi nominatim & specificè expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minimè contineri, & propterea præfatis Inquisitoribus in provinciis, civitatibus, diœcesibus terris, & locis prædictis, huiusmodi Inquisitionis officium exequi non licere, & ad personarum earundem super excessibus & criminibus ante dictis, punitionem, incarcerationem, & correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in provinciis, civitatibus, diœcesibus terris, & locis prædictis excessus, & crimina huiusmodi non sine animarum earundem evidenti iactura, & æternæ salutis dispendio remanent impunita. Nos igitur impedimenta quælibet, per quæ ipsorum Inquisitorum officii executio, quomodolibet retardari possit de medio submouere, & ne labes hæreticæ pravitatis, aliorumque excessuum huiusmodi in perniciem aliorum innocentium sua venena diffundat, opportunis remedijs prout nostro incumbit officio, providere volentes, fidei zelo ad hoc maximè nos impellente, ne propterea contingat, provincias, civitates, diœceses, terras, & loca prædicta sub eisdem partibus Alemaniæ superioris debito Inquisitionis officio carere eisdem Inquisitoribus in illis officium Inquisitionis huiusmodi exequi licere, & ad personarum earundem, super excessibus & criminibus prædictis correctionem, incarcerationem, & punitionem admitti debere. Perinde in omnibus & per omnia ac si in litteris prædictis provinciæ,

ciuitates, diœceſes, terræ, & loca ac perſonæ, & excęſſus huiuſmodi nominatim, & ſpecificè expreſſa fuerint, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus. Proquo potiori cautela litteras & deputationem prædictas ad prouincias, ciuitates, diœceſes, terras, & loca, nec non perſonas, & crimina huiuſmodi extendentes, præfatis Inquiſitoribus, quòd ipſi & alter eorum accerſita ſecum dilecto filio, Ioanne Gremper clerico Conſtantin. diœceſis magiſtro in artibus eorum moderno, ſeu quouis alio notario publico per ipſos, & quemlibet eorum pro tempore deputando in prouincijs, ciuitatibus, diœceſibus, terris & locis prædictis contra quaſcunque perſonas cuiuſcunque conditionis, & præminentiæ fuerint huiuſmodi Inquiſitionis officium exequi, ipſaſque perſonas, quas in præmiſſis culpabiles repererint, iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, & mulctare. Nec non in ſingulis prouinciarum huiuſmodi parochialibus Eccleſijs, verbum Dei fideli populo quotiens, expedierit, ac eis viſum fuerit, proponere & prædicare, omniaque alia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna facere, & ſimiliter exequi libere & licitè valeant, plenam ac liberam, eadem authoritate de nouo concedimus facultatem. Et nihilominus Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Argentinenſi, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſe per ſe vel alium, ſeu alios præmiſſa vbi, quando, & quotiens expedire cognouerit, fueritque pro parte Inquiſitorum huiuſmodi ſeu alterius eorum legitimè requiſitus, ſolemniter publicans, non permittat eos per quoſcunque ſuper hoc contra Prædicatorum & præſentium litterarum tenorem, quauis authoritate moleſtari ſeu alias quomodolibet impediri: moleſtatores & impedientes, & contradictores quoſlibet & re-

belles cuiuscunque dignitatis, status, gradus, præeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ, aut conditionis fuerint, & quocunque exemptionis priuilegio sint muniti, & per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias etiam formidabiliores, (de quibus sibi videbitur) sententias, censuras, & pœnas, omni apellatione postposita, compescendo; & etiam legitimis superhis per eum seruandis processibus, sententias ipsas (quoties opus fuerit) aggrauare, & reaggrauare, auctoritate nostra procuret, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & quaslibet alias dictæ sedis indulgentias generales vel speciales cuiuscunque tenoris existat, per quas præsentibus non expressam vel totaliter non inserram effectus huiusmodi quoquo impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quarumcunque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, intentionis, concessionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1484. Non. Decemb. Pontificatus nostri anno primo.

HONESTIS petentium votis libenter annuimus, eáque fauoribus perſequimur opportunis, alias ad petitionem dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis & dominij Venetorum, cum in Brixienſi & Pergamenſi ciuitatibus & diœceſibus, quoddam hominum genus perniciosiſſimum ac damnatiſſimũ labe hæretica, per quam ſuſcepto renuntiabatur baptiſmatis ſacramento, Dominum abnegabant, & ſathanæ, cuius conſilio ſeducebantur, corpora & animas conferebant, & vt illi rem gratam facerent, in necandis infantibus paſſim ſtudebant, & alia maleficia & ſortilegia exercere non verebantur, quod ita factum eſſe videbatur, & ad eorum errorem extirpãdum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiuſdem generis nonnullos indicibili pœna obſtinate vitam potius perfidè amittere; quàm errorem ſuum cognoſcere n aluiſſe, & propterea de rigoroſo nimium (vt dicebatur) veſtri ordinariorum contra tales proceſſu, dubitantes, Venerabilem fratrem Epiſcopum Palenſem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis apud eoſdem Ducem & Dominium nuntium vobis adiungendum duximus, facultate per ſe vel per alium, ſeu alios proceſſus prædictos ritè, ac iuxta formam iuris habitos feciſſetis contra tale hominum damnatorum genus vna vobiſcum procedendi, &

inquirendi, nec non procuratores & aduocatos, ſcribas ceteroſque ad Inquiſitionis præfatæ exercitium neceſſarios & opportunos, officiales & miniſtros cum competentibus ſalarijs deputandi, & homines prædictos (quod redire ad Eccleſiæ vnitatem vellent) clementer ſuſcipiendi, eiſque pœnitentiam ſalutarem iniungendi, & eos abſoluendi etiam in vtroque foro, & incorrigibiles condemnandi, & brachio ſæculari tradendi, ceteráque quæ vos de iure, vel conſuetudine facere poſſetis, & deberetis faciendi, gerendi, & exequendi, prout in litteris deſuper confectis continetur.

Cùm igitur commiſſionis huiuſmodi vigore præfatus nuntius, Venerabilem fratrem Epiſcopum Iuſtinopolitanum in partibus illis commorantem, ad præmiſſa vnâ vobiſcum pertractanda & exequenda ſubdelegauerit, voſque & ipſe ſubdelegatus in valle communica Brixienſis diœceſis, vbi maximè huiuſmodi damnati generis homines vigent & pullulant, proceſſeritis; ac nonnullos culpabiles repertos, & curiæ ſæculari tradendos, nec non iam condemnatos habueritis, videtur quod per Venetorum collegium Prætori Brixienſi, mandatum fuerit, ne ſententias huiuſmodi exequeretur, & vobis & eidem ſubdelegato, ne ad executionem illarum procederetis inhiberet, prout inhibitum fuit: ac expenſas & ſalaria pro huiuſmodi Inquiſitionis negotio neceſſaria ſubmoueret, & retraheret: nec non proceſſus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis tranſmitteret, ſeu tranſmitti faceret: & quod deterius eſt, ſubdelegatum prædictum ad coram eis in ciuitate Venetiarum comparendum cogeret, & compelleret,

prout coactus & compulsus fuit. Vt quia propter dictas litteras, in quibus dictus Nuntius adiunctus fuit, ab aliquibus hæsitatur, an propter hoc facultas vestra diminuta existat, ita quòd prout a te datas huiusmodi litteras potuisse tis, procedere non possitis, indecensque & contra iuris & sacrorum Canonum disputationem, ac Ecclesiasticam libertatem existat, laicos de personis & causis Ecclesiasticis se intromittere, nolléque iniunctam à vobis executionem adimplere, nisi processibus, ac sententijs per eos visis & examinatis, ac si ipsum in clericos causasque huiusmodi, laicis nulla facultas attributa sit, quos obsequendi & exequendi manet necessitas, non authoritas imperandi, propter quod inter Christi fideles non modicum surgit scandalum.

Nos igitur ne quod ad salutem animarum & dictarum causarum faciliorem expeditionem introductũ est, in damnum & procellationem conuertatur, propter ea ob diuturnitatem temporis infœlices animæ huiusmodi peccatis magis grauentur, & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos prout ante datas dictas litteras de iure & consuetudine seu priuilegio procedere poteratis, nec non etiam contra maleficos & sortilegos ac à fide apostatantes, prout criminis postulauerit qualitas, procedere posse & debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus & declaramus; vobis committentes & mandantes, vt eosdem Venetos, & illos Ducem, ac officiales suos, ne ipsi vlterius in huiusmodi causis se intromittant, sed quod iniunctas sibi executiones, & forte iniungendas, post quàm requisiti fuerint, sine aliqua processuum, per dictos Ecclesiasticos iudices

factorum visione, vel examinatione promptè exequantur, moneatis & hortemini, si hoc facere neglexerint, vel recusauerint, vos eos per censuras Ecclesiasticas & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compellatis, Præmissis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutisque & consuetudinibus ciuitatum & diœcesum prædictarum, iuramento, firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die decimoquinto Februarij. Millesimo quinquegentesimo vigesimo primo. Pontificatus nostri anno octauo.

Occasionem dat bulla præcedens declarandi plenius quod iudices sęculares teneantur sententias Inquisitoribus latas in quouis crimine hęreticali immò sub pœna excommunicationis ipso facto latæ & quidem indilatè ac sine reuisione processuum executioni mandare: cum bulla prædicta id priuilegium concedat Inquisitori expressè in crimine sortilegij: Quare si rem altius repetamus extant ad hoc extrauagantes Vrbani quarti & Clementis quarti Præcunctis relatæ supra ad textum sextum §. Cæterum his verbis. Cæterum si fortè (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi liberè in eodem, immò nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli inuerint studiosè, contra eos tan-

quam contra hæreticorum fautores, & defensores secundum sanctiones canonicas freti eadem auctoritate intrepide procedatis. Quæ extranagantes concordant cum bulla Alexandri quarti quæ rem paulò clarius explicat quæ incipit. Ad Audientiam. supra relata ad textum 6. Sed hæc bulla Innocentij 8. maximè ad rem nostram facit, cum expressè velit nullam fore processuum reuisionem faciendam per iudices sæculares: & sic habet.

Dilectus filius frater Antonius de Brixia Ordinis Prædicatorum, in partibus Lombardiæ Inquisitor hæreticæ prauitatis, vnà cum venerabili fratre Episcopo Brixiensi, seu eius vicario generali, sicuti nobis nuper fecit exponi, contra nonnullos vtriusque sexus hæreticos, vt accepimus, quos culpabiles vt hæreticos impœnitentes repertos, pœna debita iuris puniendos condemnauit: ac Officiales ciuitatis Brixiensis, vt iniunctam executionem adimplerent, requisiuit: qui Officiales iustitiam ministrare, & dictas sententias exequi (nisi prius processus per Episcopum & Inquisitorem agitatos non viderent) in non paruum orthodoxæ fidei standalum, recusarunt. At cum huiusmodi crimen hæresis sit merè Ecclesiasticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant, tenore præsentium vobis committimus atque mandamus, vt si est ita, eisdem Officialibus sæcularibus ciuitatis Brixiensis, sub excommunicationis pœna, & alijs censuris Ecclesiasticis, præcipiatis atque mandetis, vt infra sex dies, postquam legitimè fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum per vos agitatorum visione, sententias per vos latas contra

contra huiuſmodi hæreticos promptè exequantur, appellatione remota. Quam excommunicationis pœnam ipſo facto volumus, & tenore præſentium declaramus incurriſſe: ſi quod mandatum fuerit, infra dictum ſex dierum ſpatium, ceſſante legitimo impedimento, cum effectu non impleuerint. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis ciuitatis Brixienſis: cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die tregeſimo Semptemb Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto, Pontificatus noſtri anno tertio.

Hieronymus Balbanus.

Præterea ne quis ſæcularis directè vel indirectè impediat S. Inquiſitionis Officium. neue ſe intromittat in eius cauſis faciunt bulla Iulij tertij ſupra relata !, quæ incipit. Licet à diuerſis. & Pij quinti quæ incipit. Si de protegendis. relata ad textum vndecimum ſupra.

Ad hæc extat lex Frederici ſupra relata ad text. 6. Vt commiſſi. in fi. his verbis. Hæreticos verò, quos & oſtenderint ipſi vobis, in iuriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinendos, donec poſt Eccleſiaſticæ damnationis iudicium, pœnam ſubeant, quàm merentur: ſcituri quòd in executione ipſius negotij, &c. executione dixit, non ſententiatione: quas leges approbat in iure Bonifacius

octauus de hæret. in 6 cap. vt Inquisitionis initio: & ibid. §. prohibemus sic habet.

Prohibemus quoque districtiùs potestatibus, Dominis temporalibus, & Rectoribus eorumdemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cùm merè Ecclesiasticum) quomodo cognoscant, vel iudicent: siue captos pro eodem crimine absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorumdem licentia, vel mandato à carcere liberent, aut executionem sibi pro ciusmodi crimine à diœcesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, promptè (prout ad suum spectat Officium) facere seu adimplere detractent, vel alias diœcesanorum aut Inquisitorum iudicum sententiam, seu processum, directè vel indirectè impedire præsumant. Si quis verò de prædictis Potestatibus Dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum Officialibus, seu balliuis contra prædicta fecerit: aut præfato fidei negotio sæpefatis diœcesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere fortè præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire. nec non & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur. Ad hoc facit extra de hæret. cap. ad abolendam. & cap. excommunicamus.

1. Et hanc doctrinam quod iudex sæcularis nullatenus debeat reuisere processus Inquisitoris, sed eius sententiam teneatur indilatè executioni mandare sic roboratam sequuntur Canonistæ per dict. c. vt Inquisitionis §. prohibemus Abbas & Ancharanus

in c. at si clerici. de iudicijs. Io. de Imola in c. 1. de offic. ord. Iason in l. magistratibus de iurisd. om. iud. Cassaneus in consuet. Ducat. Burgun. rubr. des iustices §. 8. circa fin. num. 14. Albertin. tract. de agnoscend. assert. q. 25. num. 43. Bernardinus Diaz. in pract. crim. cano. cap. 141. Ioan. Anania in cap. excommunicamus. lo. primo. de hæret num. 27. Alphonf. à Castro lib. 1. de iusta hæret. punitio. cap. 23. Comensis in Lucerna, verbo, executio. §. 6. verf. sed quæritur. gloss. in cap. vt Inquisitionis in figuratione casus, verbo indilate. verf. vnde sententia. Ioan. And. num. 1. ante finem col. 2. post medium, in verbo Captione, & iterum infra verf. in glossa 1. Franchus num. 3, verf. tertio nota. Caldermus tract. de hæret. rubr. de pœnis hæreticorum fiiorum & nepotum num. 10. Locatus in iudiciali Inquisitor. verbo iudex, nu. 57. verf. quomodo autem. Franc. Pegna. ad Eymeric. in direct. Inquisit. part. 3. q. 36. comment. 85. Carer. tract. de hæret. num. 61. Legistæ citati à Fernando Vasquio lib. 1. de successionum creatione. §. 6. num. 16. verf. denique Simancas Cathol. instit. tit. 36. nu. 5. Io. Roias singul 107. incipien. iudex de qua re. & tract. de hæret. part. 2. num. 450 Campegius apud Zanchinum cap. 8. verf. sed quid si laicus. Matthæus de Afflictis in prœmio constit. regni Siciliæ num. 56. verf. secunda conclusio. Ægidius Bossius tit de foro competen. num. 160. verf. & ideo in crimine. tit. de hæret. nu. 10. verf. non potest autem. Salicetus in l. ea quidem. C. de accusation. Iulius Clarus in pract criminal. q. 96. verf. quæro etiam. & in §. hæresis verf. hoc crimen & verf. & scias. Prosper Farinacius de hæresi

quæſt. 186. §. 9. num. 162. & pleriq3 alij quos eſſet longum recenſere.

2. Et per tãtam Doctorum phalangem communiter quorumdam paucorum legiſtarum opinio contraria: cùm præſertim nobis tam firma & dilemmatica hæc ſuffragetur ratio ſ ppeditata à Campegio Doctore Theologo ſupra cit. Si laicus iudex dicat ſe ſcire damnatum de hæreſi innocentem eſſe? vel ſcit hoc per probationes legitimas, vt poteſt per teſtium excommunicationem: vel per aliquid aliud ſibi priuatè cognitum. Si primo modo: illæ probationes coram illo factæ nullius ſunt valoris, quia factæ coram iudice incompetente, cùm ipſe non poſſit directè vel indirectè de hoc crimine cognoſcere ex d. c. vt Inquiſitionis §. prohibemus. Si ſecundo modo: hoc non obſtat, qui non iuxta cognita ſibi vti priuatæ perſonæ, ſed ſecundùm allegata & probata, & ſecundùm leges & iura, vti publica perſona procedere debet: iuxta 3. queſt. 7. c. iudicet his verbis. Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ voluntatis: ſed iuxta leges & iura pronuntiat: ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati: nihil præparatum & meditatum de domo defert: ſed ſicut audit ita iudicat: & ſicut ſe habet natura decernit: obſequitur legibus non aduerſatur: examinat cauſæ merita, non mutat. Cui conſonat D. Thomas 2. 2. q. 67. ar. 2. Deinde aut procedit vt iudex, aut vt executor: ſi vt iudex, licet ſit incompetens, debet iudicare ſecundum iura extra de conſtitution. c. 1. Canonum ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus vel iudicijs Eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eorum auctoritate ducatur. At iura & Docto-

res vbique clamant, quod per Ecclesiasticos iudices damnatum de hæresi puniat: ergo debet eum punire. Si autem se merum executorem agnoscit, quare parere recusat? Nam si acta coram tam sancto Tribunali cribrare & rursus examinare vult, executoris limites excedit, quod non licet: nec debet executor de his cogitare, cum sua in hoc sit salua conscientia: ex vtroque Thoma ibidem. Alexand. de Hales in 3. part. q. 40. memb. 6. ar. 2. Richard. q. 26. ar. 3. Tarantasio qui fuit postea Innocentius Papa quintus ex ordine S. P. N. Dominici Paludan. Sylvest. verbo iudex 2. §. 5. & per omnes Theologos vt patet ex Dominico Soto de instit. & iure lib. 5. q. 4. ar. 2. Caiet ad D. Thom. cit.

3. Porro ex consilio maturo agerent sæculares si crederent sententiam talem definitiuam Inquisitorum semper esse iustissimam, quæ à iudicibus pijs summo consilio ex optimis religiosis & sacerdotibus electis, emanat. Qui, inquam, pœnarum fræno, & Christiani zeli calcaribus, per viam iustitiæ incedentes, nihil nisi iustum decernunt. §. verum Clem. 1. eo tit. in examinatione testium tantam diligentiam adhibent. cap. vt Officium §. verum, peritos vt illis assistant, & in consiliis ferendis consilium præbeant opportunum, aduocant. §. aduocandi. cap vt commissi & c. fin. §. iubemus. eo tit. in 6. de quorum carceribus, claubus, custodibus, notarijs, cæterisque ministris tam accuratè iura disponunt, ea Clem. 1, §. sane quia. & cap. vt Inquisitionis, qui nec ad torturam, nec ad duri carceris pœnam, nec ad sententiam definitiuam diuisim vnquam procedunt, ibidem §. duro tamen. qui denique maturo

& ſæpe repetito conſilio cuncta ita quidem rectè fa-
ciunt, vt S. Mater Eccleſia appellationis viam damnatis de hæreſi præcluſerit in d. c. vt Inquiſitionis, circa medium, ſic: Tam ſecundùm ordinationem prædeceſſorum noſtrorum, quàm ſecundùm legem Imperialem appellationis, & proclamationis beneficium expreſsè ſit hæreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus interdictum. Quod etiam coguntur à veritate tam clarà expreſsè tenere omnes Doctores. Temerarius ergo & præſumptuoſus cenſeatur ſæcularis, qui tam exactam velit criticare Inquiſitorum ſententiam, & is præcipuè iudex ſæcularis, qui aliquando adeo doctus eſt & literatus vt omnis ſit ferme ignarus literaturæ & latinitatis.

4. Ad hæc æquum videri nunquam poterit eum qui non tantùm Papæ vices gerit, ſed etiam perſonam repreſentat, Inquiſitorem ſcilicet obligari ad hoc vt proceſſus ſuos teneatur permittere reuiſendos ab iis qui Dominorum temporalium exercent iudicaturas perſæpe ſtrictiſſimis diſtrictibus coarctatas. Ergone tenebitur Inquiſitor qui in aliqua prouincia habet temporalem iuriſdictionem ſuo temporali deputato iudici proceſſus contra ſuos ſubditos de hæreſi damnatos communicare? Qui nec tenetur vllatenus cum minore poteſtate Eccleſiaſtica aut iudice quam cum Officiali Epiſcopi, vel Epiſcopali, Sede vacante Capituli Delegato, proceſſus ſuos communicare. Sicut & illi tenentur cum Inquiſitore, ſicut ſtatutum eſt ab exordio conſtitutæ Inquiſitionis vt patet ex Clem. 1. de hæret. §. duo tamen. Nec ad faciendam ad hanc proceſſuum communicationem

Episcopi & Inquisitoris erat necessarium vllum ciuile sæcularis Principis edictum, cum id iam fuerit in iuris receptum corpore. Tenebiturne, vt tandem ad institutum redeam, Inquisitor ei communicare processus, cui nullatenus communicat ipse Episcopus, si solus procedat in crimine sortilegij, cum Inquisitor procedat in hoc, vt par Episcopo? Annon totum ostendet illi processum, quem sæpissimè propter imperitiam non potest aduocare in consilium? Is ergo iudicabit sententias Inquisitoris, qui ipsi ad sententias ferendas nequit consulere. Talpa iudicet de luce.

DILECTE Fili salutem & Apostolicam benedictionem. Dudum vti nobis exponi fecisti, per felicis recordationis Iulium Papam II. prędecessorem nostrum, non sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quod per quendam Georgium de Casali, Ordinis fratrum Prædicatorum professorem, & in ciuitate Cremonensi hæreticæ prauitatis Inquisitorem deputatum, in nonnullis Lombardiæ partibus, & præsertim in locis, in quibus dictus Georgius Inquisitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, certam sectam facientes, fidem, quam in sacri susceptione Baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam Crucem pedibus

conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis & præsertim Eucharistiæ Sacramentis aputentes, diabolum in suum dominum & patronum assumentes, eique obedientiam & reuerentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsque nefandis superstitionibus, iumenta & fructus terræ multipliciter lædentes: aliáque quam plurima nefanda, excessus, & crimina eodem diabolo instigante committentes, & perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, pernicioſumque exemplum, & scandalum plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tunc (vt asserebat) in dictis locis suæ Inquisitioni deputatis, prout ipsius Georgij incumbebat officio, ipse Georgius processisset: nonnulli autem tam clerici quàm laici illarum partium, quærentes plus sapere quàm oportet, præmissa delicta, ad eiusdem Georgij Inquisitionis officium non pertinere temerè asserentes, præsumentes in populo errores & scandala seminauerunt: sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quòd propter præmissa, personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & aliæ eorum exemplo ad similia perpetranda quotidiè inducebantur in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dictus prædecessor volens (ne Inquisitionis officij executio, quomodolibet retardaretur, & tales hæreticæ pranitatis longius venena diffunderet) prouidere, dicto Georgio per quasdam suas in forma brevis litteras, commisit & mandauit, quatenus in locis

eiusdem Georgij Inquisitioni deputatis, de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis & præeminentiæ forent, Inquisitionis Officium exercere & exequi; ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret vnâ cum locorum ordinariorum Vicarijs, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita, corrigere & punire deberet, secundum modum cõtra alios hæreticos à iure & sacris omnibus statutum: contradictores quoscunque per censuram Ecclesiasticam, & aliàs iuris opportuna remedia compescendo. Vos verò qui in præmissis, consilium, auxilium, vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor, nolter, eisdem indulgentijs vti & gaudere decreuit, quibus Cruce signati contra alios hæreticos, ex indulto Apostolico eis concesso, tunc gaudebant, & vtebantur, prout in dictis litteris plenius continetur dicitur. Vt sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta & crimina huiusmodi contra fidem Catholicam, & Christianam religionem, sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur; sed in omnibus alijs locis, & diœcesibus, sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, in dies perpetrantur & committuntur, vt cum eadem sint delicta, eadem profectò prouisione & castigatione eis sit earundem litterarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis Inquisitor extitisti, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hæreticæ prauitatis Inquisitorum vbilibet consistentium & deputatorum nominibus, feciſti no-

bis humiliter ſupplicari, vt litteras prædictas ad vos extendere & ampliare, aliáſque de ſuper opportunè dignaremur prouidere. Nos igitur eiuſmodi ſupplicatione inclinati, litteras prædictas, cum omnibus in eis contentis clauſulis, in omnibus & per omnia, prout in eiſdem litteris continetur, ad te & ad alios ordinis & congregationis huiuſmodi Inquiſitores, tam impræſentiarũ deputatos, quàm in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac ſi tibi, & cuilibet Inquiſitorum prædictorum dirigerentur, & directæ fuiſſent, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium extendimus. Ipſaſque litteras tibi & illis, vt præmittitur eiſdem auctoritate & tenore concedimus. Non obſtantibus omnibus illis, quæ idem Iulius prædeceſſor voluit non obſtare, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt quia difficile foret præſentes litteras, ad ſingula loca, in quibus de eis fides forſan fuerit facienda deferre: volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd ipſarum tranſumptis, manu cuiuſcunque notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius curiæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitos: in iudicio & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ abhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apum Petrum ſub Annulo piſcatoris, die XX. Iulij, MDXXIII. Pontificatus noſtri anno primo.

Euangeliſta.

OELI & terræ creator Deus, quem vnum omnipotentem corde credimus ad iustitiam, & ore confitemur ad salutem, & si homini, quem ad imaginem, & similitudinẽ suam creauit, mentem dederit, quæ non solùm diuino fidei lumine illustrata, misteria illa cognoscceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam naturæ suæ vi, magno licet cum labore, præclara multa inuestigaret, atque intelligeret, tamen, ut superbum animal homo non altum saperet, sed timeret, & immensam conditoris sui maiestatem, humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ euentura sunt, scientiam, & futurarum rerum cognitionem reseruauit. Solus enim ipse, cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt, & ad intimas hominum cogitationes penetrat, & consequentes eorum actiones intuetur, solus ipse, qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, omnia præsentia, & ante oculos posita habet, solus denique omnia, & singula quęcumque totius temporis decursu, & sæculorum ætatibus futura sunt, ab omni æternitate nouit, & admirabili prouidentia disposuit, quæ non

modo humanæ mentis imbecillitas ignorat: sed nec dæmones ipsi præsentire possunt. Quare idolorum in futuris annuntiandis falsitatem & imbecillitatem, & eorum qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet Spiritus S. apud Esaiam illis verbis Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dijestis. Et in nouo testamento Christus Dominus Discipulorum suorum de futuris euentis paulo cupidiùs inquirentium, interrogationem graui illa responsione retudit, qua etiam omnium fidelium suorum curiositatem coercuit. Non est vestrum scire tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nec verò ad futuros euentus, & fortuitos casus prænoscendos (futuris euentibus ex naturalibus causis necessario, vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) vllæ sunt veræ artes, aut disciplinæ, sed fallaces, & vanæ improborum hominum astutiæ, & dæmonum fraudibus introductæ, ex quorum operatione consilio, vel auxilio omnis diuinatio dimanat; siue quod expressè ad futura manifestanda inuocentur, siue quod ipsi prauitate sua, & odio in genus humanum, occultè, etiam præter hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis Inquisitoribus futurorum, vt mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentium præ-nuntiatione implicentur, & omni impietatis genere deprauentur. Quæ quidem ipsis cognita sunt, non diuiniate aliqua, nec vera futurarum rerum scientia, sed naturæ subtilioris acumine, & aliis quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligentia ignorat. Quamobrem dubitandum non est, in huius-

modi futurorum, contingentium, & fortuitorum euentuum Inquisitione, & præcognitione, diaboli operationem se fallaciter immiscere, vt sua fraude ac dolis, miseros homines à via salutis auertat, & laqueo damnationis inuoluat. Quæ cùm ita sint, nonnulli, hæc fideliter, & religiosè, vt debent, non attendentes, sed curiosa sectantes, grauiter Deum offendunt errantes ipsi, & alios in errorem mittentes: tales in primis sunt astrologi olim mathematici, Genethliaci, & planetarij vocati, qui vanam, falsamque syderum, & astrorum scientiam profitentes, diuinæque dispositionis ordinationem, suo tempore reuelandam præuenire audacissimè satagentes, hominum nativitates, seu genituras ex motu syderum & astrorum cursu metiuntur, ac iudicant futura, siue etiam præsentia & præterita occulta, atque ex puerorum ortu, & natali die, siue quauis alia temporum & momentorum vanissima obseruatione, & notatione, de vniuscuiusque hominis statu, conditione, vitæ, cursu, honoribus, diuitijs, sobole, salute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitijs, carceribus, cœdibus, varijs discriminibus, alijsque prosperis & aduersis casibus, & euentibus præcognoscere, iudicare & affirmare temerè præsumunt, non sine magno periculo erroris, & infidelitatis; cùm S. Augustinus præcipuum Ecclesiæ lumen, eum, qui hæc obseruat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, Christianam fidem, & baptismum præuaricasse affirmet, vt illos merito Apostolus arguat, atque increpet illis verbis: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Hi igitur leuissimi, & teme-

rarij homines in miserandam animarum suarum ruinam, grauiorum scandalum, & Christianæ fidei detrimentum, futuros rerum euentus, & quæcunq; prosperè, vel aduersè obuentura sunt, ac actus humanos; ea denique quæ ex libera hominum voluntate proficiscuntur, astris, syderibusque ascribunt, eisque eam facultatem, vim seu virtutem, & efficaciam tribuunt significandi futura, & ad præcognita ita inclinandi, vt sic omninò, nec aliter ventura sint, atque ob eam causam de ijs rebus omnibus iudicia facere, prognostica, prædictiones, & præcognitiones sibi assumere, & palam venditare non dubitant, quibus non pauci rudes, & imperiti, alijque nimis credduli, & imprudentes tantam fidem præstant, vt ex huiusmodi iudiciorum, & prædictionum præscripto aliquid certò esse credant, aut sperent; quorum sanè, & mendacium magistrorum temeritas, & infœlicium discipulorum credulitas magnoperè deploranda est, qui vel diuinis litteris admoniti non intelligunt hominis præstantiam, cui cœli & stellæ, & clarissima sydera Sol, & Luna, Deo ita disponente, non imperant, sed inseruiunt, sic enim Moyses populum Dei, vt hunc errorem caueret, præmonebat. Ne fortè eleuatis oculis ad cœlum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt. Sed quid sydera mirandum est homini seruire? nonne nobilissimæ intelligentiæ Angeli ipsi, omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? nam rationales omnes ita diligit Deus, vt non solùm Episcopos

quemadmodum à S. Ambrosio scriptum est, ad tuendum gregem ordinauerit, sed etiam Angelos destinauerit. Præclarè etiam S. Hieronymus: magna dignitas animarum, vt vna quæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Quòd si Angeli homines custodiunt, quid aduersus Angelorum custodiam, & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipsis Angelis nullo modo sunt comparanda; Nec sanè hoc loco prætereunda est, eximij Ecclesiæ doctoris, & beatissimi Pontificis magni Gregorij sententia, qui Priscillianistas hæreticos vnunquemque hominem sub constitutionibus stellarum nasci putantes, magno rerum, & verborum pondere confutat. Absit (inquit) à fidelium cordibus, vt aliquid esse fatum dicant, vitam quippè hominum solus hanc conditor, qui creauit administrat, neque enim propter stellas homo, sed stella propter homines factæ sunt, & si stella fatum hominis esse dicitur, ipsis suis ministerijs subesse homo perhibetur. Vtinam insani homines hæc saperent, & intelligerēt, ac Dei monitis obtemperarent in leuitico dicentis. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteminī, vt polluamini per eos: neque enim quæ Christiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tanto studio inuestigarent, ijsdem miserè se decipi, atque irretiri paterentur. Sunt etiam inanes quidam homines, & curiosi, vel impij, & irreligiosi, qui futurarum & occultarum aliarum rerum notitiam, adeo anxie habere student, vt ob eadem prænoscenda, & inuestigāda in diuinę legis offensionem multipliciter incurrāt. Alij enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Æromātiæ, Pyromātię, Onomātię, Chiromantię, Necro-

mantię alijsq; sortilegijs, & superstitionibus, nō sine dęmonū saltem occulta societate, aut tacita pactione, operam dare, seu illis, ac sortibus illicitis taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum iactu vti non verentur. Alij verò aliqua pristinę, & antiquatę, ac per crucis victoriam prostratę idolatrię reliquias, retinentes, quibusdam augurijs, auspicijs, similibusue signis, & vanis obseruationibus ad futurorum diuinationem intendunt. Alij item sunt, qui cum morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum inferno, qui similiter ad occultorum diuinationem ad inuenien-dos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda, etiam expressa cum diabolo pactione facta, in manifestam suarum perniciem animarum, nefarias magicæ artis incātationes, instrumenta, & veneficia adhibent circulos, & diabolicos characteres describunt, dęmones inuocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis preces, & thuris, aut aliarum rerum suffimenta, seu fumigationes, aliaue sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel sacramentis, aut sacramentalibus sacrilegè abutuntur, adorationis, genuflectionis, aut quæ vis alia impietatis obsequia prestant, cultum venerationemue tribuunt, aut annulum, vel speculum, aut paruas phyalas sibi fabricant, aut fabricari curant ad dęmones in eis alligandos, seu includendos, vt putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alij præterea etiam in corporibus obsessis, vel lymphaticis & phanaticis mulieribus dęmones de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt meritò ab eis, quos Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendacesque referant responsiones. Alij quoque prestigiatores,

giatores, frequentiùs verò mulierculæ quædam superstitionibus deditæ in phyalis, seu vasculis vitreis aqua plenis, vel in speculo accensis candelis, etiam benedictis sub nomine Angeli, Sancti, & albi, diabolum omnium malorum fatorem supplices adorantes, vel in vnguibus, aut palma manus, quandoque etiã oleo perunctis eundem omnium fallaciarum architectum orant, vt similiter futura, vel occulta quæuis perspecta, & apparentes imagines, seu phantasticas visiones sibi ostendat, aut ab eodem patre mendacij diabolo alijs incantationibus, aut varijs superstitiosis obseruationibus, futurorum; & occultorum huiusmodi veritatem quærunt, & hominibus prædicere contendunt: Quorum omnium, quos suprà enumerauimus consimiles impietates parem exitum habet, nimirum, quòd dæmonis prestigijs, ac dolis, tùm qui diuinant, tùm qui diuinationem expetunt, illusi, ac delusi, miserrimè reperiuntur. Itaque cum futuros euentus in seipsis considerare, antequam fiant, sit Dei proprium, illud necessario consequitur, vt astrologi, & alij prædicti, qui huiusmodi futura prænuntiare, aut prænoscere quocunque modo, nisi Deo reuelante audent: iniustè atque imprudenter quòd Dei est sibi assumant, & vsurpent. Sic fit, vt dum abeis, quòd solius est creatoris perperam creaturis tribuitur, diuina maiestas graniter lædatur, fidei integritas violetur, & animabus præcioso Christi sanguine redemptis, pestis, atque exitium importetur. Vt licet iam pridem regulis iudicis librorum prohitorum ex decreto sacri generalis Trident. Concil. confecti, illud inter cætera constitutum fuerit, vt Episcopi diligẽter prouiderent, ne huiusmodi Astro-

logiæ iudiciariæ libri, tractatus, & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisue casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmare audent, permissis tamen iudicijs, & naturalibus obseruationibus, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis quandæ gratia conscripta fuissent. Libros verò omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, augaria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reijci, & aboleri curarent. Non tamen errorum, corruptelarum, delictorum, & abusuum prædictorum extirpationi vsque adeo prouisum est, quin etiã adhuc in nonnullis locis, & apud plurimos curiosiùs vigeant, cum valde frequenter, detectis diaboli insidijs, diuinationum, sortilegiorum variarum superstitionum omnia plena esse in dies detegantur. Nos igitur, qui pro nostro pastoralis officij munere fidei integritatem inuiolatam conseruare debemus, & animarum saluti prospicere, quantum diuina gratia adiutrice possumus, ex paternæ charitatis visceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus diuinationum, quæ diabolo actore ad fidelium deceptionem, à prædictis curiosis vel perditis hominibus fieri solent. Cupientes præterea sanctam illam Christianę Religionis simplicitatem præsertim vbi agitur de summa creatoris Dei potestate, sapientia, & prouidentia ab omni erroris labe integram, atque incorruptam, vt par est, retineri: Volentes quoque prædictæ falsæ credulitati, ac huiusmodi illicitarum diuinationum & superstitionum, detestabili studio

& execrandis flagitijs atque impuritatibus occurre-re, vt de Christiano populo merito dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est. Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israël. Hac perpetuo valitura constitutione, Apostolica authoritate statuimus & mandamus, vt tam contra astrologos mathematicos, & alios quoscunque dictę iudiciariæ Astrologiæ artem, præter quam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam in posterum exercentes; aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris, contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certò affirmare asserant, aut protestentur, quam contra alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, & docent; aut discunt, quiue huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, vt præfertur faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiusque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi, & Prælati, superiores, ac alij ordinarij locorum, quam Inquisitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiamsi in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos seuerius Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animadvertant.

Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & dictatus huiusmodi iudiciariæ Astrologiæ, Geomanti-

tiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, artis Magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt supra in memorato indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis à quibuscunque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri: sed illos Episcopis, & ordinarijs locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere.

Et nihilominus eadem authoritate, statuimus & mandamus, vt contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur similiter ijdem Inquisitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coercere possint. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisquè contrarijs quibuscumque. Vt autem præsentes nostræ litteræ ad communem omnium notitiam faciliùs deducantur: Iubemus illas in valuis basilicarū S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in aciè campi floræ affigi, seu appendi, eisque detractis ipsarum exempla, etiam impressa eisdem in locis affixa relinqui. Vt insuper vniuersis, & singulis Venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, locorum ordinarijs, & Prælatis, nec non Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis, per hæc committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè, præcipiendo mandamus, vt per se vel alium, seu alios eadem præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis parochialibus Ec-

clesijs, dum in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, deinde vero semel in anno, & quoties ei expedire videbitur, vulgari sermone publicent, aut publicari faciant.

Quia verò difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit deferri: Volumus, vt earum transumptis, etiam impressis manu notarij publici subscriptis, ac paruo sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aut alicuius Prælati, vel curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ eisdem originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, mandatorum, prohibitionis, iussionis, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis 1585. nonis Ianuar. Pontificatus nostri anno 1.

Quæ hic recensẽt & damnat prestigia magorũ incantamenta & vanas superstitiosasque fallacias Pontifex Sixtus in hac præcedenti bulla fermè iam omni damnauerat alma facultas Theologica Parisiensis anno Domini 1398 per articulos 28. quos videre est tomo primo operum Ioannis Gersonis tractatu quodam de erroribus circa artem magicam quos etiam inseruit comment. suo 68. ad quæst. 43. Eymeticia.

part. direct. Franciſcus Pegna, quos ibi vide & vt nihil deſideres de propoſitionibus ſuperſtitioſis & magicis cognoſcendi: vide S. Auguſtinum lib. 2. de doctrina Chriſtiana à cap 20. S. Thomam 2. 2. à q. 92. per aliquot qq. Ioannem à Turrecremata ſuper decreto 26. cauſſa cum textu. Syluestrum prieras in ſumma verb. ſuperſtitio, incantatio & maleficium. Martinum Arles in tract. de ſuperſtitionibus qui habetur in Oceano iuris, vol. 10. Martinum Nauarrum in manuali confeſſariorum, cap. ij. à num. 21. flagellum maleficorum Petri Mamoris, & tract. de ſuperſtiſioſis caſibus Henrici de Gorchen compillatum in vniuerſitate Colonienſi, & demum tractatum de confeſſionibus maleficorum Petri Binsfeldij, vbi §. de tertia cauſa maleficij poſtquam multas recenſuit ſuperſtitiones ex doctorum ſententia ſubiungit regulas, quibus dignoſcatur an aliquid ſit ſuperſtitioſum vel non, quarum eſt.

1. Quoties aliquis effectus rei tribuitur, qui nõ conuenit ei ſecundum ſuam naturam inditam, ſi per Eccleſiæ definitionem, ſacram ſcripturam, aut laudabilem conſuetudinem non conſtat fieri à Deo: vt accidit in ſacramentis & ſacramentalibus: habendum erit tanquam ſuperſtitioſum.

2. Si effectus naturalis tribuitur alicui rei, quem conſtat habere ex natura rei non eſt ſuperſtitio. At ſi attribuitur aliquibus rebus, vt ſignis, vocibus, vel characteribus, aut ſi fides poſtulatur ad productionem effectus, ſuperſtitio iudicanda eſt.

3. Si res naturales vel artificiales, vt imagines, ſigna, vel characteres adhibeantur, ad productionem ſupernaturalium effectuum, vel morum liber

arbitrij flectendum, vel diuinandum, aut ad efficiendum ſpirituales effectus tam in nobis quam aliis, niſi fiat modo in prima regula ſignificato, ſecundum ſacram ſcripturam Eccleſiæ definitionem, aut approbatam conſuetudinem: ſuperſtitioſum erit tenendum.

4. Quando quis vtitur verbis ſacris, aut etiam orationibus, aliiſque pijs operibus, in rebus vanis, neque ad diuinum honorem & cultum pertinentibus; eſt ſuperſtitio, quia callidus ſerpens, miſcet malis & vanis bona & pia, vt ſimplicibus cautius ſub ſpecie pietatis imponat.

5. Et vltima regula. Quando quis exercet aliquod opus, ad aliquam abſtinentiam, vel corporis exercitium pertinens, videndum eſt vt refrænet carnalis concupiſcentiæ motum, modo virtuti congruo, ſecundum Eccleſiæ ritum & moralem doctrinam. Hæc ille.

TEXTVS XIV.

—— Eorumque Sequaces, Credentes,

E credentibus, fautoribus, defensoribus & receptatoribus hæreticorum communiter Doctores extra de hæret. in cap. Excommunicamus. & in cap. Quicunque de hæret. in 6. vbi copioſe Ioan. And. & alij agunt; & in cap. in fidei fauorem, in cap. Vt officium, cap. vt commiſſi. cap. ſtatutum. & cap. Vt Inquiſitionis repertorium Inquiſ. verbo credentes Zanchin. tract. de hæret. cap. 3. & ibi Campegius, Cardinalis noſter à Turrecremata in ſum. de Eccleſia. lib. 4. p. 2. cap 21. Simanc. Catholic. institut. tit. 15. & in Enchyridio, tit. 13. Locatus verbo credentes, Syluester in ſumma verbo Hæreſis 1. §. 10. Tabienſis in ſumma verbo hæreticus §. 20. & 21. Alphonſ. à Caſtro lib. 1. cap. 17. de iuſta hæreticorum punitione. Calderin. tract. de forma procedendi contra Inquiſitos de hæreſi, rubr. de hæreticis,

credentibus, &c. & rubr. de pœnis hæreticorum. Paludanus lib. 4. sent. distinct. 13. q. 3. Conrad. Brunus lib. 1. de hæret. cap. 4. Montaluus in leg. bi-septipartitis Hispaniæ l. 1. tit. 26. Eymeric. 2. part. directorij quæ. 50. & ibidem Pegna comment. 75. Farinacius de hæresi quæst. 182. num. 43. & sequent. cum alijs pluribus quos omitto. Omnes autem Credentes hæreticorum cum sint suspecti de hæresi, sunt enim suspecti vt nomen eorum sonat, an hæreticorum credant erroribus; ideo contra eos potest procedere Inquisitor vt iam visum est in textu de suspectis. Et hi credentes sunt iuxta Repert. Inquisitorum, ij qui sequuntur errorem quem aliquis alius genuit: sed hæc definitio non poneret differentiam inter hæreticum & credentem: Sed credens hæreticorum ex Cardinali Toleto. lib. 1. de instructione Sacerdot. cap. 19. num. 5. est is qui errorem expresse aut explicite non habet, sed etiam implicitè: ita vt ille qui scienter contra Ecclesiam errores gignit dicatur hæresiarcha: qui verò sciens & videns damnatũ per Ecclesiã errorem elegerit, sit hæreticus: qui autem etiam scienter damnatum per Ecclesiam tenuerit errorem, ea solum ratione quia alius cui credit, dixit, & propter illius authoritatem, proprie dicitur credens hæreticorum. Vt deducit Farinac. de hæresi quæst. 182. §. 8. Ergo ex hac definitione verè credens hæreticorum hæresim habet: quia elegit errorem: verum quia eum tantùm tenet propter alterius authoritatem, ideo duæ species credentium hæreticorum rectè ab Eymerico 2. part. direct. q. 50. & Pegna ibidem recensentur. Quidam enim sunt propriè credentes hæreticorum, qui scilicet eorum erro-

ribus & hæresibus credunt: & tales sunt vt dictum est hæretici cum errorem eligant iuxta cap. Excommunicamus, 2. extra de hæreticis. Vbi in fine sic habetur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. & ipso iure sunt excommunicati. Vt patet ex d. cap. & eod. tit. cap. Excommunicamus. 1. §. Credentes his verbis. Credentes præterea, receptatores, defensores & fautores hereticorum excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes, vt postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur, sit etiam intestabilis vt nec testandi libertam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur: quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur: si tabellio instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur, & in similibus idem precipimus obseruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta: si qui autem tales postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sanè clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta, eos Christianæ præsumant tradere

sepulturæ, nec eleemosinas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Similiter quilibet regulares quibus etiam hoc infligatur: vt eorum priuilegia in illa diœcesi non seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare. Hanc excommunicationem contra credentes hos hæreticorum renouauit Martinus 5 in bulla incip. Inter cunctas. Paulus 4. in bulla cum ex Apostolatus. quæ pœna renouatur etiam in bulla cœnæ vt dictum est. & puniendi sunt hi credentes vt hæretici iuxta constitutiones Innocent. 4. Alexand. 4. & Clement. 4. incip, Ad extirpanda. relatas supra ad textum 6, vbi dicitur. Credentes quoque erroribus hæreticorum, tanquam hæretici puniantur. Et hi formales credentes sunt in differentia triplici iuxta Farinacium cit. Prima est si explicitè aliquem errorem teneant, quia alius, cui credunt, dixit. Secunda si implicitè vt si v. g. teneant quicquid Caluinus vel alius hæreticus dixit. Tertia si scientes & videntes aliquem vt hæreticum ab Ecclesia damnatum contendant illum fuisse vel esse virum bonum & laudabilem; per hoc enim credunt bonam illius esse vitam bonamque doctrinam & per consequens sunt hæreticorum credentes quorum errore n tenent, implicitè. Qualiter autem tales credentes sint deprehendendi docet Eymericus cit. dicens eos conuinci verbis & factis. Verbis vt confessione propria, vel facti euidentia publicè prædicando, seu defendendo illorum errores, vel testium productione legitima. Factis autem quibus hæreticorum ritus exprimuntur, vt si hæreticos adorauerint, & reue-

rentiam eis suo modo exhibuerint, consolationem vel communionem ab eis receperint, seu similia, quæ ad ritum eorum pertinent, perpetrauerint, sermones eorum & prædicationes frequentiùs audierint: & similia egerint, per quæ eorum animus, quod credant eorum erroribus, apud iudicem per exteriora probabiliter conuincatur. Ex factis enim præsumitur de affectu ad hoc arg. 32. q. 5. Qui viderit.

Quidam autem alij sunt hæreticorum credentes non quidem formales, de quibus non apparet clarè, quòd credant eorum erroribus, sed videntur credere hæreticorum verbis, iussionibus, & operibus non quidem ijs quæ pertinent ad eorum sectam & errorem, sed quæ ad victum & societatem, vt si literas hæreticorum deferunt hinc & inde, eis seruiunt, libros suscipiunt nec comburunt, alimoniam deferunt, ducatum præbent, eos visitant. Et tales non habentur vt hæretici, licet non careant suspicione leui aut vehementi pro facti, dicti vel personæ qualitatibus: & consequenter eis indicenda est abiuratio seu purgatio canonica, iuxta cap. Excommunimus 15. §. qui vero inuenti fuerint. extra de hæret. & eo cap. 5 credentes. & c. accusatus eo tit. in 6. vt dictum est in textu. de suspectis supra. Et nisi se purgent, vt hæretici condemnentur: qui verò se purgare neglexerint, excommunicentur, & nisi satisfecerint vt hæretici condemnentur: ita vt deficiens in purgatione, veluti conuictus canonicè puniatur. Vt patet ex bulla Martini 5. incipien. Inter cunctas citata.

Et de signis ac iudicijs vtrorumque credentium

indiſcriminatim tamen extat ex Pegna 2. part. Directior. comment. 75. fragmentum aptiſſimum Conſilij Narbonenſ. cap. 29. his verbis. Sanè inter culpas, ex quibus credentes poſſunt iudicari, ne vlterius dubitetis, has eſſe firmiter arbitramur. Si reuerentiam fecerunt hæreticis, vbi credentes, orationes eorum implorantes, & bonos omnes profitētes quaſi adorant illos. Si conſolatione eorum, vbi eum, quem conſolentur in hæreticum recipientes, per impoſitionem manuum ſe ſaluare perditionaliter mentiuntur: aut ſeruitio eorumdem, vbi maiore ipſorum, librum tenente apertum, per ipſum quaſi ſub generali confeſſione, remiſſionem intelligunt, fieri peccatorum: aut cœnæ Vualdenſium, vbi die cœnæ menſa poſita, & pane ſuperpoſito, Vualdenſis vnus benedicens & frangens, daníque aſtantibus, credit ſecundum damnabilem ſectam conficere corpus Chriſti, non cauſa prodendi, vel reprehendendi eos, vel alia commendabili, vel excuſabili, ad fuerunt. Si eiſdem Vualdenſibus peccata ſua confeſſa fuerint, vt ſolet & debet quis ſacerdoti proprio confiteri. Si pacem ab hæreticis, ſeu Vualdenſibus, vel panem ab eis benedictum, à quocunque ſibi miſſum, vel datum ſcienter & damnabiliter receperunt. Si crediderunt eos in ſua ſecta ſaluari poſſe, vel eſſe bonos, vel ſanctos homines, vel Dei amicos, vel nuncios, vel bonæ conuerſationis, vel vitæ, vel eorum perſecutores peccare, vel ſi eos taliter laudauerunt, vel ſi aliquo qualicunque ſigno, ſeu verbo in eis ſe fidem & credentiam habuiſſe, in iure, vel alibi ſunt profeſſi. Si eos libenter, & pluries receperunt, audierunt, viſitauerunt, victualia ſeu alia dederunt, ſeu miſerunt

eisdem, orationes ab eis, vel epistolas; vel Euangelia, didicerunt. Hæc enim, & similia, etsi non probent singula, multa iuuant, præsertim cum Ioannes dicat in epist. 2. cap. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis. Hęc autem omnia intelligimus, cum hi, qui sic culpabiles sunt inuenti sciebant illos, quibus, vel per quos ista fiebant, esse hæreticos, vel Vualdenses: nec ignorabant, quòd sancta Ecclesia tales propter errores proprios, sectasque suas damnabiles ab vnitate Ecclesię fidei segregatos denunciat, & excommunicat, persequitur, atque damnat: nec dicenti se hoc ignorasse leuiter est credendum.

Hæc ibi. Quæ tamen si eius seculi hæreticis competant, facile possunt cæteris accommodari, spectatis singulorum hæreticorum conditione, ritu, & cæremonijs.

TEXTVS XV.

Receptatores.

DE receptatoribus hæreticorum ſcripſerunt multi, quos Franc. Pegna ad 2. part. Direct. Comment. 76. ad queſt. 51. & comment. 81. ad quæſt. 56. citat, & Farinac. de haereſi quaeſt. 182. §. 9. Eymeric loco cit. ſui directorij dicit receptatores eſſe in duplici genere. Quidam namque ſunt, qui non tantum ſemel, neque bis, ſed pluries, & frequenter haereticos recipiunt: & iſti propriè, & ſecundum vim vocbauli dicuntur receptatores à receptando, quod eſt verbum frequentatiuum, & inde dicitur receptaculum, Domus, vel hoſpitium in quo haeretici frequenter, & pluries conueniunt ad docendum, vel morandum: & tales receptatores quandoque ſunt ſine culpa, vt putà ſi ignoranter, vel quia eorum errores neſciunt, vel aliquid ſiniſtrum de illis nunquam audierunt, nec ſuſpicati ſunt; aliquando ſunt in culpa, vt pote quando eorum errores ſciunt, & quòd Eccleſia pro illis eos perſequatur, non ignorant, & nihilominus eos la-

tenter, & frequenter receptant, ne ad manus Ecclesię perueniant: tales enim proprię sunt, & dicuntur receptatores hęreticorum, & de talibus loquuntur iura, & isti tales sunt excommunicati iuxta cap. de hæret. excommunicamus 1. §. credentes lib. 5. vt visum est in textu superiori. Quod caput renouatur ad verbum ferè inter capitula edita contra Patarenos à Gregor. 9. incipien. excommunicamus. Vbi sic habetur: Credentes autem eorum erroribus, hęreticos similiter iudicamus. Item receptàtores, defensores, & fautores hęreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur, &c. Vide hanc cõstitutionem in fine directorij pag. 3. eædem pœnę infliguntur ad verbum in bullis Innocentij quarti, Nicolai tertij, & Alexandri quarti incipien. Nouerit vniuersitas. relatis iam supra. Et etiam ex lege Federici Imperat. relata ad tex. 6. receptatores hęreticorum publicatis omnibus bonis relegantur in perpetuum. Et ex constitutione Clementis 4. incipien. Ad extirpanda §. quicunque autem. relata ad tex. 6. supra: vbi defensores banno suppositi secundum dict. legem perpetuò relegantur: nam teste Simanca cathol. instit. tit. 15. num. 14. & Pegna 2. part. Direct. comment. 76. qui receptat nihil aliud facit, quàm defendere & fauere. Qui supracitatos authores attentè perlegerit, & Zanchinum cum suo additore

additore Campegio de hæret. cap. 6. ad omnia quæ de hoc argumento proponi poſſunt, optime reſpondebit.

TEXTVS XVI

Fautores.

AVTOR hæreticorum quis poteſt dici dupliciter: vno modo quando aliquis eſt in publica poteſtate, vt Capitaneus, Balliuus, Poteſtas, & ſimiles, & ſi talis omittit facere officium ſuum circa hæreticos prout habetur in cap. vt Inquiſitionis, & cap. vt officium eod. tit. lib. 6. tunc poteſt dici fautor hæreticorum. Alio modo poteſt dici aliquis fauere verbo, excuſando hæreticos, non ex lubrico linguæ, nec per iocum, ſed in venticulis, vel cùm inter laicos dicit illos non eſſe tales, quales dicuntur. Hæc Comenſis verbo fautor hæreticorum. Zanchinus verò

de hæreticis dicit quòd tribus modis dicuntur hæreticorum fautores. Pri no ſola omiſſione, ſeu negligentia, non puniendo, nec tantum hoc intelligendum eſſe, ait, de Balliuo, Capitaneo, &c. ſed etiam de Inquiſitore, & Epiſcopo, vt eſt textus in Clementina 1. el. §. verum: vbi in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipitur Inquiſitoribus, & Epiſcopis, vt contra hęreticos, credentes, fautores, &c. promptè procedant; à qua non niſi per Rom. Pontificem præterquam in mortis articulo, & tunc, ſatisfactione præmiſſa abſolui poſſunt. De quo vide quæ ſcripſimus ad textum octauum. Quia qui habet poteſtatem puniendi hæreticos, & non facit, videtur eis fauere; quod bene probat Zanchinus loco cit. Sub modo omiſſionis comprehenditur qui non iudicat: quia omnis, qui tenetur ex debito iudicare, celando incidit in ſuſpicionem fautoriæ: & illud conſtat apertè, quia quilibet fidelis Chriſtianus, etiam ſine iuramento tenetur ex debito iudicare. hęreticos cum teneatur in minoribus iudicare delinguentes. vt ar. ff. de iur. fici. l. ex quibuſdam §. Diuus Adrianus de Offi. preſ. l. congruet: & habetur expreſsè in conſtitutione Innocentij 4. incip. Nouerit vniuerſits §. Item ſi quis hæreticos: vbi Papa præcipit indiſtinctè omnibns, quòd ſub excommunicationis pœna debeant quos ſciunt hæreticos Inquiſitori, vel Epiſcopo denuntiare, vt tenent Cardinal. in cap. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. num. 29. Conradus Brunus lib. 1. de hæret. cap. 7. Ioannes Roias in ſingularibus fidei ſingul. 5. Idem tract. de hæret. part. 2. aſſertione 3. Alphonſus à Caſtro lib. 2. de iuſta hæreticorum punitione cap.

25. Simancas de Catholic. inſtit. tit. 19. num. 10. Franc. Pegna. ſuper cap. qui alios, de hæret. 2. part. Direct. pag. mihi 91. Qui autem ab excommunicatione cenſet excuſandos eadem part Direct. quæſt. 53. comment. 78. eos, qui metu, vel obliuione, vel alia probabili cauſa denuntiare omitterent: ponit exemplum de vxore, quæ ſola ſcit maritum veſci carnibus diebus prohibitis, aut alia hæreticalia committere eumque cognoſcit terribilem, qui facile eam interueniret, aut durè tractaret. Dicéſne hanc eſſe fautricem? Ego, inquit, ille, planè ratione metus putarem excuſandam. In cæteris idem eſt iudicium, plurimum enim ſunt ſingulæ circunſtantiæ ponderandæ. Imo omnes non tantum tenentur denuntiare hæreticos, ſed etiam, ſi neceſſe fuerit accuſare, ſecundum Diuum Thomam 2. 2. quæſt. 68. art. 1. & Sotum lib. 5. de iuſtitia, & iure quæſt. 5. art. 1. Nec ſolum dicitur fautor hæreticorum ille, qui non iudicat, ſed etiam qui impedit, nè veritas inueniatur in cauſa fidei. Hæc Geminia. in cap. accuſatis §. Sacerdotes. Rurſus qui impedit, ne teſtes examinentur, vel ne dicant veritatem, dicitur præſtare impedimentum in cauſa fidei. textus eſt bonus in cap cum: cauſam. de teſti. & ibi gloſſ. notabilis in verbo Compellas. Secundo modo fautor eſt hæreticorum, qui fauet facto, vel cooperatione videlicet ipſos aſſociando, viſitando paſcendo, ſeu alimoniam ipſis præſtando, ipſis etiam miniſtrando, per quæ euadere, & fugere poſſint. vt iuſti de obl. quæ ex delictis naſ. §. interdum. in verbo ope. ff. de fur. l. ſi pignore §. penul. & lib. in fur. §. rectè ad quod extra l. el. de hæret. cap. vt Inquiſitionis §. pohibe-

mus. & cap. Accu. §. Sacerdotes lib. 6. 23. quæſt. 4. eſt iniuſta. Tertio modo fautor hæreticorum dicitur, qui hæreticos ſcienter excuſat publicè, vel exceſſum eorum, ipſiſque præbet conſilium, vt euadant. Adde exemplificando de Aduocatis, & Procuratoribus, qui hæreticorum patrocinium ſuſcipiunt, ſcientes ipſos eſſe hæreticos ab eorum fauore non deſiſtunt: de quibus habetur 11. queſt. 3. cap. non ſolum circa finem. Vbi illi damnantur, qui fauore peruerſo quempiam excuſare nituntur: & in cap. ita corporis, damnantur duo illi Epiſcopi qui Lotharium Regem argumentis ſuis tegere, & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerunt. Vide Gemi. in cap. quicunque E. lib. 6. Idem intellige de his, qui allegationibus friuolis proceſſum retar.dare ſtudent: hi quidem & fautores hæreticorum, & impeditores officij dici poſſunt. per cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus lib. 6. vbi agitur de his, qui directè, vel indirectè fidei negotium impediunt: vt etiam habes in direct part. 2. quæſt. 54. Quando autem, & quomodo ſit admittendus Aduocatus vide Direct. in part. 3. de retardatione proceſſionum, vbi qualiſcunque Aduocatus non conceditur, ſed talis qui ſit vir probus, non ſuſpectus, & fidei zelator, Et ad vtrumque locum Directorij vide Pegna, vide etiam Carrerium in tract. de hæret. num. 19.

Aduerte prętereà per omnia prædicta non excludi preces quas Inquiſitor fundere conſueuit., pro hæreticis curiæ ſæculari traditis, quia id ex benignitate Eccleſiæ obſeruatur per cap. nouimus de verb. ſig. & per direct, 3. part. quæſt. 102. de forma tradendi

relapsum, seu impœnitentem brachio sæculari, vt ibi habes in fine sententiæ de fautoribus hęreticorum: & qui dicantur copiosissimè scripsit omnium recentissimus Farinac. quæst. 182. per tot. §. 1. De negligentibus autem in prosecutione, correctione, seu punitione hæreticorum, & eorum pœnis eadem quæstione §. 2. per totum, De pœnis fautorum hæreticorum eorumque defensorum, credentium, receptatorum ibidem §. 3. Sed nullus expressit luculentius quicquid ad cognoscendos singulos fautores, & fautorię gradus, & modos attinet, quàm Concilium Narbonense cap. 14 15. & 16. cuius doctrina, quoniam huic quæstioni magnam lucem affert, nullo modo est omittenda. habet autem ita. Planè inter fautores accipimus tam eos qui hæreticorum, seu credentium extirpationem seu correctionem impediunt, quàm eos qui non dant ad id operam, quàm non possunt sine culpa omittere manifesta: ex diligẽti tamen circunstantiarum consideratione, plus minusue contingit culpæ in talibus reperire: nam multum fauet hæreticis siue credentibus, qui eos celat, cum eos possit, & debeat iudicare: plus qui eos occultando, seu aliter ipsorum excommunicationem, vel incarcerationem, vel punitionem malitiosè nititur impedire: plurimum qui captos, vel incarceratos relaxat, præter Ecclesiæ voluntatem, seu cuius consilio, vel auxilio, mandato, vel cura talia perpetrãtur. Cuius criminis reus imcomparabiliter est habendus ille, qui temporalem habens iurisdictionem præfatos pestiferos hæreticos, seu rebelles ab Ecclesia denotatos persequi, & de sua terra vel prouincia extermi-

nare postponit, vel in eos animaduertere sine mora: quippè nec caret scrupulo societatis iniquæ: qui tanto facinori sibi per denuntiationem Ecclesię, seu aliter legitimè manifesto, cum teneatur, & possit, desinit obuiare: præsertim si ad hoc faciendum, etiam iuramento proprio se adstringit. Sed nec illi sunt immunes à crimine, qui cum se illis offert opportunitas loci & temporis, ac facultas hęreticos seu prænominatos rebelles capere, capientésue iuuare nequiter prætermittunt, maximè si ad hoc fuerint à capientibus, seu capere volentibus requisiti: Et quoniam plures, & quasi inuestigabiles sunt modi nocendi, quibus hæretici, eorumque credentes, atque fautores nituntur vineam Domini Sabaoth demoliri, & eis est tam prudenter, quàm viriliter occurrendum, caueat vestra deuotio secundum datam à Domino gratiam, mala illorum agnoscere, & salutarem apponere medicinam, suppleatque discretio, quod scripto non posset facilè comprehendi. Hactenus Concilium.

TEXT. XVII

——Et defensores; vel eis opem, auxilium, fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè præstantes.

DE hæreticorum receptatoribus, defensoribus & similibus copiosè Dom. Hostiensis in summa sua I. E. Tit. & maximè in §. quia pœna; & copiosius adhuc Dominus Archidiaconus ext. E. c. 2. lib. 6. in suo apparatu: tamen secundum Zanchinum de hæret. cap. 6. non sua sunt, quæ scripsit, sed transsumpsit ex quadã consultatione tradita olim Inquisitoribus hæreticę prauitatis per Vener. Patrem Dominum Guidonem Fulcodium, qui postea fuit Clemens Papa 4. Nicol. Eymericus in direct. Inquis. par. 2., quęst. 50. & aliquot sequentibus, & ibi Pegna. Zanchinus tract. de hęret. cap. 4. & ibi Campegius, Bernard. Comensis in Lucerna Inquisitorũ, Iaçobus Sprengerus in malleo malefic.

3. par. quæſt. 10. & 11. Farinacius de hæreſi quęſt. 181. §. 4. Quorum doctrinæ per vtrumque ius optimè probatæ hic habes ſummarium. Scilicet defenſores hæreticorum dicuntur dupliciter, nam quandoque quis defendit errorem, quandoque perſonam, qui defendit errorem, punitur vt hæreticus, quia magis delinquit quam ipſe hæreticus. text. eſt in cap. qui aliorum 24. quęſt. 3. vbi ad literam dicitur. Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior eſt illis, qui errant: quia non ſolum errat, ſed etiam alijs offencicula erroris prępparat, & confirmat. Vnde quia magiſter erroris eſt, non tantum hæreticus, ſed etiam hęreſiarcha dicendus eſt. Et ibi gloſſ. & alij Canoniſtæ. Qui verò perſonam, & non errorem defendit, non punitur vt hæreticus, nec reputatur hæreticus: quamuis inſurgat ſuſpicio hæreſis: contra eum ſufficiens ad indicendam purgationem: & iſte defenſor punitur quandoque grauius, quandoque leuius iuxta qualitatem defenſionis. Defendit enim viribus, vel potentia aliquem, ne ad manus iudicis examinandus veniat, vel puniendus: & de ſimili defenſione loquitur 21. quæſt. 5. per totam & 27. quæſt. 1. cap. ſi cuſtos: vel ne fiat executio ex literis de officio delegati facit cap. fœlicis. de pœnis lib. 6. poſt principium. ibi poſtea receptauerit, vel defenderit. Hęc Gemi. in cap. Quicunque de hæret. lib. 6. ibi, Quæro quis dicatur defenſor. Confirmat. hoc gloſſ. in verbo defenſauerit Clement. 1. de pœnis, ibi, Circa quartum. Omnes iſti defenſores, & receptatores hęreticorum ipſo facto ſunt excommunicati, vt ſæpius iam dictum eſt & prętter cęteros etiam tenet Caietanus in ſummula verb. Excommu-

nicatio cap. 1. Et ſi per annum in excommunicatione perſtiterint ipſo iure ſunt infames, nec ad publica officia admittuntur text apertus, in authen. credentes, cap. de hæreticis. Et id voluit Federicus Imperator conſtitut. incip. Catharos verſu ſtatuentes. & Innocentius 4. incip. Nouerit Vniuerſitas. Et ſi citati non comparentes fuerint ab Inquiſitore, vel Epiſcopo excommunicati animo pertinaci perſtiterint, tunc reputantur hæretici, & vt hæretici poſſunt condemnari per text. in dicto cap. Excommunicamus el. 5. §. credentes extra de hæret. (qui tamen hoc non dicit) & per text. in cap. vt Inquiſitiones §. prohibemus de hæret. in ſexto (qui non loquitur de defenſoribus hæreticorum, ſed de impedientibus ſanctum Inquiſitionis officium.) Idem Voluit Hoſtienſis in ſumma de hæret. §. qualiter deprehendatur, verſu. idem de fautoribus & defenſoribus num 4. Repertorium Inquiſitorum in verbo excommunicare, verſu idem fautores. Zanchinus in tract. de hæret. cap. 17. Eymericus in direct. Inquiſitor par. 2. quæſt. 47. num. 2. & 3. Has tamen pœnas non incurrit, qui hæreticum defendit non ex cauſa hæreſis, ſed ex alia cauſa, vt puta ne à priuato offendatur. Farinac. hac. quæſt. prædicta num. 68. poſt Toletum de inſtructione facerdotum lib. 1. cap. 19. num. 6. Quid tandem de defendente conſanguineum hæreticum? Dicunt quidam quòd nihil ſibi proderit ad vitandam pœnam. vt ar. extra el. cap in eos: quod intellige verum, vt non eximatur à tota, ſed à tanta; quia mitius punitur, vt ff. de recepta. l. fin. nam quædam rationes ſanguinis tolerantur, quæ nõ tolerarẽtur alias, vt dicta l. fin. & ff. de ſuſpect. tu. ſi. tut. & ibi not. Et de

his omnibus fautoribus, defensoribus, occultatoribus, receptatoribus, credentibus, & relapsis egregiè etiam Concilium Tarraconense, contra quos & procedit, cui interfuit Sanctus Pater Raymundus de Pegnaforte Ordinis Fratrum Prædicatorum.

TEXTVS XVIII

----- Vel eorum libros & scripta legentes, aut retinentes.

1.

DE materia hoc scilicet circa prohibitos libros scripserunt ferè omnes interpretes vetustiores in cap. fraternitatis de hæret. & in cap. damnamus de sum. Trinit. & fid. Cath. alij verò varijs locis Zãchinus de hæret cap, 7. vbi Campegius, idem Campegius ad Zanchinum cap. 34. Repertor. & Vmbertus locatus, verbo libri, idem Vmbertus, verbo absoluere Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 15. 16. & 17. Conradus Brunus lib. 6. de hæret. cap. 6. & seq. Albertinus ad agno. assertio. q.

12. num. 13. & seq. idem Copiosius eodem tract. quæst. 28. Simancas de Cath. inst. tit. 38. idem in Enchirid. tit 39 Ioann. Roias singul. 124. Gondi-- salvus de hæret. quæst. 13. num. 19. pulchrè Pet. Godofredus in l. damnato c. de hæret. Carrerius tract. de hæret. num. 125. Franc. Peigna in part. 1. Direct. comment. 19. & in part. 2. comment. 3 ad cap. fraternitatis extra de hæreticis. & eadem part. ad quæst. 23. quæ est de libris hæreticis seu apocryphis de quibus in decretis, & ad q. 24. de libris damnatis in decretalib. & ad q. 25. de libris damnatis in extravagantib. ad q. 26. de libris damnatis à diuers. Pontific. Rom. ad q. 27. de libris damnatis de mandato speciali Domini Papæ. ad q. 28. de lib. damnatis ab Inquisitoribus Aragoniæ. ad q. 29. de lib. in Italia & Gallia damnatis, à Commentario 48. vsque ad 54. inclusiuè. F. Abraham Bzouius in suo Pontifice Romano cap. 28. cuius tit. Romanus Pontifex librorum censor. Petrus Binsfeldius in comment. ad l. Culpa. c. de malefic. & mathemat. Io. Azor instit. mor. part. 1. lib. 8. cap. 19. Martinus Del. Rio de Disquis. Mag. lib, 5. cap. 17. Thomas Sauchez. in præcep. decalogi. lib. 2. cap. 10. Iacob à Graffijs lib. 4. suarum decis. cap. 19. Prosp. Farinac. tract. de hæres. q. 180. Martinus Becanus part. 2. suæ Theol Scolasticæ tomi posterior. tract. 1. cap. 15. quæst. 8. qui breuiter, clarè, & doctè totam hanc materiam tractat. vbi non tantum de iure humano, sed etiam diuino prohibitam esse hæreticorum librorum lectionem asserit in vno casu, cùm scilicet periculum esset defectionis à fide. Quocirca etiam sacra sponsa Christi, & mater nostra benigna Ecclesia studiosè

egit & agit. vt filios à venenatis cibis cohibeat, dum in iure Canonico tales prohibuit libros. textus est expressus in l. damnato §. nec verò, C. de hæret. & ibi Butrigar. & salicet. & in l. Quicunque §. nulli insuper versic. Nemo, & §. omnes verò C. eodem, & ibi Brutrigar, & Salicet. Hostien. in summa de hæreticis §. qua pœna feriatur num. 10. versic. Item nec libri talium recipiendi sunt. Calderin. tract. de hæret. rubr. de pœnis hœreticorum. num. 11. in fine. Pet. Gregor. sintagma iuris lib. 34. cap. 1. num. 10. Bursat. cons. 7. num. 51. Binsfeldius ad l. Culpa C. de malefic. & mathemat. Gregor. à Valentia ad D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 3. Ioannes Azor part. 1. instit. mor. lib. 8. cap. 16. & Prosp. Farinac. citato id comprobant.

2. Inde etiam Pastor rectè oues ab infectis herbis retrahit. nam decet seruum seruorum, quem constituit Dominus super familiam suam, conseruos curæ suæ creditos, à noxio hæreticorum temperamento arcere: cùm non ignoret quoslibet errores fucari posse, vt imperitorum animis, per ornatam ianuam libenter obrepant. Coercuit Petrus Pastorum princeps exercitam in exponendis sacris scripturis hæreticorum versutiam in sua 2. Canon. cap. 3. dum ait.

„ Sunt in eis (scilicet Pauli epistolis) quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, „ sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Vos ergo fratres præscientes custoditè, „ ne insipientium errore traducti, excidatis à propria firmita te

Ad monitionem autem Prothopaſtoris obſequentes Epheſij ex Actorum cap. 19. multi ex ijs, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus; & computatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Sanè Clemens D. Petro proximus ex perſona Apoſtolorum ſanctè ſtatuit lib. 6. conſtit. Apoſtolic. cap. 16. Noſtro nomine promulgatos ab impijs libros, ne receperitis. Non enim nominibus Apoſtolorum attendere debetis, ſed naturæ rerum & rectæ ſententiæ. Ferebantur enim tunc ſub Petri nomine Apocrypha, actus, Euangelium, Prædicationes, Apocalypſis & Iudicium vt referunt Euſebius lib. 3. Eccleſ. hiſtor. cap 3. D. Hieronym. de ſcriptor. Eccleſ. in Petro. Deinde cenſura Apoſtolica notata ſunt liber de Aſcenſu Pauli ſcriptis à Caianis, reuelationes, tertia ad Corinthios, tertia ad Theſſalon. ſecunda ad Laodecenos. Ferebantur & Ioannis nomine reuelationes editæ à Cherintho hæreſiarcha, & libellus detranſitu Virginis, quæ omnia non recipit, ſed reijcit Eccleſia. Gelaſius quoque reprobauit Euangelium Pauli nomine & Apocalypſim, Andreæ quoque Bartholomæi, Thadæi, & Barnabæ confícta totidem Euangelia. item & Matthiæ pſeudo Euangelium, & librum ſub nomine Mathæi de infantia Saluatoris, & pſeudeuangelium Ægyptiorum titulo Marci, & aliud Iacobi Alphæi: & reuelationes nomine Stephani, & librum ſtirpis Mariæ, & volumen doctrinæ Apoſtolorum ſub communi nomine Apoſtolorum, & ſortes Apoſtolorum, & laudes eorumdem, & librum de Magia ad Petrum & Paulum Apoſtolos, titulo Redemptoris

ipsius horrendè, & nefariè vulgatum damnauit, ignibusque piatorijs addixit: quod horrendas blasphemias, putida mendacia, & insulsissimas fabulas repræsentarent, ab hæresiarchis informatas. Zephyrinus Papa Perexiextases. & quædam Tertulliani opuscula aduersus Ecclesias scripta notauit, ac Pseudoprophetiæ propugnatorem anathemathe percussit. Caius Pontifex Manichæorum libros damnauit, quos etiam sic damnatos crudelissimi licet, atque Gentiles Diocletianus, & Maximianus ignibus adscripserunt, & sectarios mulctarunt. Syluester Romanus Pontifex per Legatos in Synodo, Nicæna Arij libros damnauit legique vetuit Anastasius Pontifex Arcadio suasit & Honorio vt contra Eunomianorũ, Montanistarum, & aliorum hæreticorum errores radicitus extirpandos procederent, & eorum codices dare ignibus procurarent. Et licet in suis prouincialibus Synodis Episcopi quosdam libros olim damnauerint sua propria authoritate, eorum tamen censura Diœcesim propriam non excedebat, nec impediebat quo minus alij Episcopi libros hæreticorum arguendi causa legerent. Nam Theophilus Alexandrinus, & Epiphanius Cyprius Episcopi Innocentij primi Pontificis Origenis libros damnauerãt, & eorum lectores anathemathe percussĕrãt quos tamen, hoc non obstante, Theothimus Scythiæ Episcopus, & D. Ioannes Chrysostomus legere se posse arbitrabantur. Innocentius primus papa Mathematicorum & Genethliacorum libros damnauit ita vt qui eos apud se retinerent, flammis darent. Item damnauit Xysti Pythagorici librum titulo annulum, sed impostturam summam, idque ex consilio D. Hie-

ronymi. Papa Cæleſtinus & Patres Epheſini Concilij, libros Neſtorij ex motu D. Cyrilli condamnauerunt, conclamantes. Quicunque Neſtorium non anathemathizat, anathema ſit. Hunc recta fides anathematizat. Quicunque cum Neſtorio communicat anathema ſit. Omnes Neſtorij epiſtolas & dogmata anathematizamus. Omnes qui cum Neſtorio commercium habent, anathematizamus. Sixtus Pontifex libros Porphirij & Theodoreti ſcripta contra Cyrillum prohibuit & damnauit. Sixti ſucceſſor Leo eadem ſcripta Theodoreti, ſicut Vigiilinus Theodori & Theodoreti, in quinta Oecumenica Synodo, aduerſus incarnationis Dominicæ Myſterium ſcripta volumina reprobauit. Idem Leo cum Calcedonenſi Concilio damnauit Dioſcori, & Eutychetis libros. Gelaſius omnes Apocryphos, & damnandæ lectionis libros, ab Orthodoxorum ſacris paginis diſcreuit, & Manichæis vrbe eiectis, eorumdem codices ante fores baſilicę S. Mariæ incendio dedit Symmachus non maiore zelo Manichæorum libros ante fores baſilicæ Conſtantinianæ exuſſit, quod & fecit ſucceſſor Hormiſda. Agapetus Seueri Antiocheni impia volumina condemnauit. Diuus Gregorius Magnus Regio edicto libros hæreticoruu in Hiſpania comburendos eſſe procurauit. Sanctus Eulogius Alexandrinus librum à ſe contra Agnoitas ſcriptum cenſendum Romam Gregorio Pontifici miſit, qui laudauit. Idem fecit Sanctus Cæſarius Arelatenſis ſubmittens ſuum librum contra fauſtum, Felicis quarti Romani Pontificis arbitrio, quem probauit, & vbique vulgandum curauit. Martinus primus in Concilio Romano pro-

ce ſit contra blaſphemias Theodori Pharanitę, Cyri Alexandrini, Themiſtij, hæretici ſcripturas, Ecthesim Sergij Conſtantinopolitani, Typum Pauli Conſtantinopolitani, & reliquos Monothelitarum & Acephalorum libros: quos poſtea & Agatho Papa. Cum patribus ſexti Concilij reprobauit. Zacharias ex Romani Concilij ſuffragio Adelberti Galli & Clementis ſcoti hæretica deliramenta condemnauit, & Carolum magnum impulit, vt contra talia ferret legem. Et cum à Baſilio Imperatore Romam ad Hadrianum Pontificem miſſi eſſent impijſſimi Photij libri, is qui libros attulerat & præſentauit Pontifici, quos in terram præcipitans, his verbis eſt execratus. Tu maledictus Conſtantinopoli, ſis Romæ iterum maledictus. Te miniſter diaboli Photius, nouus Simon, mendacij compilator aptauit. Te miniſter Chriſti Nicolaus nouus Petrus, veritatis amator attriuit. Et ſpatarius calcę, enſęque ſuo librum percutiens, ait; Credo quod in hoc opuſcalo diabolus habitat: quia per os complicis ſui Phothij, ea quæ per ſe dicere nequit, dictat, qui libri merito ab Hadriano Romę vſti ſunt, & poſtea ex eiuſdem reſcripto in ſecundo Concilio Nicæno, Pari authoritate Leo nonus librum Ioannis ſcoti de Euchariſtia, in Concilio Vercellenſi concremari imperauit. Berengarij, Arualdi Brixienſis & Abailardi libros, per motũ D. Bernardi Innocentius ſecundus vri decreuit. Innocentius tertius damnauit librum Abbatis Ioachimj contra Petrum Lombardum: libros quoque Vualdenſium & Albigenſium ignibus addixit, maxime cum audiuiſſet inſigne illud D D. miraculum, librum ſcilicet eius à flammis intactum,

hæretico-

hæreticorum vero codices deuoratos. Alexander quartus libellum Guillelmi de ſancto Amore à D. Thoma confutatum & Alberto magno, contra religioſos inſcriptum tradidit ignibus: pari modo Ioannes 22. libellos fratricellorum vſſit: Gregorius 11. libros Raimundi Iulli, & Raimundi Neophyti, Martinus quintus in Conc. Conſtantienſi libros Ioannis Vuicleffi, & Ioannis Huſſi: Leo decimus libros Martini Lutheri iuſſit comburi.

Et hi Pontifices damnarunt quidem quorundam tantum hæreticorum, & certa volumina, ſed Iulius tertius primus tulit legem contra omnes hæreticorum quorumcunque, & quidem ſub pœna temporali & ſpirituali, quæ in hæreticos conſtituta eſt idem fecerunt Paulus 4. & ſubſequentes Pontifices Pius 4. in Bulla quæ incipit Dominici gregis relata infra, Clemens octauus in bulla incip. Sacro ſanctum Catholicæ, relat. ibid. & cæteri Pontifices in bulla cœnæ Domini ſupra impreſſa, inſuper ſub duplici iam excommunicatione hæreticorum libri prohibentur & lectio & retentio, vna eſt in indice librorum prohibitorum in Conc. Trident. Summo Pontifici non reſeruata, ſed à proprio confeſſario approbato abſolubili, quæ excommunicatio eſt à iure: altera vero eſt in bulla cœnæ Domini, à qua nullus poteſt abſolui, niſi à S. Pontifice, aut habente priuilegium à Pontifice, quæ quidem eſt ab homine, cùm renotur quotannis. At poteſt quis incurrere priorem non incurrendo ſimul poſteriorem, quando ſcilicet legit libros, qui continent aliquos errores nõ tamen hæreticos, aut errorum ſuſpicionem, quia hi prohibentur in Iudice non in bulla, vt notat Toletus in explica-

tione bullæ imo qui legit libros prohibitos in bulla cœnæ Domini de vacante non incurrit excõmunicationem bullæ, sed indicis tantum. Incurrit autem tales excommunicationes qui tot legit versiculos in libro prohibito qui sufficiant ad periculum notabile, quod quidem periculum in omnibus non est æquale, sicut nec æquale est damnum in furto æquali illato paupere & diuiti, vt licet prohibiti libri multa vera contineant & vtilia, imo vero testante Eusebio lib. 7. suæ histor. cap. 6. Dionysius Alexandrinus, & ipse D. Hieronimus vt fatetur in epist. Minerium hæreticorum libros legerint, sicut & Theophilus Alexandrinus; legerunt tamen quia poterant, & ex officio incumbebat, vt bona excerperent, non enim omnium sed medici de morbis est considerare, & ipsi suspectam esse omnibus, & periculosam talem lectionem putarunt: vt videre est in epist. 10. Hieronymi ad fariam, vbi sic ad eam. Eorum duntaxat tractatus legere, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto quærere. Habent quippe hoc hæretici proprium, vt ait beatus Gregorius lib. 5. moral. cap. 10. vt malis bona permisceant, quatenus facilè sensui audientis illudant: si enim semper prana dicerent, citius in sua prauitate cogniti, quod vellent minimè persuaderent: rursum si semper recta sentirent, profecto hæretici non fuissent: sed dum fallendi arte ad vtraque deseruiunt, & ex mali bona inficiunt, & ex bonis mala, vt recipiantur abscondunt. Procul huic ergo scioli licitam esse hæreticorum librorum lectionem contendentes ex illo 1. ad Thessal. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete. Non enim intelligunt quod omnium

probare non sit, sed eius tantum qui potest probare, talis autem est is qui omnia dijudicat & ipse à nemine iudicatur homo spiritualis Summus Pontifex, talis, cui ipse Papa suam potestatem delegarit hac in re. Stet ergo perniciosam esse vel maximè perniciosorum librorum lectionem, quandoquidem etiam ethnici natura duce eos condemnarint. Siquidem Protagoræ Athei libros publicè in foro exustos esse docet Philostratus in Sophistis: pari modo exustos Romæ fuisse libros religioni aduersantes, docet Liuius Lacedæmonios quoque scripta Archilochi non impia, sed impudica Vrbe exegisse docet Valerius Maximus lib. 6. C. 3. Hinc Plato 7. de Rep. libros omnes antequam edantur examinandos esse docet, ne forte quid contineant religioni, aut bonis moribus contrarium. Et merito sanè cum præsertim hæreticorum sermo serpat vt cancer gangrænodis, sinuosas pastiones agens, & totum hominem depascens, semper enim malum, præcipuè si cum pertinacia, ad aliud, & aliud malum progreditur, vt vult S. Dionysius C. 4. de diuin. Nom. & vt ait D. Leo serm. 5. de ieiunio decimi mensis, Sermo hæreticorum serpit vt cancer, humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt, &c. cum certè venena non dentur nisi melle circumlita, ex D. Hieronymo epist. 7. ad lætam. Declinent ergo de cætero fortiter & euitent dilectissimi fratres nostri (inquit S. Cyprian. contra hæreticos) verba & colloquia eorum quorum sermo vt cancer serpit: nulla cum talibus commercia copulentur: nulla cum malis conuiuia vel colloquia misceant: simulq; ab eis tam separati, quam sunt illi de Ecclesia profugi, cum

præcipuè vt ait S. Irenæus 3. contra hæreſes. C. 3. tantum Apoſtoli, & horum diſcipuli habuerunt timorem, vt neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulterauerant veritatem. Quod ſi hæreticorum cancrodis ſermo prohibetur prolatus, ſi tantopere ſermones & colloquia eorum ſunt inhibita, multomagis eorum ſermo ſcriptus & libri, vt pote pernicioſiores nam vox audita perit, littera ſcripta manet: & illi ad plura loca, pluriumque manus perueniunt: & magis attentè lecta, quam obiter audita animo hærent, & facilius perſuadentur cum ſunt acuratius meditata. Et id confirmat, proh dolor! experientia: quia Ioan. Vuic'effus voce paucisſimos peruertit: docuit enim in Anglia, & ibi pene nullos reliquit ſui erroris hæredes: at per libros totam Bohemiam peruertit. Vt videre eſt apud Cochlæum in hiſtoria Huſſitarum. Quin imo quantum non ſolum hominibus ſint pernicioſi, ſed etiam Deo & ſanctis præcipuè Virgini Deiparæ puriſſimæ hæreticorum non dicam, ponderoſi codices, ſed vel pauci quaternionculi ſunt odibiles vir pijſſimus & ſanctiſſimus Abbaſque religioſiſſimus Sophronius C. 49. ſui prati ſpiritualis comprobat exemplo Abbatis Cyriaci ſanctiſſimi. Qui cum apparentem ſibi veſtitam purpura & ſplendore Virginem Mariam ſacratiſſimam, comitantibus Diuis Ioanne Baptiſta & Euangeliſta, lætabundus & totus ſtupefactus cella ſua vellet excipere vt eam ſibi virgo conſecraret: renuit Virgo & cauſam dedit eo quòd ipſe Abbas inimicum ſuum apud ſe retineret, & ſic diſparuit. Cogitabundus ille omnia reuoluit vaſa cum mœrore & anxietate nimia, quam leuandi gratia applicuit ſe libro

cuidam, cui in fine duo quaterniones impijſſimi Neſtorij addebantur: quibus viſis exclamauit in cœlum. O Virgo verè dicebas me tuum retinere inimicum! & confeſtim hunc librum Sancto Hyſichio præſbitero Hieroſolimitano, à quo habebat mutuum, reſtituit: qui extemplò prędictos quaternos tradidit ignibus. Et ideo optimè & prudentiſſimè Theudas magnus & hæreticus apud Sancti Ioſaphat pedes ſuos libros pernicioſos redigit in cineres teſte D. Damaſceno in vitis patrum C. 32. in vita Sanctorum Barlaam. & Ioſaphat. facit optimè ad hoc illud memorabile Pacomij dictum quod legitur in 27. cap. vitæ eius. nam fertur aliquando reperiſſe volumen hæretici & in aquas miſiſſe continuo teſtatus his verbis. Niſi ſcirem nomen Dei in eo eſſe conſcriptum, omnes garrulitates blaſphemiarum eius ignibus concremaſſem.

Iam hęc prohibitio de legendis hæreticorum libris, non comprehendit Inquiſitores hæreticæ prauitatis, nec eorũ ſubſtitutos: licet enim ſolus Papa ex plenitudine poteſtatis reſeruatum habeat dandi licentiam legendi tales libros, tamen Inquiſitores & eorum commiſſarij poſſunt eos legere ex officio vt bene aduertit Pegna in 2, par. direct. comm. 3. ad cap. Fraternitatis. Quod etiam probatur per hanc bullam Iulij III.

CVM meditatio cordis noſtri ad id potiſſimum tendat, vt fides Catholica vbique augeatur, & floreat : & ea libenter intendimus, per quæ omnibus per ea declinandi occaſio tollatur. Sanè cum ſicut nobis nuper innotuit ex facultatibus, quæ aliquibus vt libros hæreticos aut de fide ſuſpectos, etiam ad effectũ eorundem librorum errores repellendi tenere, & legere poſſent aliquando conceſſæ fuerunt, non ij qui ſperabantur fructus hactenus prouenerint, quin immo diuerſa incõuenientia ſuſpecta ſunt : Nos premiſſis occurrere, & Chriſti fidelium animarum ſaluti conſulere cupientes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtris certa ſcientia, & matura deliberatione omnes, & ſingulas facultates, & licentias legendi, & tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu fide ſuſpectos quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, etiamſi, Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori dignitate Eccleſiaſtica, ſeu ſæculari præeminentia prefulgeant (Inquiſitoribus, ſeu commiſſarijs ſuper hæretica prauitate ab Apoſtolica ſede pro tempore deputatis, durante ipſa deputatio-

ne dumtavat exceptis) à quibuſuis prædeceſſoribus noſtris, ac nobis, & dicta ſede Apoſtolica, ſeu eius legatis, etiam de latere aut maiori pœnitentiario noſtro, vel quibuſuis alijs, ſub quibuſcunque verborum formis & expreſſionibus, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs clauſulis irritantibuſque, & alijs decretis quomodolibet etiam motu, & ſcientia ſimilibus hactenus conceſſas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reuocamus, irritamus, annullamus, & pro reuocatis, irritis & penitus infectis, quo ad omnia habemus, & ab alijs haberi volumus: diſtrictius inhibẽtes perſonis prefatis ſub ſententijs, cenſuris & pœnis contra ſimiles libros tenentes, aut legentes, tam à ſacris canonibus, quam à nobis, & ſede Apoſtolica hactenus inflictis, & promulgatis ne de cætero facultatibus, & licentijs prædictis vti, aut earum prætextu, ſeu alias quomodolibet libros prędictos, aut quoſcunque alios hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere, aut legere præſumant: Et inſuper omnes, & ſingulos librorum impreſſores, & bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quaſcunque alias perſonas libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu Lutheranam, aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis, & dicta ſede quomodolibet reprobatos, ex quauis cauſa etiam ex noſtra, & dictę ſedis ſpeciali licentia, ſeu permiſſione penes ſe habentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel cõditionis, aut præeminentię exiſtant, etiam ſi vt præfertur pontificali, aut alia quacumque etiam maiori Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant (dictis Inquiſitoribus, & commiſſarijs, vt præfertur,

exceptis) dicta Apostolica auctoritate, & earumdem tenore præsentium requirimus, & monemus, ac eis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub incursus hæresis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis tam Ecclesiasticis, quàm temporalibus sententijs, censuris, & pœnis, districtè præcipienda mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum à die publicationis præsentium, modo, & forma infra scriptis faciendæ computandorum, quorum vinginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica eis, & eorum cuilibet in ijs scriptis assignamus: Omnes & singulos libros Lutheranos aut alios hæreticos, seu Lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel à nobis, & dicta sede quomodolibet reprobatos penes se eos ex quauis causa etiam mercaturæ, & ex nostra ac eiusdem sedis permissione ac licentia etiam speciali, vt præfertur penes eos existentes, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse debeant realiter, & cum effectu: Et nihilominus Venerabili Fratri Ioanni Petro Episcopo Tusculam. Neapolitan. & dilectis filijs nostris Ioanni Sancti Clementis, de Burgos, ac Marcello Sanctæ Crucis in Hierusalem, Ceruino, & Francisco Sanctæ Anastasiæ titulorum S. Fondato, nuncupatis, presbyteris Cardinalibus, Inquisitoribus generalibus per sedem Apostolicam deputatis per Apostolica scripta pari motu mandamus quatenus ipsi per se vel per alium, seu per alios eosdem requisitos, & monitos, monitioni, & mandato nostris prædictis non

parentes, quos hæreſim ac alias ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas propter non paritionem huiuſmodi incurrere contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contra hæreticos, ac ſententijs, cenſuris & pœnis prędictis irretitos tam diu publicè nuntient, & faciant ab alijs nuntiari, donec ipſi omnes, & ſingulos libros Lutheranos aut alios hæreticos huiuſmodi Inquiſitoribus præfatis in ciuitatibus in quibus libri huiuſmodi, vt præfertur exiſtunt, conſignauerint, & rehabilitationis, gratiam obtinuerint. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum vt praemiſſa omnia ad eorum quorum intereſt notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam iuſtè prætendere, aut ſe legitimè excuſare poſſit: Volumus, dicta auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd præſentes litteræ per aliquos curiæ noſtrae curſores, in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Eccleſia Lateranenſi, dum inibi multitudo populi ad diuina audienda congregari ſolet, palam, & clara voce legantur, & lectæ in earumdem Baſilicæ, & Eccleſiæ valuis, nec non in porta Cancellariæ Apoſtolicæ, & in aciè campi floræ affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ pendeant; & cum inde

amouebuntur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quodque per lectionem, affixionem & publicationem huiusmodi omnes, & singulæ personæ sub præsentibus comprehensæ post sexaginta dies huiusmodi respectiuè ita sint obligatæ, & astrictæ, ac si eis coram, & personaliter lectæ, & intimatæ essent: & earum transumptis manu Notarij Publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem quod ij, qui libros Lutheranos, seu alios praedictos infra spatium, & terminum huiusmodi dictis Inquisitoribus consignauerint, nisi ipsi alias quàm ex retentione librorum huiusmodi hæretici, seu de fide suspecti fuerint, eo ipso etiam absque aliqua desuper facienda abiuratione à censuris, & pœnis propterea forsan incursis in vtroque foro absoluti sint, & esse censeantur, prout nos eos in euentum prædictum, ex nunc prout ex tunc (dummodo pœnitentiam, quam confessor per eos eligendus, eis propterea duxerit iniungendam, omnino adimpleant) absolnimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, irreuocationis, annullationis, inhibitionis, requisitionis, monitionis, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noueritincursurum. Dat Romæ apud San-

ctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quinquageſimo. Tertii. Kal. Maij. Pontificatus noſtri anno primo.

M. Cardinalis Creſcentius.

Bloſius.

A. De Martholis.

PRopterea inquit Pegna 2. part. direct. comm. 3. ad cap fraternitatis. quod falluntur Epiſcopi, qui exiſtimant perinde ſibi ac Inquiſitoribus damnatorum libros legere licere: non enim poſſunt niſi à ſummo Pontifice ſpecialem habeant facultatem. Videntur tamen verba bullæ prædictæ comprehendere ſolum Inquiſitorum Commiſſarios Apoſtolica auctoritate creatos: nihilominus tamen idem dicendum videtur de ijs, qui ab Inquiſitoribus ipſis conſtituuntur, cùm illi Apoſtolica auctoritate deputati videntur, eoipſo quod ab Apoſtolicis Inquiſitoribus cõſtituuntur: prudenter tamen vt tollatur omnis difficultas ageret Inquiſitor, dum creat Commiſſarios: ſi expreſsè declararet eis competere facultatem legendi libros prohibitos. Et quamuis nonnullis videatur poſſe quemlibet propria auctoritate libros damnatos comburere, vel aliter perdere, vbi ad ipſum quocunque modo peruene-

rint: necessario tamen post Pegnam cit. & Martinum Delrio lib. 5. disq. magic. sect 17. Inquisitoribus crederem esse deferendos ex præfato rescripto Iulij tertij his verbis: Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in ciuitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse debeant realiter & cum effectu. Ita vt qui libros prohibitos combureret, nec Inquisitori consignaret propter contemptum Pontificij præcepti pœna dignus videretur, vt patet ex sequenti diplomate Pij IV.

CVM pro munere, quod sustinemus, id præcipuè nobis propositum habeamus, & omni studio, diligentiaque curemus. Vt omnes Christi fideles tam grauibus calamitosisq; tẽporibus in recta, & Catholica fide contineamus id agere, & prouidere necesse est: ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet: si Romanus Pontifex nonnumquam facultates aliquas, quas ipse vel prædecessores eius probabili adducti ratione concesserint, postea reuocet, cum ipso rerum vsu edoctus animaduerterit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad notitiam nostram per-

ſenit ex data nonnullis licentia habendi & legendi libros hæreticos, aut de hæreſi ſuſpectos ad hæreſes & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos: non raro euenire ſolere, vt illis ipſis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam cauſam conceſſa fuerit, vt alijs prodeſſe poſſent, illis ipſis hæreſibus, & erroribus propter humanę mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus ſe alios reuocaturos eſſe confiſi fuerant. Hinc rei prouidere, & animarum periculo, quantum fieri poteſt pro paſtorali ſolicitudine occurrere cupientes cogitanteſque nobiſcum, nuper in ſacro generali Concilio hę reſes horum temporum ita confutatas, atque damnatas fuiſſe: vt tantæ ſynodi auctoritas, cuius decreta huius ſanctæ ſedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata, & comprobata ſunt: ad vitandos errores & Catholicæ fidei veritatem agnoſcendam ſufficere omnibus debeat, nec vllius pręterea confutatio requirenda ſit: prædeceſſorum noſtrorum preſertim fe. re. Iulij III. & Pauli IV. veſtigijs inſiſtentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac deliberatione matura omnes, & ſingulas facultates habendi & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpectos omnibus tam clericis ſæcularibus, aut regularibus, quàm laicis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis ſint, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori Eccleſiaſtica, ſeu ſęculari dignitate præfulgeant (Inquiſitoribus, & commiſſarijs hæreticæ prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis, quoad eo officio fungentur exceptis) à nobis aut quocunque prędeceſſorum noſtrorum ſeu Apoſtolicæ ſedis lega-

tis maioriue Pœnitentiario, vel quibuſcunque alijs, quibuſcunque verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, irritantibuſque, & alijs decretis quomodolibet etiam motu, & ſcientia ſimili ad hoc tempus conceſſas, auctoritate Apoſtolica tenore preſentium reuocamus, & pro reuocatis, & irritis, perinde ac ſi numquam conceſſę fuiſſent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus ſub cenſuris, ſententijs & pœnis tam à ſacris canonibus, quàm à ſede Apoſtolica ad hoc tempus conſtitutis in eos, qui huiuſmodi libros legant, aut habeant, ne quis eorum poſt hac eis facultatibus vti, neue vllos omnino libros huiuſmodi improbatos, & prohibitos, aut quos impoſterum à ſede Apoſtolica, Inquiſitoribuſue hæreticę prauitatis, aut locorum ordinarijs inprobari, prohiberique contigerit, legere haberéue quacunque de cauſa audeat. Impreſſores autem & bibliopolas, & alios, quicunque eiuſmodi libros habent, habuerintue (Inquiſitoribus, & commiſſarijs ijſdem dumtaxat exceptis) monemus, & cuilibet eorum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna incurſus criminis, hæreticis, & alijs contra hęreticos, à iure inflictis, & irrogatis tam Eccleſiaſticis, quàm temporalibus ſententijs, cenſuris, & pœnis præcipimus, ac mandamus, vt eos libros intra ſexaginta, dies à die, quo hæ litteræ publicatæ fuerint, numerandos, quorum viginti pro primo, alios viginti pro ſecundo, reliquos viginti pro tertio, ac peremptorio termino, & monitione canonica eis aſſignamus. Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus ij libri ſint tradant, atque conſignent. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordi-

nationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede iudultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt vero hæ litteræ, & quę in eis continentur, ad omnium ea excusatione vti possit: quod illa ignorauerit, volumus, & mandamus, vt in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt missarum solemnibus interſit, congregari solet, palam clara voce à Curię nostrę Cursoribus, seu notarijs aliquibus publicis recitentur, & postquam recitatae fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariae Apostolicae, & in loco solito campi florae affigantur, ibique quò legi, & omnibus innotescere possint, aliquandiu relinquantur: Transumptis quoque earum quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptáue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, vt sine dubitatione vlla fides habeatur, mandamus atque decernimus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, XXIIII. Martij. MDLXIIII. Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

DEinde ex illa librorum consignatione clarum oritur obedientiæ & fidei testimonium apud Inquisitores, vt aduertit Iocatus in opere iudi. ver. libri & citat simile Pauli IV. præceptum: Et è contrario Inquisitores ex dicta combustione, si libri illi fuerint alicuius hæretici, damnare poterunt & interrogare vnde habuerint, vt notat Pegna cit. Ad quod facit regula duodecima indicis librorum prohibitorum relata infra. Quanto ergo melius scripsisset modernus quidam legista licet vir magnus: libros prohibitos esse Inquisitoribus ex mandato summorum Pontificum consignandos, quam ex mandato Imperatorum Episcopis: vidimus enim supra quid dicant super hoc litteræ Imperatoris Caroli V. quandoquidem hoc argumentum magis pertineat ad Theologiæ & decreti doctores, quam ad legistas! Cum præterea retinens libros damnatos citra vllam controuersiam de hæresi sit sufficienter suspectus, & ideo subiaceat iudicio & iurisdictioni Inquisitoris, vt apertè probatur (vt cæteros Doctores omittam) per hoc Pij IV. rescriptum.

DOMINICI

DOMINICI gregis cuſtodiæ domino diſponente præpoſiti vigilis more paſtoris non deliſtimus, ipſi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima poſſumus cura & diligentia præcauere, ne propter negligentiam noſtram pereant oues, quæ prætioſiſſimo Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguine ſunt redemptæ. Et ſi autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreſes confutandas pertinebant, in œcumenico, & generali Concilio Tridentino, Sancti Spiritus aſſiſtente gratia, nuper à Deo enucleata, ac definita fuerunt, vt facilè iam ſit vnicuique ſanam Catholicámque doctrinam à falſa adulterináque internoſcere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modò ſimpliciores homines corrumpere ſoleat, verùm ſæpe etiam doctos eruditoſque in varios errores, & à veritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere: huic quoque rei eſſe duximus prouidendum. Cùm autem aptiſſimum ei malo remedium eſſe ſciremus, ſi componeretur atque ederetur index ſiue Cathalogus librorum, qui vel hæretici ſunt, vel de hæretica prauitate ſuſpecti, vel certe moribus & pietati noceant: id negotium ad ſacram Tridentinam ſynodum reieceramus. Ea vero ex tanta Epiſcoporum, & aliorum doctiſſimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum Indicem

multos cùm doctrina, tùm iudicio insignes prælatos ex omnibus ferè nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, eum indicem tandem, Deo iuuante perfecerunt, adhibitis etiam in consiliuim lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius synodi decreto is index nobis oblatus fuisset: nos doctissimis quibusdam, probatissimisque prælatis eum accuratissimè legendum, examinandumue tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & propterea commodissimè digestum esse cognouerimus: nos saluti animorum consulere, eamque ob causam prouidere cupientes, ne libri & scripta cuiuscunque generis, quæ in eo improbantur, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, post hac à Christi fidelibus legantur, ipsum indicem, vna cum regulis ei præpositis auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimique ac diuulgari, & ab omnibus, vniuersitatibus Catholicis, ac quibuscunque alijs vbique suscipi easque regulas obseruari mandamus, atque decernimus: inhibentes omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis personis sæcularibus, & regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quàm laicis quocumque honore, ac dignitate prædictis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem indicis libros vllos legere habereue audeat. Si quis autem aduersus illas regulas, prohibitionémque fecerit; is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim,

vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habuerituve, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob causam in eum tanquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit habuerituve, præter peccati mortalis reatum Episcoporum arbitrio severè se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque; aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, ne excommunicari possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neue quis excusatione ignorationis vti possit: volumus, & mandamus, vt hæ litteræ per aliquos curiæ nostræ cursores in basilica Vaticana principis Apostolorum, & in Ecclesia Late.anensi tunc, cùm in eis populus, vt missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur: & postquam recitatæ fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi floræ affigantur: ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cùm autem inde amouebuntur: earum exempla in ijsdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem & affixionem omnes, & singulos qui his litteris comprehenduntur, post tres menses à die publicationis, & affictionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsi-

met illæ editæ, lectæque fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptáue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituræ, munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die vigesima quarta Martij, Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

NVnquid autem Inquisitores possunt alijs concedere licentiam legendi libros hæreticorum? Respondent Pegna cit. Io. Azor. instit. mor. p. 1. l. 8. c. 16. rubr. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum q. 12. & Farinac. de hæresi q. 180. §. 1. nu. 37. conformiter ad secundam regulam indicis: quòd eorum hæreticorum qui expressè de religione non tractant nec ex professo potest Inquisitor dare licentiam seruatis seruandis, donec aliter sit à Protificibus aut DD. Cardinalibus ad indicem librorum deputatis ordinatum. Hunc vero indicem confirmauit Clemens VIII. & deputatæ ad eum Congregationi DD. multa dedit priuilegia sicut patet in sua sequente bulla.

SACRO-Sanctum Catholicę fidei depoſitum, ſine qua Deo placere, aut ęternam ſalutem conſequi nemini licęt, vt ſaluum in Eccleſia Dei perpetuo conſeruaretur, poſteriſq; inuiolatum traderetur, paſtoralis Romanorum Põtificum vigilantia, ſummo ſemper ſtudio & contentione laborauit. Ipſi enim à Chriſto Domino huius tam pretioſi depoſiti auctore, & illud fideliter cuſtodiendi, & bonum ſemen patris familias, ab inimici hominis zizanijs diſcernẽdi, & Eccleſiam ſalutari doctrina ædificandi, præcipuam curam, ſummámque poteſtatem, in beatiſſimo Petro Apoſtolorum Principe acceperunt. Quocirca ſanctę mem. Gelaſius primus, & Gregorius nonus, aliique complures Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri zelo zelati pro domo Domini exercituum, vt hanc fidei Catholicæ, doctrinæque integritatem, ſaluam incorruptámque in Eccleſia Dei retinerent Apoſtolici animi magnitudine pro muro domus Iſrael aduerſus eiuſdem fidei hoſtes, ſe ipſos opponentes, ne illorum dolis & inſidijs, imprudentes & ſimpliciores homines caperentur, lucem à tenebris, praua à rectis ſeiunxerunt, quæ ſequenda, quæ cauenda eſſent, Chriſti fidelibus declararunt, proba-

cos, laudabiles, orthodoxos libros: ab adulterinis, perniciosis, & Apocryphis, singulari diligentia distinxerunt, postremo hæreticorum impia dogmata, & noxia ac venenata scripta: Conciliorum decretis, Pontificis constitutionibus, aut alio opportuno censuræ genere, condemnarunt.

Sed cum nostris hisce calamitosis, & nouissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, à sua malitia numquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam & veritatem labefactandam, pestiferas hæreses, & detestabiles errores, aut nouos conflasset, aut veteres ex inferis excitasset, sacra Tridentina synodus, pestilentem noxiorum librorum copiam, quæ plus nimio excreuerat, coercere atque auferre cupiens, primum quidem doctissimos aliquot viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent & deliberarent, deinde verò, cum in negotio non parum profecisse esset, iustis de causis eadem synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem integram rem deferendam statuit.

Itaque fœl. re Pius Papa IV. prædecessor noster, qui tunc ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, prælatis quibusdam doctrina & prudentia præstantibus adhibitis, indicem librorum prohibitorum & regulas quasdam, per suas litteras in forma breuis promulgauit, & eiusmodi noxiorũ librorũ detrimentis depellendis opportunè prouidit. Cæterum, licet illa pro temporis ratione, prudentes fuerint tunc constituta, tamen cum Sathanæ astutia, in huiusmodi librorum editione noua in dies mala crescerent: nam post illud tempus alij etiam libri pernicioſi partim conscripti atque editi, partim qui scripti erant & antea dela-

tuerant, in medium prodiere. quorum lectione simplic. ores in errorem, induci facilè poterant. Propterea piæ mem. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter, multis illuſtratis, atque ad regulas adiectis neceſſarijs rebus, mandauit vt nonnulli alij eiuſdem generis libri, eidem indici adderentur.

Verùm cum idem Sixtus, re minimè abſoluta, ab humanis exceſſerit, nos animarum ſaluti, quantùm cum domino poſſumus, conſulentes, quod iam pridem vtiliter cœptum & à multis diu deſideratum erat, hoc tempore omnino perficiendum, atque in lucem edendum duximus. Venerabili igitur fratri noſtro Marco Antonio Epiſc. Prænestino de columna, & dilectis filijs noſtris Auguſtino S. Marci de Verona, Simeoni S. Anaſtaſiæ, de terranoua, Hieronymo S. Mariæ Angelorum in thermis, Borromæo, Franſco S. Mariæ tranſpontinæ, Toleto, titulorum Preſbyteris, nec non Aſcanio S. Mariæ in Coſmedin de Columna diacono, Cardinalibus, ſuper huiuſmodi indice per nos deputatis, alijſque pijs & eruditis viris in conſilium adhibitis, ea omnia ac ſingula, quæ à Sixto V. vt ſupra diximus, inſtituta erant diligenter examinanda commiſimus, quæ cùm magno ſtudio viſa, ac Deo fauente, Demum abſoluta fuerint.

Nos tam eadem Pij prædeceſſoris conſtitutionem & indicem, ac regulas, quorum omnium tenores haberi volumus pro expreſſis, quàm hæc ipſa illis addita, prout inferiùs deſcripta ſunt, omnia & ſingula, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, atque ab omnibus, tam Vniuerſitatibus quàm ſin-

gularibus personis vbique locorum existentibus, sub eisdem pœnis in dicta Pij constitutione contentis, obseruari præcipimus & mandamus. Quo autem facilius negotium, cùm prohibitionis, tùm expurgationis & impressionis librorum peragatur, eas omnes facultates, priuilegia, & indulta, quæ rec. mem. Pius V. Magistro sacri Palatij primum, deinde Gregorius XIII. & Sixtus V. Cardinalibus congregationis prædictæ concesserunt, quorum tenores hic volumus haberi pro expressis, confirmamus, & quatenus opus est, innouamus, in his omnibus quæ additis in hoc indice non aduersantur.

Volumusq; propterea ac decernimus, vt si quæ in posterum dubitationes, aut controuersiæ circa ipsum indicem, illiusque regulas, aliáque illis addita emerserint, ad Congregationem supradictorum Cardinalium, seu aliorum qui pro tempore, super indice huiusmodi deputati fuerint, referantur, & ex sententia eorumdem Cardinalium, nobis aut successoribus nostris, si rei grauitas id postulauerit consultis, declarentur & decidantur. Quorum authoritatem cùm in permittendis, tum prohibendis, expurgandis, & imprimendis libris, aliisque ad eam rem pertinentibus explicandis, volumus præcipuam, atque ita mandamus ab omnibus venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum ordinariis, & dilectis filiis Inquisitoribus Vniuersitatibus, Magistris, Doctoribus, Bibliopolis. Impressoribus, Mercatoribus, Gabellariis, cæterisque omnibus cuiuscunque gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticis, sæcularibus, vel regularibus, quam laicis quocunque

honore vel dignitate prædictis, inuiolabiliter obſeruati.

Non obſtan. Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, Prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, ac quibuſuis ſtatutis & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roborantes priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſt. ſub quibuſcunque tenoribus & formis in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & ad verbum inſerta mentio habendi eſſet, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſsè derogamus cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Decernentes earumdem præſentium exemplis, etiam impreſſis, notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo prælati alicuius Eccleſiaſtici obſignatis, eandem haberi fidem, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Tuſculi, ſub Annulo Piſcatoris, die 17. Octob. 1595. Pontificatus noſtri Anno quarto.

IAm ergo nemini Catholico durum erit libros prohibitos Inquisitori consignare: cùm præsertim nullus sit qui cupiat aut audeat libros hæresiarcharum in hac diœcesi non dicam legere, sed ne tangere, aliorum autem hæreticorum libros non de religione ex professo, sed aut de legibus, aut medicina alijsue facultatibus tractantes iam legere liceat, dummodo à piis doctisque Theologis (quorum magna in hac diœcesi copia suppetit, qui suam hic negotio tam salutifero charitatem & officium non denegabunt) sint examinati, Inquisitorum iussu: & idcirco nos huic negotio studiosè vacabimus. Quid verò hac in re difficultatis apparere potest, nisi forsan ingeniis malè natis, quę sibi nimis arrogant, & proprio ductu agere volunt omnia, nec non Ecclesiasticam renuunt potestatem? Securius esset multo eum consulere, cuius est his in negotiis posse diiudicare; Et suam Ecclesiasticæ censuræ subiicere opinionē: quàm sine gubernaculo in tam scopuloso hæreticæ fallaciæ pelago periclitari. Nos autem facilè licentiam sic reuisos nostro iussu à piis doctisque Theologis libros legendi faciemus & copiosissimam: Vt tradit etiam Pet. Godofredus in l. damnato D. de hæret. & Alphonsus à Castro lib. 2. cap. 17. de iusta hæret. punit. Vnum tamen damnatæ memoriæ C. Molinæum excepturn vult sequenti decreto Clemens octauus.

APOSTOLICÆ ſedis auctoritati maximè conuenit, & ad noſtrum pertinet officium, accuratè proſpicere, ne impiorum hominum libris, ac monumentis, fidelium mentes ſeducantur, aut quouis modo à via veritatis auocentur. Nos itaque conſiderantes damnatæ memoriæ Caroli Molinęi ſcripta & commentaria, doctrinam perniciosam, & catholicæ fidei contrariam continere, & ideo huius impij & hæretici hominis in prima claſſe deſcripti opera omnia in indice librorum prohibitorum tam per noſtros Prædeceſſores Romanos Pontifices, quàm etiam per nos nuper edito, expreſsè ac nominatim ſub cenſuris & pœnis in eo contentis prohibita, & interdicta fuiſſe; & attendentes etiam, ſicut ad audientiam noſtram peruenit, quanquam eorum dem operum lectio, & retentio ab vniuerſis Chriſti fidelibus maximè vitanda ſit. Nihilominus à pluribus, & ijs præſertim, qui vtriuſque iuris ſcientiam profitentur, contra huiuiſmodi prohibitionem, dicti Caroli ſcripta, & commentaria, ſub varijs prætextibus, ſine illa examinandi & expurgandi, ſine corrigendi & emendandi, vt dicunt, ſiue etiam vt illis vtantur, in iudicijs & deciſionibus cauſarum & alijs eorum ſcriptionibus frequenter legi & retineri maximo cum eorumdem & aliorum ani-

marum periculo, & sub his prætextibus varias licentias etiam à nonnullis Episcopis, & abbis locorum ordinarijs, & ab Inquisitoribus tenere ac de facto, & etiam quandoque, ab hac sancta sede & à venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super indice librorum prohibitorum deputatis, fuisse etiam interdum à Generalibus Inquisitoribus sub præcepto, vt non nisi expurgatis, & cunctis erroribus deletis vti possint, diuersimodè ab eisdem extortas aut impetratas fuisse. Propterea pro nostra pastorali solicitudine cunctorum Christi fidelium animarum securitati, & saluti, quantum cum Domino possumus cõsulere & ne ipsi Christi fideles mali hominis praua doctrina & impietate fallantur, aut inficiantur, opportunè prouidere volentes, pro potiori cautela, motu proprio & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, hac nostra perpetuò valitura constitutione, omnia & quæcunque prædicti Caroli, Molinei Hæretici scripta, opera & commentaria, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra auctoritate de nouo perpetuò, damnamus, reprobamus, interdicimus & anathematizamus, eorumque lectionem & retentionem vniuersis & singulis Christi fidelibus, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris & præeminentiæ, licet de illis specialis & individua mentio habenda foret, existant, etiam sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisque censuris, & pœnis in indice librorum prohibitorum contentis, ac etiam suspicionis ipsius hæresis, quantumuis scripta, opera & commentaria ipsa iam quouis modo fuisse expurgata, prætendant, districtè perpetuò interdicimus & prohibemus. Et propterea

omnes & quaſcunque licentias quibuſuis perſonis, tam ab ordinarijs locorum, quàm etiam ab ipſis Cardinalibus ſuper dicto indice deputatis, ac Supremis S. Vniuerſalis Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem Inquiſitoribus, ac à nobis, & Apoſtolica ſede quomodolibet conceſſas legendi & retinendi libros eiuſdem Caroli Molinæi, etiam ſub alio nomine inſcriptos vel expurgatos, cùm non aliter quàm igne expurgari poſſint, reuocamus, caſſamus & annullamus. Inhibentes omnibus & ſingulis ſupradictis, ne de cætero huiuſmodi licentias cuiquam concedant vel impartiantur. Quin immo omnem facultatem concedendi huiuſmodi licentias retinendi, vel legendi opera huius impij auctoris, ex quacunque cauſa, & ſub quouis prætextu & colore, quibuſcunque perſonis quauis auctoritate etiam Apoſtolica fulfultis, & quacunque dignitate præditis, etiam ipſiſmet Cardinalibus ſuper indice librorum prohibitorum deputatis, ac ſupremis Inquiſitoribus prædictis adimimus, eamque nobis & ſucceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus tantum reſeruamus. Caſſantes inſuper, & nunc irritantes quaſcunque licentias etiam à nobis conceſſas, & à ſucceſſoribus noſtris Rom. Pont. reſpectiuè concedendas, quæ manu noſtra aut ſucceſſorum prædictorum ſubſcriptæ non fuerint. Per has tamen noſtras litteras non intendimus prohibere retentionem librorum iuris Canonici, & aliorum Catholicorum auctorum habentium additiones, ſeu Apoſtillas vt vocant, huius impij hominis, ipſis tamen additionibus, ſeu apoſtillis deletis & emendatis iuxta cenſuram de mandato noſtro nuper editam, & in Typographia Cam. Apoſtolicæ

in presſam Romæ hoc anno 1602. cartis ſeu folijs 24. diſtinctã, cuius initium eſt, Cenſura omnes additiones annotaões marginales damnatæ me. impij Caroli Molinei ad textum iuris Canonici, Commentaria Decij in decretales, & ius Ciuile, ad Conſilia Decij & Alexandri, & ad Dynum de regulis iuris, & Decium in titulo. ff. de regulis iuris. Finis verò eſt. Aliqua fortaſſe in præmiſſis & conſimilibus additionibus ab oculis noſtris effugerunt, notatu & cenſura digna, quæ diligens rector animaduertens delere prorſus teneatur. Poſtremò ſub cenſuris & pœnis ſupradictis, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus intra menſem à publicatione præſentium in locis per quæ eædem ad eorum notitiam peruenire poſſint, facienda computandum, omnia & ſingula ſcripta, opera, & commentaria prædicta Caroli Molinei realiter & cum effectu locorum Ordinarijs vel Inquiſitoribus exhibeant & conſignent. Ipſis vero locorum Ordinarijs vel Inquiſitoribus vt illa ſtatim nulla interpoſita mora aut expectata licentia igne comburant & comburi faciant. Vt autem præſentes noſtræ litteræ ad omnium notitiam facilius deueniant, & ne earum ignorantia quemquam excuſet, volumus & eadem auctoritate decernimus, vt earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ, vtque eædem præſentes ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in acie Campi floræ affixæ & publicatæ, omnes

ſta arctent & afficiant, perinde ac ſi omnibus & ſingulis intimatæ fuiſſent. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarcihis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis locorum Ordinariis, per eadem ſcripta mandamus, vt præſentium litterarum tranſumpta, in ſuis Ciuitatibus, & Diœceſibus publicari & obſeruari curent ac faciant; & contra inobedientes quoſcunque ad declarationem incurſus pœnarum & cenſuratum prædictarum irremiſſibiliter procedant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis priuilegiis & indultis, ac litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & approbatis. Cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima prima Auguſti, milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

ANno à natiuitate D. N. Ieſu Chriſti 1602. *indiction.* 16. *die verò vigeſim. ſexta menſis Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. Domini Clementis diuina Prouidentia Papæ VIII. Anno eius II. Suprà dictæ litteræ affixæ & publicatæ*

fuerunt in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in aciè Campi floræ, vt moris est, per nos Iaertium Cecchettum, & Catherinum Menandi Curs. Paulus Bartoccius mag. Curs.

PRopriæ ergo salus animæ, quæ tam vili redimitur propria peruicacia non depeiatur : cùm equidem non tantùm animæ, sed etiam corporis sit periculum; nam contra retinentes occultantésque libros hæreticorum de iure ciuili, pœna vltimi supplicii est imposita, vt bene declarat Simanc. Cathol. instit. tit. 38. rubr. de libris. num. 26. quem citat. Pegna ad Eymericum cit. & subdit hanc seueritatem à tribunali Inquisitionis pœnam sanguinis non irrogante longè abesse : non est tamen ambigendum quin talibus iniungi debeat canonica purgatio & pœnitentia non ita leuis. Illud præterea notandum est, quod proprii confessarii ex ordinaria potestate nequeant absoluere eos, qui libros prohibitos apud se retinuerunt, cùm id sit cautum propter excommunicationem latam in bulla cœnæ Domini, à qua quilibet absoluere non potest sine pœna excommunicationis, priuationis à prædicatione, lectione, administratione Sacramentorum & audientia confessionum. Propterea dictos libros retinentes puniuntur pœna deportationis l. quicunque §. nulli. vers. nemo. & §. sequenti. C. de hæret. vbi dicitur. Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum

ptorum monumenta ſeruare audeat : quod ſi in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur.

Quid vero iam ſtatuendum ſit circa vendentes, imprimentes, & aſportantes hos libros prohibitos optimè declarant bullæ ſequentes, regulæ indicis librorum prohibitorum, & memorabile edictum contra Bibliopolas & librorum impreſſores Dominorum Cardinalium Inquiſitorum generalium. Et primum diploma, quod eſt Pauli V. ſic habet.

AD futuram rei memoriam. Cùm ſicut accepimus, licentiæ legendi libros hæreticorum, vel de hæreſi ſuſpectos, aut alias reprobatos, & damnatos, certis ex cauſis, aut prætextibus impetratæ in regnis Hiſpaniarum nimis excreuerint, & periculum ſit, ne idcircò lectioni librorum huiuſmodi permiſſio in partibus præſertim diuinâ gratiâ à diro contagio hæreſum illæſis plus inſipientibus noceat, quam profit ſapientibus : nos propterea, quibus ſuper gregem dominicum inuigilandi onus incumbit, opportuno remedio, quantum cum domino poſſumus, prouidere volentes, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inſiſtendo, omnes & ſingulas licentias & facultates legendi libros hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpecto-

rum, à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſeu nobis, vel generali hæreticę prauitatis in regnis Hiſpaniarum deputato Inquiſitore damnatos, & reprobatos quibuſcunque tam clericis ſæcularibus, vel vt præfertur regularibus, quàm laicis in dictis regnis degentibus, cuiuſcunque illi ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ exiſtant, etiã ſi Abbatiali, Epicopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia Eccleſiaſtica dignitate, vel mundana, etiam Marchionali, Ducali auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant, Generali Inquiſitore prædicto dumtaxat excepto, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, etiam viuæ vocis oraculo, & ſedem prædictam, ſiue eius pœnitentiariũ maiorem, vel quoſuis ordinarios aut diœceſanos, ſeu alios, etiam per litteras Apoſtolicas in ſimili forma breuis, vel ſub plumbo expeditas, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarũ derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, ac ex quibuſcumque cauſis, ſeu prætextibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & alias quomodolibet conceſſas earum omnium, & ſingularum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus penitus euacuamus, & pro reuocatis, caſſis, irritis, nullis haberi, eaſque nemini ſuffragari poſſe decernimus. Omnibus, & ſingulis clericis, & laicis in dictis regnis degentibus, & vt præfertur qualificatis, non tamen generali Inquiſitori, in

virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & etiam temporalibus in legentes libros huiuſmodi hactenus latis & promulgatis, à quibus non niſi à nobis, aut pro tempore exiſtente Romano Pontifice, ſeu generali Inquiſitore prædicto, præterquam in mortis articulo abſolui poſſint diſtrictiùs inhibentes, ne libros huiuſmodi ex quauis cauſa, vel prætextu, publicè vel occultè, quouis ingenio, vel colore legere, aut apud ſe tenere, ſeu imprimere, vel venales habere præſumant, ac mandantes eiſdem ſub ſententijs, cenſuris, & pœnis prædictis, vt infra terminum eis à generali Inquiſitore prædicto, per eius edictum publicum locis affigendum publicis ſtatuendum libros ipſos officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis omnino conſignent, & qui de eiſdem libris notitiam aliquam habuerint, ſeu perſonas ipſos libros legentes, aut apud ſe tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes ſciuerint, id quod ſciuerint, ac nomina, cognomina libros ipſos legentium, aut apud ſe tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, qualitatem eorumdem librorum prædicto officio omnino reuelẽt, & notificent. Quocirca dilecto filio noſtro Bernardo tituli ſanctæ Anaſtaſiæ Præſbytero Cardinali, Toletano nuncupato, in dictis regnis hæreticæ prauitatis generali Inquiſitori, de cuius fide, pietate, ac Catholicæ Religionis zelo, nec non vigilantia, ac induſtria plurimam in domino fiduciam habemus, per præſentes etiam committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios ad executionem præſentium procedens, non permittat aliquem, etiam

præmittitur qualificatum, & dicta dignitate, seu honore, vel auctoritate, aut excellentia fulgentem, libros huiusmodi, ex quauis causa, vel prætextu publicæ, vel occultè quouis, quæsito colore apud se tenere, aut legere, vel imprimere, seu venales habere, quin immò cogat quoscunque ad libros ipsos suo Inquisitionis officio consignandum, & qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu aliquos in præmissis culpabiles nouerint, ad eos officio prædicto iuxta præsentium tenorem reuelandum, & notificandum: contradictores quoslibet, & rebelles, ac sibi in præmissis non parentes, etiamsi vt præfertur qualificati, & huiusmodi dignitate, seu honore, vel auctoritate, aut excellentia prediti sint, per sententias censuras, & pœnas prædictas, vel alia opportuna iuris remedia, iuxta facultates sibi in officio huiusmodi concessas, apellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis Nonobstantibus cõstitutionibus, ordinationib, Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque: Aut & aliquibus communiter, aut diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari nõ possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huinsmodi mentionem. Vt autem præsentes litteræ ad omnium, quorum interest, notitiam deducantur omnibus & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac alijs ordinarijs, & diœcesanis regnorum Hispaniarum in virtute sanctæ obedientiæ iniungi-

mus, & mandamus, vt in eorum diœcesibus, ciuitatibus, & prouincijs, abque alia requisitione, eis desuper facienda, presentes litteras, seu earum transumptum manu Notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitum publicent, & publicari faciant ad hoc nemo vt eorum ignorãtiam prætendere, aut contra eas excusationem aliquam afferre valeant. Nos enim transumpto sicut præfertur subscripto, & sigillo munito, eam prorsus fidem adhiberi volumus, quæ eisdem originalibus litteris adhiberentur si originaliter exiberentur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 26. Ianuarij M. DC. XII. Pontificatus nostri An. 7.

S. Gobellutius.

CIrca impressiones verò librorum habes bullam sequentem quæ est Leonis X.

INTER sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis reducere, ipsosq; lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus. Hoc est quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia vigilamus Sanè licet literarum, peritia per librorum lectionem

poſſit faciliter obtineri, ac ars imprimẽdi libros temporibus potiſſimum noſtris, diuino fauente numine, inuenta, ſeu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit, commoda, cum parua impenſa copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad litterarum ſtudia percommodè exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, præſertim autem Catholici, quibus ſanctam Romanam Eccleſiam abundare affectamus, facilè euadere poſſunt, qui etiam infideles ſciant & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, fideliumq; collegio per doctrinam Chriſtianę fidei ſalubriter aggregare: quia tamen multorum querela noſtrum & ſedis Apoſtolicæ pulſauit auditum, quod nonnulli huius artis imprimendi magiſtri, in diuerſis mundi partibus libros, tam Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldeæ linguarum in Latinum tranſlatos, quàm alios, Latino ac vulgari ſermone editos, errores etiam in fide ac pernicioſa dogmata etiam religioni Chriſtianæ contraria, ac contra famam perſonarum etiam dignitate fulgentium continentes, imprimere ac publicè vendere preſumunt, ex quorum lectura non ſolum legentes non ædificantur, ſed in maximos potius, tam in fide, quàm in vita & moribus prolabuntur errores, vnde varia ſæpe ſcandala (prout experientia rerum magiſtra docuit) exorta fuerũt, & maiora in dies exoriri formidantur. Nos itaque ne id, quod ad Dei gloriam & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem ſalubriter eſt inuentum, in contrarium conuertatur, ac Chriſti fidelium ſaluti detrimentum pariat, ſuper librorum impreſſione curam noſtram habendam, fore duximus, ne de cætero cum bonis ſeminibus ſpinæ coaleſcant, vel me-

dinicis venena intermiſceantur. Volẽtes igitur de opportuno ſuper his remedio prouidere, hoc ſacro approbante Concilio, vt negotium impreſſionis librorum huiuſmodi eo proſperetur fœliciùs, quo deinceps indago ſolertior diligẽtiùs & cauti° adhibeatur, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunque ſcripturam, tam in Vrbe noſtra, quàm alijs quibuſuis ciuitatibus & diœceſibus imprimere, ſeu imprimi facere præſumat, niſi priùs in Vrbe per Vicarium noſtrum, & ſacri Palatij magiſtrum, in alijs verò ciuitatibus & diœceſibus per Epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientiæ, libri, ſeu ſcripturæ huiuſmodi imprimendæ ab Eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis ſiue diœceſis, in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia gratis & ſine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem ſecus præſumpſerit, vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe ſine ſpe remiſſionis ſolutionem, ac anni continui exercitij impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exiſtat, ac demum ingraueſcente contumacia taliter, per Epiſcopum ſuum, vel Vicarium noſtrum reſpectiuè per omnia iuris remedia caſtigetur, quòd alij eius exemplo ſimilia minimè atttentare præſumant.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti & ordinationis infringere, vel

ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ in publica cessione, in lateranen. Sacrosancta Basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo quinto, quarto Nonas Maij. Pontificatus nostri anno tertio.

Curam præterea habuerunt de librorum impressione insignem D. Illustrissimi Cardinales Inquisitores generales in illo celebri suo edicto, quod sic habet.

EDictum contra Bibliopolas, & Librorum Impressores, atque dohanarum officiales, ne publicè nec secretè audeant vendere aliquos libros damnatos, reprobatos, & prohibitos, atque de hæresi suspectos: nec imprimere, nec eorum Dominis relaxare, sine expressa licentia, & contra vendentes, comparantes, legentes, audientes, communicantes, docentes, prædicantes: scientes, & non reuelantes, non reddentes. nec consignantes huiusmodi libros sub diuersis pœnis, vt infra.

NOS Ioannes Petrus Sancti Clementis, Ioannes Sancti Sixti, Bartholomæus Sancti Cæsarei, & Thomas Sancti Syluestri titulorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinales, Inquisitores generales hæreticæ prauitatis per vniuersam Rempublicã Christianam à Sanctissimo Domino nostro Paulo diuina Prouidentia Papa III. Sanctáque sede Apostolica specialiter deputati Vniuersis & singulis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis & conditionis aut præeminentiæ existentibus in alma Vrbe, omnibusque alijs ciuitatibus, oppidis, terris, & locis totius Italiæ, ac vbilibet constitutis, ad quos præsentes nostræ litteræ peruenerint, Salutem & in Domino sinceram & veram fidem.

Animaduertentes non sine maximo animorum nostorum dolore, hisce temporibus quamplurima opuscula, tractatus, epistolas, & libros quorum quam plures errores, alios scandalosos, alios piarum aurium offensiuos, alios temerarios & seditiosos, & denique alios notariè hæreticos iam dudum à Sanctis Patribus & generalibus Concilijs, ac per præfatum sanctissimum Dominum nostrum Sanctámq; sedem Apostolicam reprobatos & damnatos passim in Romana Curia, alijsque Italiæ ciuitatib. oppidis, terris, & locis, vendi, emi & legi, & in manibus hominum versari, alioſque de nouo quotidie edi, publicari & imprimi, quibus quamplurimi filij sathanæ, ac

peſtilentes perſonæ conãtur hanc nobiliſſimam prouinciam, quæ à primordijs naſcentis Eccleſiæ firma & illæſa in vera fide permanſit, ſeducere, atque ſubuertere, falſam ſacrilegam & pernicioſam doctrinam mendaciter, perniciosè, & damnabiliter diſſeminando in maximum orthodoxorum ſcandalum, ac Reipublicæ Chriſtianæ periculum. Ideo cupientes huiuſmodi hæreticos & hæreticorum libros de finibus Chriſtianorum expellere, eorumque falſas doctrinas & errores peruerſos, quantum in nobis fuerit, extirpare, vt Catholica & orthodoxa fides integra, illæſa, & inuiolata permaneat, ac populus Chriſtianus in eiuſdem fidei ſinceritate, quolibet obſcurationis ſenioto velamine, immobilis, & inuiolatus perſiſtat. Vniuerſis & ſingulis Bibliopolis tam almæ Vrbis quam aliarum, prouinciarum, ciuitatum, oppidorum caſtrorum, villarum, terrarum, alicrumque locorum totius Italię, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac mille ducatorum Cameræ Apoſtolicæ, ac accuſatori pro medietate applicandorũ, alijſque arbitrarijs tam noſtro quã ſubdelegatorũ per nos deputatorum vel in poſterum deputandorum arbitrio ſtatuendis, ac omnium librorum amiſſione, & inſuper trium ictuum funis pœnis præcipimus & mandamus, quatenus dicti Bibliopolę aliquos libros tractatus, opuſcula, epiſtolas, vel quęcunque alia ſcripta in quocunque idiomate compoſita ſiue tranſlata hæretica ſiue de hæreſi ſuſpecta per ſanctitatem ſuam & ſedem Apoſtolicam, alioſq; Romanos Pont. eius prędeceſſores damnatos, reprobatos & prohibitos, nec non ſerm. Bernardini Ochini de ſenis nouiter impreſſos, atque libellos quoſdã qui-

paſquilij in eoſtaſi inſcribuntur: nec quoſuis alios in quacunq; facultate nouiter compoſitos,& editos, & præſertim ſine titulo aut auctore publicè, nec ſecretè vendere audeant,niſi priùs oſtenſo nobis in Romana curia, & extra eam perſonis per nos delegatis ſeu delegandis indice omnium & ſingulorũ librorum,quos penes ſe habeat, & obtenta priùs licentia in ſcriptis à nobis,vel dictis delegatis, vel delegandis in ſuis diſtrictib. ad eos vendendum alioquin pro ſecũda vice, ſi contra fecerint,vltra pœnas prędictas reddantur inhabiles ad exercendam dictam Biblipolę artem,& in perpetui exilij talium ciuitatum, & locorum vbi eos cõmorari contigerit, eo ipſo pœnam incurrant. Præterea omnib. & ſingulis tam dictę almæ vrbis quàm quarumcunq; aliarum Prouinciarũ ciuitatus oppidorum caſtrorum, villarum,terrarum,aliorumq; locorum totius Italiæ librorum impreſſorib. & cuſſorib. ſupradictis cenſuris,& pœnis præcipimus,& mandamus,quatenus de cætero ne quis eorum libros prędictos,etiam ſi ſint alias impreſſi,nec alios quoſcunque nouiter compoſitos,in quacunq; re vel facultate quo quomodo imprimere præſumat, niſi de expreſſa licẽtia noſtra, vel Reu. D. Vicarij D. noſtri Papæ, & niſi prius fuerint viſi per nos vel per Vener. ſacri Palatij Apoſt. Magiſt. pro tempore exiſtentem in Romana Curia: extra vero eam per perſonas per nos, vt præmittitur, delegatas vel delegãdas, & ſub notato ſemper in calce talium librorum nomine impreſſoris, & loco, die, menſe, & anno vti fieri ſolet. Qui ſi ſecus fecerint, vltra pœnas prædictas pro ſecunda vice reddantur perpetuo inhabiles ad dictum impreſſoris officium agendum & exercendum, & perpetuò exulẽt,

& exterminentur à ciuitate,oppido,villa,terra vel loco, vbi eos dimicilium habere contigerit. Nec dicti librorum impreſſores excludentur à dictis pœnis,ſi in eorum officinis, etiam ſi ſit ſine eorum ſcitu , aliqua mulier vel miniſter id fecerit. Item omnibus & ſingulis dohanerijs tam almæ vrbis,quàm quarumcunq; aliarum prouinciarum, ciuitatum , oppidorum , caſtrorum , villarum , terrarum , aliorumque locorum totius Italiæ, ſub pœna duorum millium ducatorum, & ſuorum officiorum priuatione irremiſſibili præcipimus, & mandamus ; quatenus poſtquam ad eorum poteſtatem ſiue dohanas quicunque libri impreſſi, vel non impreſſi perlati fuerint , omni diligentia nobis in Romana Curia vel prædictis delegatis extra eam ſignificare curent , vt nos vel illi poſſimus tales libros inſpicere , nec abſque noſtra expreſſa licentia eos eorundem librorum dominis aliquo modo conſignare audeant. Item ſub eiſdem pœnis & cenſuris præcipimus,& mandamus omnib.& ſingulis ſupradictis, ne quis audeat libros prædictos hæretic. erroneos,temerarios,& ſeditioſos quoquomodo cõparare, emere,nec per alios oblatos accipere , legere, nec ab alijs lectos audire , nec cum aliquo , verbo vel in ſcriptis communicare ,docere , nec prædicare, nec ex alijs prouincijs eos in Italiam aſportare ſeu aſportari facere : quinimmo ſi quos penes ſe habent : ſtatim ad nos vel noſtrum quemlibet in Romana Curia, extra verò eam ad prædictos ſubdelegatos in ſuis diſtrictibus realiter , & cum effectu afferant, & conſignent : quas cenſuras,& pœnas incurrant omnes,& ſinguli ſcientes, & non reuelantes qui ſunt auctores, fautores , & impreſſores talium librorum. Verum

quia nos præmissa piuersis in partibus exequi,& agere non valemus, confidentes de doctrina, ac sincera fide, & Religione Reuerendi Patris F. Thomæ Maria de Bononia Inquisitoris in ciuitatibus Ferrariæ,& Mutinę, cum l. eius substitutum, & eorum quemlibet insolidum ad præsens edictum publicandum & seruari faciendum, cæteráque omnia & singula præmissa facienda, gerenda, exequenda, excercenda, & procuranda in ciuitate,& dominio Ferriariæ ac Mutine, terrisque omnibus his subiectis, in quibus hoc nostrum edictum publicari mandamus, tenore præsentium substituimus & subdelegamus vices nostras ipsis, & cuilibet eorum desuper plenariè committendo cum ampliſſima facultate intrandi quascũque bibliothecas & officinas talium impressorum, & Librariorum, & quorumuis priuatorum domos, Ecclesias, & Monasteria, & diligenter inquirendum si ibidem reperiuntur huiusmodi libri, eosque si necesse fuerit, publicè, vel secretè prout eisdem videbitur, comburendi, cæteráque faciendi quæ ad extirpandas hæreses, & libros huiusmodi è republica Christiana exterminãdos pertinere videbuntur. Quocirca omnes & singulos Christianæ & Catholicæ fidei Professores, Imperatorem, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Potestates, Rectores, Consules, Proconsules, Communitates, & Vniuersitates Regnorum, prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum prædictorum, nec nõ cæteros iurisdictionem temporalem exercentes totius Italiæ & extra, hortamur, requirimus, & in Domino monemus, quatenus prædictis subdelegatis,

vel ſub delegandis noſtris, & eorum cuilibet in ſuis diſtrictibus omne auxilium, conſilium, & fauorem ad præmiſſa omnia & ſingula facienda & exequenda quantum in eis fuerit, quemadmodum, decet viros verè Orthodoxos, præſtent ac præſtari curent, atque de prouincijs, ciuitatibus, oppidis, caſtris, villis, terris, & omnibus alijs locis, aut dominijs ſupradictis, omnes & ſingulos hæreticos, quos publicè, vel manifeſtè, per facti euidentiam cognouerint eſſe tales, tanquam oues morbidas gregem domini inficientes expellant, donec & quouſque à præfato ſanctiſſimo Domino noſtro, vel à nobis qui eius vices in hac re gerimus, vel alijs iudicibus Eccleſiaſticis vel Inquiſitoribus ordinarijs, vel per nos deputatis ſeu deputandis fidem, & communionem Romanæ Eccleſiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis; nec eoſdem in ſuis diſtrictibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, contractus inire, negotiationes & mercantias quaſlibet exercere, aut humanitatis ſolatia cum Chriſti fidelibus habere permittant in cuius rei teſtimonium præſentibus noſtras litteras manu noſtra propria ſubſcriptas per Secretarium noſtrum fieri, & ſubſcribi, noſtrique ſigilli impreſſione cõmuniri mandauimus. Dat Bononiæ IV. idus Iulij, An. D. M. D. XLIII. Pont. ſanctiſſimi D. N. Pauli diuina Prouidentia Papæ III. anno octauo.

F. I. Cardinalis Burgen.

B. Cardinalis Guidicionus.

De mandato Illuſt. ac R. D. Cardinalium Inquiſitorum
Doctor Alfonſus Martinez Secretarius.

ET ad prædictum diploma Leonis X. ſchol. 1. dicit Flauius Cherubinus in compendio bullarij, quod licentia huiuſmodi ſeu probatio librorum debet in ſcriptis haberi, vt etiam decreuit Concilium Trident. ſeſſ. 4. decr. de editione & vſu librorum ſacrorum his verbis. Ipſa verò huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſſi authenticè appareat; idque totum, hoc eſt & probatio & examen gratis fiat: vt probanda probentur, & reprobentur improbanda. Vbi etiam ſic habetur. Et ſi regulares fuerint vltra examinationem & probationem huiuſmodi, licentiam quoque à ſuis Superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam ſuarum ordinationum. Qui autem ſcripto eos communicant, vel emulgant, niſi antea exminati probatique fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus impreſſores. Et qui eos habuerint vel legerint, niſi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur. Ergo exempti hac in parte ſubſunt examini & probationi Epiſcoporum, imò etiam Inquiſitorum; nam in indice librorum prohibitorum poſtremæ editiouis ſuperadditur vt pro impreſſione quorumcunque librorum, præter Epiſcopi licentiam, requiratur etiam Inquiſitoris conceſſio, & vtraque in fronte libri appareat.

Epiſcopi ergo, & Inquiſitoris eſt de librorum imprimendorum doctrina, doctrinæque qualitate cognoſcere: Principis autem temporalis priuilegium

temporale impreſſoribus concedere. Hanc autem cenſuræ librorum formam Vicarius Papæ obſeruat Romæ.

Imprimatur, ſi placet Reuerediſſ. P. M. ſacri Palatij.

N. Vicarius, &c.

Imprimatur

Frater N. Sacri Pal. Apoſt. Magiſt.

At extra Vrbem hæc forma vbique ab Epiſcopo aut eius Vicario ſeruanda proponitur.

Imprimatur ſi placet R. admodum P. M. Inquiſitori.

N. Epiſc. vel N. Vicarius.

Imprimatur.

F. N. Inquiſitor Apoſt.

TEX-

TEXTVS XIX

----- Cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis etiam regularis conditionis, dignitatis & præeminentiæ fuerint; inquirendi.

OMNES contra quos procedere poteſt, Inquiſitor breuiter complexus eſt Eymericus 3. part. direct. quæſt. 45. & ibi Pegna ad dictum locum Eymerici Comm. 114 vbi ait. Ego vero vt vno verbo rem latè patentẽ comprehendam, dico Inquiſ. poſſe procedere in hac cauſa contra oẽs, paucis quibuſdam exceptis qui ab eius iuriſdictione iure eximũtur; quales ſunt Epiſc. & Officiales Papæ, & ſimiles. Quamuis enim Inquiſ. non ſit iudex ordinarius, ſed delegatus ſpecialiter ad cauſam hæreticæ prauitatis tractandam: nihilominus tamẽ in prouincia ſibi decreta, datus eſt contra vniuerſitatem perſonarum in ea cauſa. Vt optimè Gemin. ſcriptis in C. ne aliqui de hær. lib. 6. Ergo contra oẽs illos procedere poterit, qui excepti non reperiuntur. Hanc tamen tam latam poteſtatem iudicio & prudentia gubernare debet. hæc ille. Quæ omnia etiam firmius roborantur per reſcriptum Vrbani IV. incipien. Licet ex omnibus. relatum ſupra. & per iſtud diploma Alexandri IV.

Ne commiſſæ vobis contra hæret. Inquiſitionis

officium, quocunq; contingat obice præpediri, vobis & singulis vestrum, præsentium auctoritate concedimus, vt non obstantibus aliquib. priuilegijs, vel Indulgentijs, quibuscunq; personis, cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis aut Ordinis: & præsertim Cisterscien. Prædicatorum, Minorum, seu Eremitarum, siue Communitatibus, vel vniuersitatibus Ciuitatum & locorum, specialiter, vel generaliter, sub quacunq; verborum expressione vel forma, ab Apostolica Sede concessis, vel amodò concedendis, etiamsi dicatur in illis, quod eis per aliquas litteras, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari, maximè quod illi excommunicari, vel ipsorum terræ supponi non possint Ecclesiastico interdicto, aut quod prædictorum vel aliorum quorumlibet Ordinum Fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet siue denũciationes sententiarum excommunicationis, suspensionis vel interdicti auctoritate literarum Apostolicarum minimè cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus & priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à Sede Apost. concessis, habeatur in eisdem litteris mentio specialis: in eodem officio & contra impedientes illud, vel in eo vobis iuxta officium, & posse suum, à vobis requisitos assistere non curantes, liberè iuxta formam vobis, per litteras nostras traditam procedatis: cùm ex huiusmodi vel alijs priuilegijs & indulgentijs nullum vobis in tantæ pietatis negotio, velimus obstaculum generari. Ad hæc, si super his, quæ circa idem officium, illudque contingentia in scriptis fuerint redigenda, tabellionum seru-

larium copia forte defuerit opportuna, perſonis regularibus cuiuſcunq3 Ordinis, qui tabellionatus officium in ſęculo habuiſſe noſcuntur, exercendi, illud in his, cùm à vobis neceſſitate huiuſmodi ſuadẽte fuerint requiſiti, auctoritate noſtra licentiam concedatis: quos ad hoc, conſtitutione canonicá vel regulari contraria nequaquam obſtante, ex diſtricto volumus iuſſionis noſtræ præcepto teneri. Quòd ſi nec tales habere poteritis, alios duos viros idoneos, clericos, vel laicos, quotiens talis imminebit neceſſitas, aſſumatis: qui ſimul fideliter ea quæ fuerint à vobis, vel coram vobis ex prædicto officio gerenda conſcribant. Quorum ſcripta quantum ad hunc neceſſitatis articulũ pertinet, acſi vnius perſonæ publicæ manu confecta fuiſſent, incõcuſſam habere decernimus firmitatem. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita cohercendo, non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Datum Anagniæ idib. Octobris, Pontificatus noſtri, anno ſexto.

Et vt res adhuc latius pateat, & clarius, quæremus ſigillatim contra quos procedere ualeat Inquiſ. ſicut quærit Eymericus in 3. part. direct, quęſt. 25. & ſeq. omiſſis tamen quibuſdam cauſa breuitatis, quæ ad rem noſtram non faciunt.

1. Ergo poteſtne procedere cõtra Exemptos? Etiam poteſt, vt conſentiunt cap. vt officium. §. denique, de hæret. in cap. accuſatus, in fide, eodem titulo Felyn in cap. ad abolendam, num. 2. verſ. vltimo nota, extra. de hæretic. & ibi etiam Ioannes de Anania num. 13. concludit poſt multa, quòd priuilegia exemptorum non proſunt in cauſa hæreſis Ioan. à Rojas ſingular.

163. & 168. Carer. in tract. de hæret. num. 85 Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 21. nu. 14. Læl. Zecch. in ſumma part. 1. tit. de fide, rubrica de hæreſi cap. 11. num. 13. verſ. poteſt vero procedere. Azor. inſtit. mor. lib. 8. cap. 18. rub. de ſac. Apoſt Inquiſitor. quæſt. 12. Fauius Cherubin. ad bullam 22. Alexandri 4. in Bullariq. compen. tomo 1. folio mihi 46. & ad bullam 26. Pauli quinti. Romanus Pontifex, folio mihi 80. tom. 2. & ante eum Nicolaus Eymericus in 3. parte direct. quæſt. 28. & ibi Doctiſſimè Pegna Comment. 77. cuius hic verba referam totam hanc rem valide comprobantia & explicantia dilucidè ita, vt nihil addi poſſe ab omnibus ſupracitatis videatur. Sic ergo ait. Vnica eſt aſſertio & vera: Hodie Inquiſitores in quoſlibet religioſos exemptos inquirere poſſut & procedere: quia quo ad crimen hæreſis omnis exceptionis ceſſat immunitas, licet olim in hac realiter quandoque fuerit ſtatutum. In hac cauſa multa antiquis temporibus fuit veritas circa facultatem procedēdi contra exemptos: nam alexander 4. reſcripto quodam incipiente: Ne commiſſæ vobis. Anno Domini 1620. ſtatuit vt indiſtinctè Inquiſitores contra quoſlibet Religioſos & exemptos procederent: idem ipſum & alij ſanciuerunt, verum ea res mutationem paſſa eſt: nam Pius 2. circa annos Domini mille quadringentos & ſexaginta generali Vicario Ordinis Fratrum Minorum conceſſit, vt ipſe Inquiſitionem & punitionē ſuorum fratrum in fide hæreſi ſuſpectorū exerceret: inde poſt aliquot annos Sixtus per bull. aure incipient. Sacri prædicatorum. quæ habēt in lib. priuileg. Ord. Præd. fol. 163. ſanciuit, ne prædicatores contra fratres

Minores, aut Minores contra fratres Prædicatores in locis, vbi exercent Inquisitionis Officium procederent. Inde Verò annis aliquot interiectis Innocentius 8. omnibus Inquisitoribus interdixit, ne contra fratres Minores quomodolibet procedere, vel inquirere auderent; vt patet in litteris Apostolicis de hac re conscriptis, & relatis in libro, cui titulus est. Fundamentum trium Ordinum Beati Francisci. Verùm cum ex his immunitatibus manifesta quandoque in fidem pericula sequerentur, posteriores Pōtifices, valde salubriter omnes Religiosos alias exemptos in causa fidei (sicut olim) Inquisitoribus hæreticæ pravitatis subiecerunt: vt Clemens 7. rescriptō intip. Cum sicut relato in bullario litterarum Apostolicarum, pro officio S. Inquis. in fine huius operis. Et Pius Papa 4. rescripto incipien. Pastoris eterni, quod est etiam impressum in bullario literarum Apostolicarum in fine directorij. In nonnullis religionibus ordo præscribitur, qui seruari debeat in fratribus hæreticis, aut suspectis denunciandis: nam vt alias omittam, in constitutionibus fratrum B. Mariæ Seruorum in rubr. de prædicatoribus, cap. 251. & in rubr. de visitator. cap. 30. de hac cauetur, & postremi loci verba ita habent. Si qui fratres de fide suspecti inueniantur, vel libros habeant ab indice prohibitos Prior cōuentus Prouinciali, & Prouincialis generali, & generalis Sanctissimo Officio Inquisitionis denunciat. Hæc ibi. Sed vt hic circuitus euitetur, vbi commodè superiora obseruari non poterunt, ne causa fidei differatur, solus Prior poterit denunciare, aut eo absente alius, alius loco eius. Tametsi verò in prȩcitato rescripto Pij 4. contineatur, vt Inquisitores

possint in hac causa procedere contra quoslibet Religiosos exemptos dummodò à suis superioribus non fuerint præuenti: vnde consequitur non obscurè posse Religiosos contra fidem delinquentes, si eorum superiores iudicium, & causam præoccupent: ab eisdem suis superioribus iudicari: nihilominus tamen quo ad hanc partem illa extrauagans non videtur fuisse in vsu recepta; & quamquam aliquando recepta fuerit, nunc sancti Tribunalis, stilus, & consuetudo contrarium obseruat. Nulli enim superiores audent suos subditos Religiosos in hac causa iudicare, aut punire, sed protinus ad S. Officium causam deferunt: nec aliud agentes bene faciunt. Iustissimè verò atque rectissimè huius causæ cognitio contra quoscunque à cæteris abdicata est, & ad solos Inquisitores, siue delegatos, siue ordinarios delata. Nam in horum Tribunali magis iuridicè cuncta geruntur & cum maiori secreto: & cùm ex quotidiana experientia notos habeant hæreticorum mores: melius intelligunt modum, & ordinem interrogandi, examinandi, & conuincendi reos, quàm quilibet alij Religionum superiores, qui, tametsi essent vtriusq; iuris peritissimi, tamen ob non frequentatum hunc iudicandi morem non possent ita diligèter processus fabricare sicut iudices fidei suo tribunali. Ac ob has quidem, & alias causas fortasse grauiores, quas prudens omitto, non debent contra suos subditos procedere. Hactenus Pegna. Imo & circa hos superiores Religionũ addimus ex Nauarro consil. 1. in tit. de hæret. vbi dicit. quòd nulla consuetudine, nullóue priuilegio prædictis superioribus data est facultas cognoscendi de hæresi, & eam puniendi; imo per

consuetudinem longissimi temporis talis potestas videtur reseruata Episcopis, & Inquisitoribus. Hæc ille. Et hodie habemus constitutionem Pauli 5. Pontificis.

ROMANVS Pontifex ea interdum, quæ à prædecessoribus suis temporum & rerum qualitate id tunc exposcente, prouide pro hæresum extirpatione sancita sunt nouis emergentibus rationibus reuocat & immutat, al áqua desuper disponit & ordinat, prout in domino salubriter conspicit expedire.

Dum siquidem fel. rec. Pius papa quartus prædecessor noster sua perpetuo valitura constitutione, statuit ordinauit & declarauit, quod ex tunc deinceps in omnibus Christiani orbis partibus Inquisitores hæreticæ prauitatis tam generales quam in quibusuis prouincijs, Ciuitatibus, oppidis, terris & locis pro tempore deputati particulares, contra omnes quorumcunque Ordinum etiam exemptorum, etiam mendicãtium professores, & religiosos, ac etiam alios quoscunque quouis modo priuilegiatos & exemptos, de hæresis crimine quomodolibet suspectos aut culpabiles, dummodo ab eorundem professorum & religiosorum superioribus vel prælatis in causis huiusmodi præuenti non fuissent, iuxta facultates Officij Inquisitionis ipsius prauitatis inquirere

& procedere, ac culpabiles & delinquentes repertos ſecundum canonicas ſanctiones caſtigare atque punire poſſent & valerent, ac alias prout in litteris ipſius Pij prædeceſſoris latius continetur.

Cum autem verum vſu compertum ſit, occaſione præuentionum huiuſmodi nonnulla interdum impedimenta orta eſſe, quo minus cauſæ huiuſmodi ea qua decet diligentia cognoſcantur, nos de conſilio Venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, contra hæreticam prauitatem generalium Inquiſitorum eſſe illa de medio tollere volentes, motu proprio & ex certa ſcientia noſtra ac matura deliberatione, hac noſtra etiam perpetuo valitura Conſtitutione omnia & quæcunque priuilegia, indulta, facultates & conceſſiones generalibus, ſuperioribus & Prælatis quorumcunque ordinum, ſiue medicãtium ſiue clericorum regularium, cuiuſuis Ordinis & inſtituti, etiã in dicta conſtitutione non expreſſorum, & quantumuis exemptorum, & quocunque nomine nuncupentur, per dictum Pium, ac quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam conceſſa, approbata, & innouata, & quantumuis etiam longiſſimo tempore obſeruata cauſas ad dictum officium quouis modo ſpectantes, cognoſcendi, & terminandi, ſeu in illis quoquo modo ſe intromittendi, quorum omnium & ſingulorum tenores, etiam ſi de illis ſpecialis & expreſſa mentio habenda eſſet, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuo caſſamus, reuocamus, & abolemus, ipſiſque generalibus, ſuperioribus, & prælatis,

vt de cætero quouis quæſito colore, vel prætextu præuentionis, vel conſuetudinis, & præſcriptionis immemorabilis, ſeu cognoſcendi, an delationes huiuſmodi calumnioſæ ſint, nec ne in eiſdem cauſis, tam motis quam mouendis, quoquo modo ſe intromittere, ſeu immiſcere, denuntiationes recipere, teſtes examinare, proceſſus conficere, cauſas ipſas cognoſcere, definire, vel terminare minimè audeant, ſeu præſumant, ſimili auctoritate diſtrictius inhibemus.

Volentes, & expreſsè mandantes, vt ipſi religioſi poſſint, & debeant omnes, etiam ordinum huiuſmodi profeſſores de hæreſi ſuſpectos, Inquiſitoribus vel ordinarijs locorum vicinioribus libere denuntiare, abſque eo quod ſuperiores prædicti perſonas denuntiandas, & cauſas perquirere, definere, vel quoquo modo id impedire, vel retardare audeant ſeu præſumant.

Inſuper omnes, & quaſcunque cauſas id dictum officium quomodolibet ſpectantes & pertinentes, coram generalibus, ſuperioribus, & prælatis huiuſmodi in quibuſcunque locis exiſtentibus, ac contra quoſcunque religioſos, vt præfertur exemptos motas & pendentes, ad nos harum ſerie auocamus, eaſque omnes in ſtatu & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, ipſius prauitatis Inquiſitoribus vel ordinarijs locorum vicinioribus terminandas committimus.

Præterea ipſis generalibus, ſuperioribus, & prælatis pari authoritate præcipimus atque mandamus, vt omnes proceſſus & acta cauſarum huiuſmodi Inquiſitoribus ſeu ordinarijs prædictis reſpectiuè re-

mittant, & consignent; nec non professores, fratres, & religiosos supradictos, quos hæresis labe infectos vel suspectos, etiam in visitatione esse nouerint, absque alia consultatione cum proprijs superioribus facienda, eisdem Inquisitoribus vel ordinarijs locorum vicinoribus respectiue denuntient.

Quod si generales, alijque prędicti præsentibus litteris nō paruerint, eos omnes priuationis quarumcunque dignitatum, seu prælaturarum, vel officiorum suorum ordinum, ac vocis actiuæ & passiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eosdem, nec non contra fautores hæreticorum, & impeditores officij statutas & inflictas pœnas, aliasque censuras Ecclesiasticas etiam excommunicationis maioris latæ sententię, à qua non nisi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipso incurrisse.

Necnon præsentes litteras, licet generales superiores, & prælati prædicti, aut quicunque alij quauis auctoritate dignitate vel officio, seu honore fulgentes in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, semper & perpetuo validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, sicque per quoscunque iudices & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiri debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate, scienter vel

ignoranter contigerit attentari, decernimus & declaramus.

Non obstantibus prædicta, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non ordinum, & institutorum quorumcunque iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis & litteris Apostolicis, etiam mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis, eisdem ordinibus eorumque generalibus, superioribus, & prælatis, ac personis, etiam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sedē prædictam, & per nos quouis modo concessis, confirmatis & iteratis vicibus, approbatis, & innouatis, quibus ac alijs omnibus, quæ præsentibus quomomodolibet obstare possent etiamsi de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica & expressa, ac indiuidua & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores pro plene & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Vt autem præsentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, neue aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas se excusare valeat, illas in valuis Sancti Ioannis Lateranensis, & principis Apostolorum Basilicarum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, ac acie campi florę de more affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa demique

ac poſt publicationem huiuſmodi omnes & ſingulos quos concernunt, & concernent in futurum perinde arctent & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Quodque earum tranſumptis etiam impreſſis, notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, ſeu perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eandem prorſus fidem in iudicio & extra, vbique gẽtium & locorum adhiberi volumus & mãdamus, quæ eiſdem originalibus litteris adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ, & nihilhominus vt in primis proximis futuris capitulis, ſeu congregationibus, prouincialibus vel generalibus cuiuſcunque prouincię, tàm in Italia quàm extra præſentes noſtras litteras legi, & publicari faciant, & procurent.

Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1606. Calend. Septemb. Pont. noſtrianno 2.

ANno à natiuitate D. N. Ieſu Chriſti 1606. *indictione 4. Pont. autem ſanctiſſ. in* Chriſto *Patris, & D. N. D. Pauli diuina Prouidentia Papæ V. anno 2. die vero tertia menſis Octob. ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ, affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, Principis Apoſt. de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie campi floræ, vt moris eſt, per me Io. Baptiſtam Menochium, eiuſdẽ ſanctiſſ. D. N. Papæ & ſanctiſſimæ Inquiſ. Curſorem.*

1. Notant præterea Franc. Pegna. citato. & post eum Flo. Cherubinus ad bullam prædictam Romanus Pontifex scholio 2. quod licet Inquisitor possit contra generales ordinum de hęresi suspectos procedere, de facili tamen non debeat, sed rem Inquisitoribus generalibus renunciet, qui causa cognita optimè decernant quid facto sit opus.

2. Quęritur vtrum possit Episcopus contra Inquisitorem suspectum de hęresi procedere, & vicissim? Respondetur ex Eymerico in 3. part. direct. quæst. 27. & suo Commentatore Pegna ibidem comment. 76. & quæst. 30. nec non comment. 79. quod neuter in alterum potest: Inquisitor enim non inquirat in Episcopum, cùm Episcopalis dignitatis magnum sit priuilegium, cui semper plurimum tributum est. Et tradit Gondissal. tract. de hæret. quæst. 7. num. 15. Simancas catholic. institut tit. 25. num. 7. & 8. Repertor. & Inquisitorum, verbo Episcopus. §. ad secundum. Carrer. tract. de hæret. num. 74. versic. prohibentur autem tales. & alij communiter. Contra vero in extrauaganti Cum Matthæus de hæret. de Inquisitoribus est sermo, vt pote de officialibus summi Pontificis, sicut de Episcopis: Quare sicut Episcopis plurimum in hac re defertur propter priuilegiũ Episcopalis dignitatis: ita & Inquisitoribus plurimũ deferri debet, propter reuerantiam Sedis Apostolicæ, cuius sunt officiales, & propter summi Pontificis eminentem honorem, cuius personam Inquisitores repręsentant.

3. An potest Inquisitor procedere contra sacerdotes? Respondetur similiter quod sic, vt habetur in

cap. Accusatus §. Sacerdotes extra de hæreticis, prudenter tamen ad actus iudiciales, capturam scilicet, & publicam pœnitentiam procedat, tùm ob prærogatiuam ordinis Sacerdotalis, tùm quia laici, quos infestos esse clericis jurà, & experientia testantur. cap. laicos & cap. laici. in accusatione 2. quæst. 7. magnopere lætãtur in peccatis, & punitione eorum, & tales esse cæteros facilè & suspicantur, & iactitant. Cum tamen in hac causa de eorum crimine constiterit, quod facilè excusationem non admittat, actius & seuerius quàm laici puniendi sunt, argumento textus in cap. Accusatus §. Sacerdotes versic. religiosi de hæret. lib. 6 & id vult. And. Tiraquellus tract. de pœnis temperandis, & remittendis, causa 31. nu. 25.

4. Quæritur vtrum Vigore constitutionis prętactę Alexandri 4. possit Inquisitor procedere contra Reges, & omnes laicos indistinctè? Respondetur quòd aduersus quoscunque quauis authoritate decoratos procedere potest: si enim potest contra exemptos multo magis cõtra quoslibet non exemptos: vt patet in cap. Vt officium §. denique de hæret. lib. 6. & ex litteris Vrbani, & Clementis 4. Præ cunctis, Tutius tamen est cùm procedendum est contra Reges, & Regulares personas de hęresi suspectas, vt summus Pontifex consulatur, cuius arbitrio, & modo ab eo præscripto aduersus eas procedatur. Vt docet Ioan. Andreas in cap. Inquisitores. de hæret. lib. 6. Geminian. ibidem versic. quæro an indistinctè, & Philip. Franchus circa finem cap. versic. Et dicit Ioan. And. Personæ verò Regales sunt Principes, Duces, Marchiones, & similes, Regum Consiliarij & Senatores, Potentes, Barones, ciuitatum magi-

ſtratus, vt Gubernatores, Poteſtates, Conſules, & ſimiles. In quos ſi vellent Inquiſitores animaduertere facilè impedirentur, præſertim in locis ſuſpectis, & vbi Inquiſitores ſùt pauperes & imbelles. Eripit ergo ab animaduerſione Inquiſitoris pauperis ſcilicet, & imbellis, nimia poteſtas ipſas perſonas regales, non quòd tamen de iure, aut decretis eximantur. Abundante tamen, & augeſcente hæreticorum multitudine, ita vt fideles corrumpantur, Inquiſitores in publicum prodire debent, & audacter prædicare, licet cum imminenti periculo, vt nutantes in fide confirment: quo caſu neceſſaria eſt in Inquiſitore, Theologiæ cognitio.

5. Quæritur an Inquiſitor prohibere poſſit laicis de fide diſputare, vel diſputantes excommunicare, vel alias procedere? Reſpondetur quod ſic, cum tales laici ſint excommunicandi. in cap. Quicunque de hæret. lib. 6. §. inhibemus vbi ſic dicitur. Inhibemus quoque, ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè, vel priuatim de fide Catholica diſputare: qui verò contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Quæ eadem verba ſunt in priuilegio Alexandri 4. Nouerit Vniuerſitas. Ita loquuntur communiter Doctores in dict. cap. Quicunque & præter a D. Thomas 2. 2. quæſt. 10. art. 7. Alphonſus à Caſtro lib. 1. cap. 19. de iuſta hæret. punitione Conradus Brunus lib. 3. de heret. cap. 1. 13. & ſeq. Card. Caietan. apud D. Thomam 1. citat. Eymeric. 1. part. direct. quæſt. 10. ibidem Pegna comm. 25. & tertia part. quæſt. 38. & ibidem Pegna com. 87. Martinus Becanus tract. 1. tom. poſter. par. 2. Theol. cap. 15. q. 7. An verò in dicto cap. Quicunque, & c. cum ex

iniuncto,& c. ſicut de hær. l. nemo. C. de ſum. Trin. inhibetur omnibus laicis, ſiue priuatim, ſiue publicè diſputare de fide? probabilius eſt quod ſic, vt vult Albertinus tract. de cognoſc. aſſert. quæſt. 13. nu. 5. & ſeq. Pegna in 1. part. direct. comm. 25. verſic. Albertinus autem. Nauarr. & alij citati à Sanchio nu. 5. Becanus ibidem & Caietan. ibidem; Qui putat inhiberi omnibus laicis hanc diſputationem, nõ vt laicis, ſed vt illiteratis circa res fidei, quia vt plurimum tales ſunt; leges enim feruntur de ijs, quę communiter contingere ſolent. l. non ad ea. ff. de legibus, quare hanc legẽ inhibitionis ſeruare tenentur. Albertinus verò cum Pegna cenſet prohiberi hoc laicis, non qua communiter illiteratis, ſed qua laicis; nam lex fertur de laicis, at ſiue docti ſiue indocti ſemper ſunt laici: & ſicut iura prohibẽt laicis etiam literatis prędicare, in cap. cum ex iniuncto, prohibent etiam eiſdem de fide catholica diſputare, quæ ſententia, vt cum Peg. loquar de iure verior mihi videtur: ſerias enim vel cum hæreticis, vel inter Catholicos ad diſcernendum aliquid, quod ad fidem pertineat diſputationes de rebus ſacris & Eccleſiaſticis duxerim eſſe tranſigendas cum Pegna: licet diſputationem non ſeriam, ſed fictam honoris ſcilicet, & exercitationis cauſa, laicis nõ inhibere optimè admoneat Caietan. citato. Vbi tamen eſt extrema neceſſitas, & vtilitas, vt poteſt quis hæreticus, fideles peruerteret, & nullus clericus adeſſet, qui poſſet illi reſiſtere, tũc laico ſufficienter in fide docto liceret diſputare ſerio, & ex officio charitatis incumbere, vt poſt Pegnam, Valentiam, & Sanchium vult Becanus.

6. An poteſt Inquiſitor procedere contra eos, qui in ſua

in sua prouincia deliquerunt, & ad aliam se transtulerunt, item contra eos, qui cum alibi deliquerint, in sua prouincia nunc morantur? Respondetur quod sic ex cap. vt commissi. in principio, & cap. cum cõtumacia de hæret. lib. 6. & literis Clement. & Vrbani 4. Præcunctis quæ literæ fusiùs explicantur in Concil. Narbon. cap. 19. 20. & 21. vbiq; enim hæreticus capi potest, & puniri Bald. in l. etsi excepta. C. de malef. & Mathe. Cardinal. in Clement. 2. §. deniq; q. 9. de re iud. Carrer. tract. de hæret. num. 153. item quia hæreticus Socin. regula 220. incipien. delicta extra territorium. in prima fallentia. Iacòb de Rauenna in l. 1. C. de sum. Trin. & fid. Cath. gloss. in cap. vt commissi de hæret. lib. 6. verbo, procedendi. Repertor. Inquis. verbo, absens. Simancas Cathol. instut. tit 2. num. 12.

TEXTVS XX.

------ Et procedendi.

PRACTICAM procedendi in sacro Inquisitionis prætorio luculenter & copiosè prosecutus est præ cæteris Nicol. Eymericus in direct. Inquis. part. 3. Si quid in ea Inquisitorum vsus non recepit, in commentarijs suis non recepit, in commentarijs suis indicauit ibid. Regna demonstrans

vbique quid aut fieri oporteat, aut non conueniat, Res ergo hæc inde petenda erit: placet tamen pro compendio hic referre praxim, quàm exhibet in lucerna Inquisitorum Bernard. Comen. ver. practica his verbis.

Practica est optima procedendi in negotio Inquisitionis, secundum dominum Card. Zab. dicentem, quòd vult tu è prosequi sic procedat: si aliquis est diffamatus uel suspectus de hæresi, debet eum citare, & examinare, & si confitetur, bene: si autem nõ confitetur, debet eum in tuto carcere custodire, & potest etiam in compedibus ponere, vt in Clem. 1. eod. tit. & inquirere: Inquisitione autem perfecta, aut planè probatum est, aut semiplenè, aut nullomodo: Si plenè probatum est, omnia bona hæretici sunt confiscata eod. tit. vergentis, &c. excommunicamus, & cap. cùm secundum leges, eod. tit. lib. 6.

Et si voluerit redire, debet abiurare hæresim, quo facto, restituentur ei bona dicto cap. vergentis in principio, & ponetur in perpetuo carcere ad pœnitentiam, sed hodie possunt Inquisitores hanc pœnam mitigare sicut eis videbitur, eod. tit. vt commissi. §. & illorum, lib. 6. & si post abiurationem recidiuauerit vel si à principio ad fidem redire noluerit, vel pœnitentiam iniunctam non adimpleuerit, tanquam relapsus tradetur curiæ sæculari eod. tit. ad abolendam & cap. excommunicamus, de verbo signifi. Nouimus.

Si autem semiplenè probata est hæresis, puta per vnum testem, vel per grauem infamiam, & ipse negat, debet subijci tormentis, dicta Clem. 1. §. duro, nam istud crimen grauius est crimine lesæ maiestatis,

dicto cap. vergentis. in quo ſubijcitur reus tormentis. C. ad l. Iul. maie. l. 3. & l. nullus. fortius ergo in hæreſi facit 6. q. 1. §. verum. vbi crimen læſæ maieſtatis æquiparatur ſimoniæ & hæreſi.

Item creditur vni reuelanti inſidias factas eſſe Principi, ſeu conſpirationem, & idem de crimine læſæ maiſtatis 79. diſt. ſi quis Papa, & dicto §. verum. No at Specul. de teſti §. teſtat. verſ. 21. alias verſi hoc tamen fallit, & facit quod idem notat de præſumptio. §. fina. verſ. & idem eſt.

Item in capitalibus & atrocibus aliter veritas haberi non poteſt niſi per tormenta ff. de quæſt. l. 1. & 5. qu. 5. illi qui depoſit. c. 1. & crimen hæreſis eſt pluſquam capitale. Hæc tamen tormenta humaniter per iudicem temperanda ſunt, vt de his dixi in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. & ſi per tormenta confitetur, non tamen poſt depoſitionem tormẽtorum perſiſtit, non nocet ff. de confeſſ. lib. 1. §. diuus. Si autem perſiſtat, puniendus eſt, vt proximè dictum eſt. Et 2. q. 1. nos in quemquam. Sed ſi confitetur, vel non perſiſtit in confeſſione, ſi de hoc eſt grauiter diffamatus, iudicetur ſibi purgatio de purgat. cano. cap. inter. in qua ſi defecerit, punietur vt dictum eſt.

Sed ſi purgauerit, & eſt vehementer diffamatus, vel ſuſpectus, poteſt ei imponi temporalis pœna dict. cap. inter. de præſum. literas, in fi. Sed ſi leuiter eſt ſuſpectus vel diffamatus, nec pertinaciter in errore perſiſtit, non punietur temporali pœna, ſed poteſt imponi pœnitentia cap. accuſatus. §. ſi vero lib. 6.

Debet tamen ſuſpectus de hæreſi ſiue leuiter, ſiue vehementer abiurare hæreſim, in quam ſi poſtea in-

cidit pro relapso habetur, si suspicio fuit vehemens, dict. cap. accusatus in prin. Si autem suspicio fuit leuis, non habetur pro relapso, licet sit grauiter puniendus eo. cap. in prin verſ. si. autem.

Ex his infert Matthæus contra quosdam Inquisitores, qui ab his contra quos probatum est de hæresi, exigunt pecuniam, & processum delent, quod facientes incidunt, in pœnam Clem. 2. de hæret. verſ. Inquisitoribus.

Si autem nullomodo probatum est de hæresi, quid iuris non prosequitur Matthæus nec expedit, quia reus tunc debet absolui sine difficultate. de fi. initr C. inter. Hæc omnia Card. Zabar. in Clem. ex graui de vsur. §. Sanè quæs. 22. hanc practicam præcisè ponit etiam Ioann. de Imola supra dict. Clem. ex graui. super gloss. vt hæc comensis.

Notat præterea Pegna in 1. part. disputationis de auctoritate extrauagantium supra impressa. num. 12. Inquisitores particulares debere quantum possunt exactè sequi & seruare stylum Inquisitionis generalis Romanæ: quod rectè probatur & eo quod delegatus debeat sapere naturam delegantis.

Et quia posset aliquando contingere quod aut Vicarius Inquisitoris, aut ipse etiam recusaretur in iudicem: de hac materia videndi erunt Eymeric. 3. p. direct. num. 120. Comensis in Lucerna verbo recusatio, & Pegna vtrobique Ioannes Rojas in singularibus fidei, sing. 100. incipien. Inquisitores non possunt. Simancas Cathol. institit. tit. 17. nu. 51. & 52. Panormitan in c. cum speciali. de appellatio. in c. inter monasterium. de re iudic. Hostiensis in sum. tit. de recusatio. Iacob Menochius lib. 1. de arbitrarijs

iudicum. q. 37. num. 40. Locatus in iudiciali, verbo Inquisitus, num. 2. Iacob. Laurent. in tract. de iudice suspecto, cap. num. 9. Farinac. de hæresi q. 158. §. 15. nu. 236. Est autem recusatio, ex Hostiensi, ob iustam causam suspicionis contra iudicem propositam, audientiæ eiusdem iudicis declinatio canonicè allegata. Quæ secundùm veriorem doctorum & ipsius Instructionis Madrilianæ anno Domini 1561. cap. 52. in causa hæresis licet rarò & ferè nunquam contingere debet; quando quidem iudex hæreticæ pravitatis grauissimus, æquissimus, probatissimus, & prudentissimus eligi præsumatur. In dicta porro definitione ponitur iusta causa, quia non valet frustratoria: has istas causas vide apud Hostiensem cit. Ioan. And. in c. legitima de appellatio. lib. 6. Panormit. in c. cum speciali cit. Has verò omnes ferè reducit Eymeric. cit. ad duas: scilicet, aut quia iudex reum non seruato iuris ordine aggrauauit; aut qnia eius est inimicus. Inimicitia autem illa iuxta doctrinam Speculat. Ioan. And. & Franc. Pegnæ cit. debet esse aut capitalis, aut saltem grauis: cuius sexdecim affert causas super q. 67. 3. p. direct. Quomodocunque autem contingat recusatio decentius & honestius est ne iudicium eludatur, & negotium Catholicæ fidei deferatur, vtque occasio omnis leuis recusationis auferatur, vt nulli arbitri eligantur: sed causa recusationis, à vicario ad Inquisitorem, ab Inquisitore ad Supremum Senatum, est remittenda: nec tamen propter ea prohibetur Inquisitor, ne iudicet per friuolas & leues recusationis causas. Ad quod facit optimè Madriliana instructio præcit. His ver-

TEXTVS XXI

------ Ac præcedentibus legitimis indicijs eos comprehendi, atque carceribus mancipari.

NTEQVAM quis capiatur, debent haberi indicia criminis pro quo capitur cum index nequeat occultam colligere, malitiam niſi ſignis exterioribus. Rurſus omnis hæreſis & hæreticus deprehenditur verbis aut factis, & quomodo verbis deprehendatur per ſe patet, & explicat præterea Albertin. tract. de agnoſc. aſſert. q. 30. per tot. vbi affert. 17. modos, quibus hæreticorum pertinacia conuincatur. Ex factis vero difficilius eſt cognoſcere hęreticum, Apoſtatam ſuſpectum leuiter vel vehementer, de quibus vide text. noſt. de hæret, Apoſtatis & ſuſpectis. Indicijs ſi quidem crimina probantur, vt ait Oſtenſis in gloſſ. ad cap. excommunicamus. §. volumus. Sed huiuſmodi indicia, quæ ad bonum retorqueri, non poſſunt, nec ad aliud niſi ad iſtud quod expreſsè indicant, pro probationibus ſunt habenda ex gloſſ. Archidiac in cap. quicunque

de hæret. in 6. Et indiciorum exemplum reo est dandum, & dilatio concedenda vt se purgare possit. Ad hæc quod indicia plura vehementia sufficiant ad torturam vide Eymeric. 3. part. direct. q. 61. & Pegnam ibid. comm. 110. Rei autem cauilloſi ſuum crimen fallacijs decem tentant occultare vt imalida reddantur indicia. Prima fallacia, quam exercent hæreticales perſonæ quando examinantur eſt, quando reſpondent per verborum æquiuocationem. Vt ſi interrogentur de corpore Chriſti vero, & reſpondeant de myſtico. Secunda per conditionis adiectionem vt ſi interrogetur, Credis carnis reſurrectionem? Et reſpondeat ſi Deus vult intelligendo quod hoc Deus non vult, vt ipſe credat. Tertia per interrogationis retortionem, vt ſi interrogetur, Credis in Spiritum Sanctum? & reſpondeat, & quomodo vos creditis, vel credo quod vos creditis, non tamen quod ipſe ſic credat. Quarta per fictam admirationem, vt ſi interrogetur, Credis tu in Deum? & reſpondeat, O bone Deus quare me interrogatis de iſtis creditis quod ſim paganus, vel ſic quid aliud crederem nonne ita debeo credere, intelligendo quod non debeat. Quinta per tergiuerſationem, vt ſi interrogetur de vna re & reſpondeat de alia. Sexta per digreſſionem à propoſito, vt ſi interrogetur credis quòd Chriſtus poſt mortem deſcendit ad inferos? & reſpondeat, O Domine, quàm amarem mortem ſuſtinuit Chriſtus, quàm ſæpe debemus in mente habere, quòd ego non facio, quia habeo mihi quærere victum, &c. Septima per ſui iuſtificationem, vt ſi interrogetur de fide, & reſpondeat pro Deo non me ponatis in iſtis quia ponueretis me in periculo & dubita-

tione de fide, qui in ſimplicitate mea ſeruio Deo, &c. Octaua per fictam corporis debilitationem, quàm præcipuè mulieres prætexunt dicentes ſe frequenter pati muliebrem paſſionem, vt ſi interrogatur de fide, & dicat ego ſum valde debilis capite, nec poſſum amplius ſuſtinere. Nona per fatuitatis & imprudentiæ ſimulationem. Decima per palliatæ ſanctitatis conuerſationem. Et ſi videat Inquiſitor, inquit Eymeric. 3. part. direct. in modo interrogandi reum, quòd plenè de hæreſi eſt conuictus per teſtes vel cõfeſſione propria deprehenſus: vel negat, ſed eſt conuictus vel multus ſuſpectus, capi eum faciat & includi ad cuſtodiam ne euadat, in carcere proprio, ſi habeat; vel in palatio Epiſcopali communi &c. Ergo poteſtne Inquiſitor habere carceres proprios? primò quòd poſſit habere cummunes cum Epiſcopo apertè probat text. Clem. 1. de hæret § Sanè quia circa cuſtodiam carcerum hæreticalium qui muri in quibuſdam partibus vulgariter nuncupantur: multas fraudes dudum intelleximus perpetratas. Nos volentes ſuper hoc prouidere, ſtatuimus vt quilibet talis carcer vel murus, quem de cætero Epiſcopo & Inquiſitori prædictis volumus fore communem, duos cuſtodes habeat principales diſcretos, induſtrioſos & fideles, vnum quem volet Epiſcopus & providebit eidem: alium de quo voluerit Inquiſitor cui etiam prouidebit: & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum & fidum poterit habere miniſtrum. In quolibet etiam conclaui eiuſdem carceris ſiue muri erunt duæ claues diuerſæ; quarum vnam vnus, aliam alius tenebit prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi quæ incarceratis fuerint

miniſtranda, ſuo poterit committere vel ſubdelegare miniſtro.

Secundo quod Inquiſitor poſſit habere carceres proprios, probat excommuni omnium doctrina Bernard. comen. in Lucer. Inquiſitor. ver. carceres. his verbis. Carceres proprios qui ſint ad cuſtodiam & non ad pœnam poſſunt habere per ſe Inquiſitores: quod probatur tum quia per Clem. 1. de hæret. §. Et quia ſæpe. Et Epiſcopus poteſt habere carceres proprios, ergo à fortiori Inquiſitor, cuius iuriſdictio eſt maior, cùm ſit delegatus: tum quia officiales & rectores locorum tenentur facere conduci tales ſuſpectas & peſtiferas perſonas in carcerem Epiſcoporum aut ipſorum Inquiſitorum vt patet. cap. vt Inquiſitionis eo tit. lib. 6. Non ergo diceret in carcerem ipſorum Inquiſitorum, niſi poſſent proprios habere: tum quia Inquiſitor poteſt facere officium ſuum per ſe ſine Epiſcopo in qualibet parte prouincię ſibi commiſſæ, vt patet cap. vt officium eo tit. lib. 6. Quod non poſſet ſi deberent eſſe communes carceres. Poteſt ergo Inquiſitor habere carceres proprios ad cuſtodiam & non ad pœnam. Confirmat Dominus Card. Zab. in dict. Clem. 1. §. ſanè. Confirmat Ioan. de Imola in dict. Clem. 1. in ver. ſubdelegare. verſ. ſed aduerte. Idem tenet Petrus de Ancha in dict. Clem. 1.

Carceres qui ſecũndum dict. Clem. 1. debent eſſe communes & quorum cuſtodes debent eſſe duo, vnus quem volet Epiſcopus, & alter quem volet Inquiſitor, intelliguntur eſſe carceres qui ſunt ad pœnam, quando ſcilicet hæretici condemnãtur ad carceres ſiue perpetuos, ſiue ad tempus. Qui aliquan-

do dicuntur muri, vt patet dict. Clem. 1. §. Sanè. & in gloss. in ver. muri & cap. vt commissi. eo tit. lib. 6. Confirmat Dom. Card. Zab. in dict. Clem. 1. & dict. §. Sanè. 6. notabili. Idem tenet Ioan. de Imola in dict. Clem. 1. sup. dict. gloss. subdelegare. dict. vers. sed aduerte. hactenus Comensis. De hac carcerum materia copiosè agit cum Eymeric. 3. part. direct. q. 58. 59. Franc. Pegna, & Farinacius de hæresi q. 185. num. 8. & alij ab ipso citati. Cæterum dum rei traduntur carceribus, cauendum est ne tanta sit carceris asperitas, vt delinquentes horrore & malitia loci moriantur: quoniam tunc iudices fidei, qui hæc decreuerunt subire reos, irregulares fierent vt ait Laudinus & Card. Zab. in Clem. 1. de homicidio. Abb. in C. à nobis de Apostatis, & in C. qualiter & quando de accusat. tradit que locatus in opere iudiciali ver. Carer. num 6. Et de hac re singulare extat decretum in Concil. Biterrensi cap. 23. his verbis. Curetis tamen vt talibus immurandis fiant iuxta Sedis Apostolicæ ordinationem separatæ & occultæ camarulæ, sicut fieri poterit in singulis ciuitatibus diœcesum corruptarum, vt alterutrum, vel e, vel alios peruertere nequeant, & eos enormis rigor carcerum non extinguat. Et l. quoniam C. de custo. reorum. sexu dispares diuersa claustrorum habere tutamina iubeantur. Sit autem liber áccessus vxori ad virum immuratum, & è conuerso, ne cohabitatio denegetur eisdem, siue ambo immurati fuerint, siue alter, C. 25. Concilij Biterren.

TEXTVS XXII

------ Et prout iuris fuerit rigoroso examini subijci, & torqueri faciendi.

RECEPTA est torturæ praxis in sacro Tribunali Inquisitionis antequam tamen iudex illam decernat, debet formare exactas interrogationes, quarum hoc subijcimus exemplar ex Grillau. q. 7. num. 7. licet peculiare pro crimine maleficij. Interrogabit ergo iudex. Quid sit illa professio quam faciunt cum dæmone, & quibus modo ac ordine ad illam accedant, & quibus cæremonijs & solemnitatibus in ea vtãtur: ad quid se obligent dæmoni? sub qua forma verborum fiat ipsa obligatio? quæ sint ab eis seruanda & ad quæ tenentur? quæ præmia habeant & quæ habere sperent ab earum principe dæmone? ex quibus rebus simplicibus vel mixtis componant vnguenta, quibus liniant corpora sua, dum vadunt ad ludos? cum quibus etiam rebus faciant alia venefica maleficia? quem ordinem

teneant quando acceſſuræ ſunt ad ludos prædictos?. ſitne verum quod vadant corporaliter, vel illa ſit illuſio ſine viſio quædam in apparentia, in mente, & intellectu? caſu quo accedunt corporaliter an ambulent pedibus proprijs, vel deferantur, & quomodo, & per quem? Item quo modo & qualiter celebrent ſacrificia, offerant preces & munera dœmoni? item quæ ſint illis in præcipua obſeruantia in dicta profeſſione? & alia huiuſmodi. Ex qua & ſimili interrogatione cum habita fuerint plura indicia vehementia, debet reus & poteſt ſubijci tormentis, ſupponi quæſtionibus & tormentis per ſententiam interlocutoriam tenoris ſequentis.

Nos N. miſeratione diuina Epiſcopus, & frater N. Inquiſitor, &c.

Attendentes meritis proceſſus facti per nos contra te N. talis loci, talis diœceſis, diligenter examinatis, quod tu es varius in tuis confeſſionibus, & ſunt nihilominus indicia multa, quæ ſunt ſufficientia ad te exponendum quæſtionibus & tormentis: ea propter vt veritas ab ore tuo proprio habeatur, & vt deinceps aures iudicum non offendas: interloquendo declaramus, iudicamus & ſententiamus die præſenti, & hora tali, te ſupponendum tormentis, & quæſtionibus lata fuit hæc ſententia, &c.

Olim tamen in principio delegatæ Inquiſitionis, non videtur licuiſſe Inquiſitoribus reos torquere ob periculum incurrendæ irregularitatis, ſed tortura aduerſus hæreticos, aut ſuſpectos per iudices laicos exercebatur ex conſtitutione Innocentij 4. incipien. Ad extirpanda relata ſupra ad text. 6. Cæterum cum hinc ſecreta ſæpius in hac cauſa reuelarentur, & non

mediocria in fidem incommoda naſcerentur, commodius poſtea & ſalubrius viſum eſt ſtatuere, vt cum totum hoc crimen merè Eccleſiaſticum eſſet (ex cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus. de hæret. in ſexto lib. 5.) tota eius cognitio ac plena diſceptatio ad Inquiſitores pertineret: quæ cum fieri ſæpe non poſſit ſine quæſtionibus, ideò cautum eſt vt Inquiſitores & Epiſcopi poſſint, reos huius criminis torquere, iuxta cap. multorum. de hæret. in Clement. in principio. Et conceſſa eſt inſuper illis facultas, vt ſi contingeret quandoque irregularitatem, incurrere mutuo ſecum poſſent diſpenſare, vt patet ex reſcripto Vrbani 4. quod ſic habet.

Vt negotium fidei valeatis liberius promouere, vobis authoritate præſentium indulgemus, vt ſi vos & fratres veſtri Ordinis ſocios veſtros excommunicationis ſententiam, & irregularitatem incurrere, aliquibus caſibus ex humana fragilitate contingat: vel recolatis etiam incurriſſe: Quia propter iniunctum vobis officium ad Priores veſtros de leui, ſuper hoc recurrere non poteſtis; mutuo vos ſuper his abſoluere iuxta formam Eccleſiæ, & vobiſcum authoritate noſtra diſpenſare poſſitis, in caſibus, in quibus dictis Prioribus, vt dicitur, eſt ab Apoſtolica ſede conceſſum: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Montem Flaſconem 2. Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno primo.

ET cum hæc tortura ſit in praxi apud S. Officium de ea videnda ſunt breuiter quatuor, primo quomodo ſe habere debeat iudex ad torturam, ſecundo quãdo eſt torquendum, tertio quæ perſonæ ſunt torquendæ, quarto quando & quoties iteranda tortura.

Circa primum. Iudex debet eſſe diſcretus & prudens, vt ita torqueat vt tortum ſeruet incolumem vel innocentiæ, vel ſupplicio: nec eſſe debet facilis ad torturam præſertim ſi alia via leuiori poteſt haberi obiecti criminis veritas: licet in ſecretis & occultis criminibus debeat eſſe paulo facilior, cum in ijs procedatur ex coniecturis & præſumptionibus: Præterea debet arbitrari iudex vnde magis ſperat habere & citius veritatem, & ab illo ſumere initium, vt puta à magis ſuſpecto, vel à magis debili, à filio, à fœminis, &c. Quod ſi tortus dicit ſe nihil velle reuelare licet ſtaret per annos decem in torturis, non eſt tamen dimittendus, ſed cum temperie procedetur iuxta qualitatem eius: & ſi non confitebitur detinebitur in carcere.

Circa ſecundum. Non debet dari tortura, niſi hæc duo concurrant: primo quod veritas aliter haberi non poſſit: ſecundo quod præcedant aliqua indicia, ſeu præſumptiones, vel ſemiplenæ probationes. Quæ autem indicia ſufficiant ad inferendam torturam, non poteſt dari certa doctrina, ſed relinquitur arbitrio boni iudicis, qui ſecundum qualitatem perſonę, & delicti, ac ſuſpicionum iudicabit indicium eſſe ſufficiens & idoneum ad torturam vel non. Tamen vnus teſtis eſt ſufficiens indicium ad torturam ſecundum omnes: fama ſi eſt vehemens contra ali-

mediocria in fidem incommoda naſcerentur, commodius poſtea & ſalubrius viſum eſt ſtatuere, vt cum totum hoc crimen merè Eccleſiaſticum eſſet (ex cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus. de hæret. in ſexto lib. 5.) tota eius cognitio ac plena diſceptatio ad Inquiſitores pertineret: quæ cum fieri ſæpe non poſſit ſine quæſtionibus, ideò cautum eſt vt Inquiſitores & Epiſcopi poſſint, reos huius criminis torquere, iuxta cap. multorum. de hæret. in Clement. in principio. Et conceſſa eſt inſuper illis facultas, vt ſi contingeret quandoque irregularitatem, incurrere mutuo ſecum poſſent diſpenſare, vt patet ex reſcripto Vrbani 4. quod ſic habet.

Vt negotium fidei valeatis liberius promouere, vobis authoritate præſentium indulgemus, vt ſi vos & fratres veſtri Ordinis ſocios veſtros excommunicationis ſententiam, & irregularitatem incurrere, aliquibus caſibus ex humana fragilitate contingat: vel recolatis etiam incurriſſe: Quia propter iniunctum vobis officium ad Priores veſtros de leui, ſuper hoc recurrere non poteſtis; mutuo vos ſuper his abſoluere iuxta formam Eccleſiæ, & vobiſcum authoritate noſtra diſpenſare poſſitis, in caſibus, in quibus dictis Prioribus, vt dicitur, eſt ab Apoſtolica ſede conceſſum: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Montem Flaſconem 2. Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno primo.

ET cum hæc tortura ſit in praxi apud S. Officium de ea videnda ſunt breuiter quatuor, primo quomodo ſe habere debeat iudex ad torturam, ſecundo quãdo eſt torquendum, tertio quæ perſonæ ſunt torquendæ, quarto quando & quoties iteranda tortura.

Circa primum. Iudex debet eſſe diſcretus & prudens, vt ita torqueat vt tortum ſeruet incolumem vel innocentiæ, vel ſupplicio: nec eſſe debet facilis ad torturam præſertim ſi alia via leuiori poteſt haberi obiecti criminis veritas: licet in ſecretis & occultis criminibus debeat eſſe paulo facilior, cum in ijs procedatur ex coniecturis & preſumptionibus: Preterea debet arbitrari iudex vnde magis ſperat habere & citius veritatem, & ab illo ſumere initium, vt puta à magis ſuſpecto, vel à magis debili, à filio, à fœminis, &c. Quod ſi tortus dicit ſe nihil velle reuelare licet ſtaret per annos decem in torturis, non eſt tamen dimittendus, ſed cum temperie procedetur iuxta qualitatem eius: & ſi non confitebitur detinebitur in carcere.

Circa ſecundum. Non debet dari tortura, niſi hæc duo concurrant: primo quod veritas aliter haberi non poſſit: ſecundo quod præcedant aliqua indicia, ſeu præſumptiones, vel ſemiplenæ probationes. Quæ autem indicia ſufficiant ad inferendam torturam, non poteſt dari certa doctrina, ſed relinquitur arbitrio boni iudicis, qui ſecundum qualitatem perſonę, & delicti, ac ſuſpicionum iudicabit indicium eſſe ſufficiens & idoneum ad torturam vel non. Tamen vnus teſtis eſt ſufficiens indicium ad torturam ſecundum omnes: fama ſi eſt vehemens contra ali-

quem de aliquo crimine: fuga etiam cum alio indicio, ſcilicet publica voce & fama : confeſſio facta extra iudicium : Si cum fama eſt vnum aliud indicium : item ſuſpicio vel præſumptio ſunt indicia ſufficientia ad inferendam torturam : quæ verò præſumptio requiratur pendet ex arbitrio prudentis iudicis: tamen infamia eſt ſufficiens præſumptio ; item pauida, trepida, varians, & ſubterfugiens reſponſio rei coram iudice facta, vel minationes aliàs à reo factæ quibus poſſet aliquatenus ſcelus hæreſeos occultari, Item inculpatio ſociorum in caſibus in quibus poteſt quis de ſocijs interrogari.

Circa tertium. Nota quod etiam Clericus poteſt torqueri: & quia Magiſtratus, Doctor, miles & ſimiles in crimine læſæ maiſtatis poſſunt torqueri, à fortiori in crimine hæreſis : non debet tamen minor annis quatuordecim torqueri : licet aliter veritas ab eo nequeat extorqueri: nec ſenes ætatis decrepitæ ſunt torquendi, ſicut nec mulier prægans.

Circa quartum & vltimum. Nota quod eſt arbitrarium iudici repetere torturam quando prudenter iudicauerit reum nõ eſſe tortum ſufficienter pro robore corporis, vel tolerantia tormentorum, delictique immanitate. Item ſi noua oriantur indicia quæ differant à præcedentibus ſpecie: item quando reus non ratificat poſt tormenta, confeſſionem quam habuit in tormentis, quia tunc videtur confeſſus fuiſſe metu & vehementia tormentorum : Item quando reus dicit nunc vnum, & nunc aliud debet iterum torqueri vt videatur in quo dicto magis perſeueret. Plura hac de re vide apud Nicolaum Eymericum in tertia parte directorij q. 61 Franciſcum Pegnam ibid.

ibid. comment. 110. vide etiam eoſdem in eadem parte directorij in 3. modo terminandi proceſſum fidei Simancam Catholic. inſtitut. tit. 65. de tormentis Bernard. Comenſem in Lucerna Inquiſ. verbo Tortura. Vmbert. Locatum in iudicial. Inquiſ. verbo Tortura. Repertor. Inquiſit. verbo Probationes. Ioannem Rojam tract. de hæret. par. 2. num. 281. & ſeq. Petrum Binsfeldium in comment ad l. & ſi excepta C. de malefic. & mathemat. q. 1. concluſ. 1. & ſeq. Læl. Zecch. in ſumma. par. 1. tit. de fide rubr. de hæreſi. cap. 11. num. 14. Sprengerum in malleo malef. tertia par. q. 13. & 14. Martin. Del Rio de diſquiſit. mag. lib. 5. ſect. 9. per totam, & eod. lib in. 2. appendice q. 1. & ſeq. Farinacium de hæreſi quæſt. 185. §, 8. & criminaliſtas vbique fermè.

TEXTVS XXIII

----Et demùm ſeruatis ſeruandis.

QVIA ſingularia reijciuntur ab arte, & potius cadunt ſub experientiam, ideo omnia quæ debent ſeruari in proceſſibus Inquiſitorum in mille & mille caſibus diuerſis hic textus nequit dilucidare ſed ea arbitrio relinquntur iudicandis; qui omnes aut plurimas habebit in ſuo proceſſu perutiles cautelas &

praxes ex Nicolao Eymerico tertia part. directorij Inquisit. pag. mihi 508. vbi incipit tredecim modos processum in causa fidei debitè terminandi, in quibus multi postea eum sunt secuti ne verbis quidem mutatis, vt ait in præobseruatione ad eum locum Franc. Pegna. Et inter cæteros Iacob. Sprengerus in malleo malef. tertia part. à quæst. 20. vsque ad 34. Tabiensis in summa. verbo Inquisitor §. 12. num 13. & seq. & Vmbert. Locatus in fine sui operis iudicialis tit. de formulis in sancto Inquisitionis officio agendorum. Quare eo magis credendum est Eymerici doctrinam sanam esse, tutam, multaque niti prudentia & æquitate: quo grauiores eam transumpserunt authores: quam ipse ex Concilijs Tolosano, Biterrensi, & Narbonensi, atque consultationibus Guidonis fulcodij postea Pontificis collectam, redegit dictus noster Eymericus in absolutissimam & exactissimam methodum. Quæ quidem methodus omnino videnda est apud eundem iudici in hoc S. Inquisitionis officio deputato; cùm nostra breuitas eam hic esse inserendam non patiatur cum præterea videri possit & esse in trinio apud Sprengerum.

Quæri tamen posset an in negotijs fidei possit Inquisitor procedere summariè, simpliciter, de plano, & absque aduocatorum & iudiciorum strepitu? Et certum est quod sic ex cap. Statuta. de hæret. in 6. his verbis. Statuta quædam fœlicis recordationis Innocentij, Alexandri & Clementis Prædecessorum nostrorum quibusdam declaratis & additis recensentes; concedimus: quod in Inquisitionis hæreticæ prauitatis negotio procedi possit simplici-

ter, & de plano, & absque aduocatorum ac iudiciorum strepitu & figura. Quia autem hoc magnum est & singulare priuilegium, quod iudex non teneatur omnem ordinem iudiciarium seruare, ita vt si quid omissum fuerit ex ordine iuris, non propterea processus vitietur; vt pulchrè tradit gloss in d. c. statuta verbo, figura. dummodo tamen substantialia causæ & iudicij non omittantur: quia tunc processus vitiaretur: neque enim possunt negari appellationes ab interlocutoria, nec legitimæ defensiones, & similia, quæ à natura potius quàm à iure concedi omnibus videntur. Ideo non tantum iure sed etiam in suis bullis Romani Pontifices hoc largiti sunt priuilegium: Alexander 4. in bulla prius relata ad text. 9. incipien. Licet ex omnibus. Cuius meminerunt Oldradus consil 115. incipien. in iudicio Corneus cons. 315. lib. 2. & cæteris copiosius Gondissaluus tract. de hæret. quæst. 12. Eymericus 3. part. direct. quæst. 54. & ibi Pegna comment 103. comensis in Lucerna verbo, procedere. Ioann. Rojas in singul. fidei, singul. 145. incipien Ordo iudiciarius. vers. sed speciale est. & Farinacius de hæresi quæst. 185. num. 13. Quid verò sonent hæc verba summariè, simpliciter, de plano, licet fuerit olim multum controuersum: nunc tollitur omnis ambiguitas per cap. Sæpe. in Clemen. de verb. signic. vbi dicitur. Sæpe contingit, quod causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur: Nos autem dubitationem huiusmodi (quantumnobis est possibile) deci-

dere cupientes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui aliter causam committimus, necessario libellum non exigat, litisconteſtationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure procedere valeat: amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes, dilatorias & fruſtratorias repellendo partim aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrænando. Non ſic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ & defenſiones legitimæ admittantur. Citationem verò, ac præſtationem iuramenti de calumnia vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur per commiſſionem huiuſmodi intelligimus non excludi. Verum quod iuxta petitionis formam pronunciatio ſequi debet: pro parte agentis & etiam rei ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda: ſiue ſcriptis ſiue verbo: actis tamen continuò (vt ſuper quibus poſitiones & articuli formari debeant, poſſit haberi plenior certitudo, & vt fiat diffinitio clarior) inſerenda. Et quod poſitiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confeſſiones & articulos ad clariorem probationem vſus longæuus in cauſis admiſit. Nos vſum huiuſmodi obſeruari volentes; ſtatuimus vt iudex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum ſimul vtroſque terminum dare poſſit: & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes vti volunt in cauſa poſt dationem articulorum diem certam quandocunque ſibi videbi-

tur valeat assignare: eo saluo quod vbi remissionem fieri contingeret pro testibus producendis, possint etiam instrumenta produci assignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes siue ad earum instantiam siue ex officio vbicunque hoc æquitas suadebit. Sententiam vero diffinitiuam (citatis ad id licet non peremptorie partibus) in scriptis & (prout magis sibi placuerit) stans vel sedens proferat: etiam (si ei videbitur) conclusione non facta prout ex petitione & probatione & alijs actitatis in causa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis casibus in quibus per aliam constitutionem nostram vel alias procedi potest simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij volumus obseruari. Si tamen in præmissis casibus solemnis ordo iudiciarius in toto vel in parte non contradicentibus partibus obseruetur: non erit processus propter hoc irritus nec etiam irritandus. Data Auinione XIII Cal. Decembris, Pontificatus nostri Anno 2.

Totam hanc Inquisitionis procedendi methodum exactè ita seruauit in secta sortilegorum P. Martinus Delrio Disquis. Mag. lib. 5. & 6. per tot vt nihil illi addi posse videatur: sufficiat hæc indicasse non tractasse procedentibus nobis ab vlteriora pro nostro compendio.

TEXT. XXIV

------ Etiam per ſententiam de-ſuper canonicè ferendam.

POST perfectum & completum proceſſum, cauſamque debito iuris ordine ſeruato terminatam, duo poſtremo loco requiruntur ſententia definitiua, & executio eius ſeu rei iudicatæ. Circa ſententiam notandum vniuerſaliter eſt quòd ſententiam definitiuam iudex mutare non poſſit iuxta gloſſ. cap. Vt Commiſſi §. mutandi in 6. his verbis; ſi autem fuiſſet diffinitiua ſententia, commutare non poſſet iudex ff. de re iud. Paulus & l. acta §. 1. ſupra de offic. deleg. in litteris. Imo ſuper crimine hæreſis, non fertur noua ſententia, ſed iam per canones lata renouatur ex cap. Excommunicatus. Et ſic potius denuntiatur vel declaratur quàm promulgetur 24. quæſt. 1. c. 1. quicunque enim in hæreſim ſemel damnatam labitur, eius damnatione ſeipſum inuoluit. Et ratio eſt quia lex factum notat, etiam ſine ſententia, vt vbi nota-

tur per l. ff. de ritu nup. palam §. vlt. Ideoque debet ferri ſententia declaratoria ſuper dicto crimine : ſi tamen pronuntiaretur : non vitiaretur ſententia : vt patet ex notatis in cap. vt Inquiſitionis. vbi dicitur: quod ſententia requiritur: per quod negotium terminetur.

Deinde nota quod in crimine hæreſis nec iudex ſæcularis poſſit cognoſcere nec ſententiam pronuntiare ex cap. Vt Inquiſitionis §. prohibemus & gloſſ. dat rationem quia, iudex huius rei non eſt capax : & concordat de ſent. excommunic. ſi iudex. Nec valet ſententia lata à ſuo non iudice : cum non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit. de reg. iuris in 6. Ergo in contrarium allegetur conſuetudo ; quandoquidem Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi ibid. eod. tit.

Ad hæc debet ferri de conſilio peritorum iuxta cap. Statuſ §. iubemus de hæret in 6. his uerbis: iubemus, & infra ſiue Epiſcopus ſiue Inquiſitores proceſſerint, aliquibus alijs perſonis prouidis & honeſtis, iuriſque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totum proceſſum, ſuper quo deliberandum eſt, ſerioſe manifeſtari ac integraliter explicari, & de ipſorum conſilio ad ſententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur. Et quidem illi periti debent conſulere gratis iuxta gloſſ. Archidiac. in cap. vt commiſſi. de hæret. in 6. quia hic agitur de iuſtitia & veritate fidei, quam quilibet defendere tenetur, alias eſt proditor ipſius veritatis 11. quæſt. 3. Nolite tenere eos. & vbi tenetur quis ad aliquid, ſuis

ſumptibus illud debet excqui. Poſſunt tamen recipere oblata à iudice non petere.

Ferri debet etiam ſententia de die & non de nocte, niſi propter multitudinem reorum & prolixitatem proceſſuum contingeret (vt ait Pegna ad Comenſem verbo ſententia) quod tales ſententiæ condemnatoriæ de die pronuntiari non poſſent: nec propterea redderentur inualidæ. Imo etiam ſi ferretur abſolutè ſententia de nocte, valeret tamen: ſi pars præſens non exciperet nec appellaret, vt ait Comenſis ibid. ex Panormit. in cap conſuluit de offi. deleg. ſupra gloſſ. in verbo, tenebras. Melius tamen erit & ſecurius (dicit Pegna in 3. part. direct. de 4. modo terminandi, &c. & ad Comenſem verbo ſententia. ex inſtructione Madril.) propter alia pericula, quæ ob tenebras interuenire poſſunt, interdiu omnia abſoluere.

Præterea in ſcriptis ferri debet, & recitari, ne deinceps ex defectu ſcripturæ contingeret occultari veritatem ſemel propalatam, & in iudicio definitam. vt patet ex cap. Sæpe de verb. ſignific. in Clem. & gloſſ. ibid. vbi dicitur Sententiam vero diffinitiuam (citatis ad id licet non peremptoriè partibus) in ſcriptis: & (prout magis ſibi placuerit) ſtans vel ſedens proferat. ad quod facit Concilium Narbon. cap. 6. his verbis: Et de ſingulis fiant publica inſtrumenta continentia culpas, abiurationes, promiſſiones, & pœnitentias eorumdem, ne vlterius perire poſſit, vel latere veritas diu cælata: nunc autem à Domino tam mirabiliter quam miſericorditer reuelata.

Ergo ex dictis potest vel stando, vel sedendo sententiam proferre Inquisitor: vt etiam dicit Geminian. super cap. fin. de re iud. col. 1. & Comens. verbo sententia num. 9. Imo Inquisitor siue per se, siue par alium potest ferre sententiam. Vt est casus in cap. Vt commissi de hæret. in 6. vbi notant Ioan. And. Dominicus, & alij. tradit Conrad. Brunus lib. 4. de hæret. cap. 10. Rojas in singul. fidei, singul. 94. Geminian. in d. c. Vt commissi. Comensis in Lucerna, verbo sententia num. 9. & verbo Inquisitor. § 28. & Pegha in direct. 3. part. p. 528. quia Episcopi, vt dicit Gemi sententias possunt per alios, recitare, ergo Inquisitores.

TEXTVS XXV

——— Si innocentes ſeu non culpabiles reperti fuerint, in toto, vel ab inſtantia iudicij abſoluendi.

ABSOLVTIO impendenda eſt, quando vel reus obiecta crimina diluit, vel accuſator ea non probauit: nonnumquam id ab accuſatione tota quando nempe omnino conſtat reum verè eſſe & penitus innocentem: quod quando ſine vlla ſuſpicione in contrarium valeat in foro fori iudex ſecundum allegata & probata iudicans, certo & conſtanter ſcire vix vnquam & ne uix quidem conſtat. Quocirca caueatur quòd non ponatur in ſententia, quod ſit inſons, vel immunis, ſed quod non fuit probatum legitimè contra eum. Vnde ſi poſtmodum, temporis proceſſu iterum deferatur & legitimè probetur; poteſt non obſtante prędicta abſolutoria ſententia condemnari. Quod hic dico non ſolum de hæreticis, ſed de credentibus,

fautoribus, defenſoribus, fortalegis & alijs id genus, & id obſeruauerunt Tabienſ. in ſum. verbo Inquiſitor §. 12. num. 13. verſi. caueatur. Sprenger in malleo malefic. part. 3. cap. 20. Pegna cum Eymerico 3. part. direct. in 1. modo terminandi, &c. Verior ad hæc eſt ſententia de iure quod Inquiſitor diuiſim ſine Epiſcopo poſſit ferre ſententiam abſolutoriam ex Eymerico 3. part. direct. quæſt. 48. & Pegna ibi comment 97. & 2. part. cit. tamen contraria opinio eſt tutior vt coniunctim abſoluant Epiſcopus & Inquiſitor. Propterea in ſententia abſolutoria iuxta Madrilianam inſtructionem cap. 62. Quando defenſor memoriæ & famæ alicuius defuncti legitimè cauſam defenderit, fueritque defunctus ab ea iudicij inſtantia abſoluendus, ſententia eius pronuntiabitur in publica actione, cum dicta publicata fuerit contra ipſum; quanquam non debet hoc caſu produci ſtatua defuncti qui abſoluitur in publica actione: neque etiam debent recitari in particulari errores de quibus fuit accuſatus, cum probati non fuerint. Atque hoc ipſum debet obſeruari circa illos, qui perſonaliter fuerunt capti & accuſati, & abſoluuntur ab inſtantia iudicij, ſi fuerit hoc ab ipſis petitum. Et hæc ſecunda quæ dicitur abſolutio ab inſtantia iudicij. Sed ſi quis abſoluatur tanquam penitus immunis & innocens, & poſtea de eodem crimine deferatur; poteritne non obſtante ſententia abſolutoria, iterum iudicari & condemnari? Reſpondet Pegna 3. part. direct. comment. 37. poſſe quoniam in hoc crimine fauore fidei ſententiæ quæcunque numquam tranſeunt in rem indicatam, vt ſingulariter docuit Lucas de Penna in l. vnica verbo no-

tum C. de sentent. aduersus fiscum latis retract. lib. 10. quem sequitur Ioan. Rojas tract. de hæret. p. 2. assert. 49. & idem in ead. p. de priuileg. Inquisitorum num. 449. Simancas catholic. instit. tit 60. num. 15. quam sententiam videtur probare text. in c. Vt commissi §. nec non de hæret. in c. Probat verò optimè extrauagans bulla Pij V. quæ aptè ni fallor sequitur sic.

Motu proprio, &c. Inter multiplices curas, quæ animum nostrum assiduè pulsant, illa in primis est, prout esse debet, vt Ecclesia Dei nobis ex alto commissa purgatis, imò quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus hæresibus, & prauis erroneorum opinionum dogmatibus tuto militare, & tanquam nauis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus & procellis, securè nauigare, & ad optatum salutis portum peruenire possit. Cùm itaque nos, dum in minoribus constituti sanctissimi officij Romanæ, & vniuersalis contra hæreticam prauitatis Inquisitionis negotia pertractaremus, tandem ex longo vsu atque experientia rerum magistra cognouerimus, quod multi rei delati, & in prædicto sanctissimo officio, seu alibi coram locorum ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus processati ac de hæretica prauitate Inquisiti falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum de eorum vita & doctrina minimè informatorum opera, & testimonio se iuuantibus, ac diuersis alijs illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus, & malitijs prædictum sacrum officium sanctissimæ Inquisitionis, cæterosque iudices, & etiam Romanos Pontifices deludendo, & decipiendo,

plures etiam veluti innocentes diffinitiuas à prædictis proceſſibus, & Inquiſitoribus abſolutorias, & præcedente canonica purgatione eorum aſſertæ bonæ & Catholicæ fidei vitæ, & doctrinæ declaratorias ſententias, ſeu decreta ab eodem ſanctiſſimo officio, alijſque locorum ordinarijs ſiue delegatis, & Inquiſitoribus, ac etiam Rom. Pontificibus prædeceſſoribus noſtris obtinuerunt, ſeu extorſerunt; quas ſententias, & decreta præfati Romani Pontifices etiam cum perpetui ſilentij impoſitione, ac inhibitione, ne dictum ſanctiſſimum officium, aut alij Inquiſitores ad vlteriora procedere poſſent ſeu deberent, necnon etiam cum cauſarum auocatione ad ſolum Romanum Pontificem ſub cuius protectione ſubmittebantur, alijſque derogatoriarum derogatorijs, & efficaciſſimis clauſulis, ac etiam irritantibus, & alijs decretis etiam in forma gratioſa ampliando, per varios, & varias eorum motus proprios, ac etiam ſub plumbo, vel Annulo Piſcatoris expeditas litteras etiam in conſiſtorio, ſeu conſiſtorialiter emanatas confirmarunt, vnde eueniebat, quod prædicti rei inquiſiti ſub velamine & tutamine prædictarum ſententiarum declaratoriarum, & litterarum Apoſtolicarum, & præſertim vigore clauſulæ inhibitoriæ contra Inquiſitores factæ confidentes, clam & etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus contra fidem Catholicam perſeuerando, numquam ad gremium Eccleſiæ verè redibant, imo cum alijs ſecurè, & tanquam Catholici conuerſando, eorumdem aliorum animos corrumpere, & inficere, ac in ſuas hæreticas opiniones trahere de facili potuerunt in totius reipublicæ Chriſtianæ non modicum ſcanda-

lum & præiudicium, prædictorumque delatorum animarum perniciem, & iacturam. Nos huic scandalo adeo periculoso, & contagioso obuiare, dictarumque animarum saluti consulere, & prouidere, omnemque iurisperitorum dubietatem, & altercationem, ac quæcunque impedimenta & obstacula, propter quæ sãcta Inquisitio hæreticæ prauitatis quomodocunque, & qualitercunque impediretur, vel retardaretur, tollere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in primis omnes, & singulas, ac quascunque literas Apostolicas sub quacunque verborum forma etiam in prædictis, ac quibusuis alijs causis hæresis, etiam motu proprio, &c. etiam consistoraliter, &c. & alias quomodolibet emanatas, necnon etiam desuper signatas motuum propriorum, & alias cedulas quaslibet ad ius, & iustitiam, aciuris, terminos reducentes, necnon fisco prædicti sancti officij Inquisitionis, & aliorum ordinariorum, & delegatorum iudicum aduersus prædictas, litteras inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque clausulas quaslibet os aperientes, & quatenus iurisdictioni, dispositioni, vel stylo dicti sancti officij sint contrariæ, illas penitus, & perpetuo reuocantes, hac nostra perpetua perpetuoque valitura vniuersali constitutione omnes, & singulas, & quascunque etiam ex capite assertæ innocentiæ absolutorias, vel etiam præcedente canonica purgatione sub quacunq; verborum forma declaratorias sententias etiam diffinitiuas, & decreta, in eorumdem reorum Inquisitorum & delatorum fauorem per prędictum sanctissimum officium, alioſque iudices ordinarios, & delegatos,

ac etiam Romanos Pontifices latas, & lata, aut in futurum per nos etiam & ſucceſſores noſtros Rom. Pontifices pro tempore exiſtentes ferendas, & ferenda, numquam feciſſe, nec in futurum poſſe facere tranſitum in rem iudicatam, Apoſtolica auctoritate declaramus, decernimus, ſtatuimus, & ordinamus, præfatiſque ſententijs, & decretis, & quantumcunq; per literas Apoſtolicas etiam in forma gratioſa etiam iteratis vicibus, ac etiam à pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis cum prædictis, vel aliis quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatorijs, ac etiam irritantibus, alijſque clauſulis, & decretis, nec non inhibitionibus, ac etiã canonicis ſanctionibus, quorum omnium, & ſingulorum aliorumque præmiſſorum, & inde ſecutorum tenores, acſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac totaliter inſertis, cæteriſque in contrariũ facientibus quibuſcunque non obſtantibus per prædictum ſanctum officium Sanctę Inquiſitionis, ac dilectos filios modernos, & pro tempore exiſtentes S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & ſuper dicto officio nunc, & pro tempore deputatos, cõtra eoſdem reos delatos, & Inquiſitos etiamſi fuerint, & ſint Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Legati etiam de latere, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, tam de antiquis, quam nouiter etiam ſuper eiſdem articulis receptis, vel recipiendis teſtibus, alijſque argumentis, probationibus, & iudicijs iuxta facultates eiſdem Card. Inquiſ. per nos & quoſcunq; prędeceſſores,

& ſucceſſores noſtros Rom. Pontifices pro tempore exiſtentes, ac ſedem Apoſtolicam quomodolibet conceſſas, & datas, ac in futurum reſpectiuè dandas, & concedendas denuò inquiri, & procedi poſſe, & debere etiam in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi prædictæ ſententiæ, decreta, & literæ Apoſtolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum, & Inquiſitorum, etiam Epiſcopotum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, Legatorum, Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum, & Imperatorum fauorem nō emanaſſent, nouis preſertim ſuperuenientibus indicijs eiuſdem, vel alterius ſpeciei hæreſis tempus præteritum etiam reſpicien. vel vbi appareret per aliqua indicia quod illicitis modis prius ipſe delatus, vel Inquiſitus fuiſſet abſolutus, eadem Apoſt. auctoritate volumus pariter, & mandamus. Concedentes eiſdem Cardinalibus Inquiſitorib. & ſuper dicto ſacroſanctiſſ. Inquiſitionis officio nunc & pro tempore deputatis plenam, libéram, amplam & omnimodā facultatē, poteſtatem & auctoritatem cauſas huiuſmodi etiam auctoritate œcumenici vniuerſalis Concilij Tridentini deciſas reuidendi, ac in ſtatū & terminis in quibus ante prædictas ſententias, & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reaſſumendi, finéque debito terminandi, prout in alijs cauſis pendentibus indeciſis per eoſdem Cardinales Inquiſitores iuxta eorum facultates fit, fierique poteſt, & conſueuit. Et inſuper veſtigijs fel. rec. Pauli Papæ IV. prædeceſſoris noſtri inhærendo, Conſtitutionem alias contra hæreticos & ſchiſmāti-

schismaticos per eumdem Paulum prædecessorem, sub data videlicet Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDLVIII. quintodecimo Calen. Martij, Pontificatus sui anno quarto editam, tenore præsentium renouamus, & etiam confirmamus, illamque inuiolabiliter, & ad vngnem obseruari volumus, & mandamus iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus, & singulis supradictis censeri, ac ita per prædictos, & quoscunque iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debere. Irritum, &c. perpetuo decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac regula nostra de non tollendo iure quæsito, & quibusuis alijs Apostolicis vniuersitatibus, prouincialibus, & synodalibus constitutionibus, ordinationibus, necnon etiam iuramento, &c. roboratis statutis, &c. priuilegijs quoque indultis, & prædictis, ac alijs literis, & etiam motibus proprijs quibuslibet, etiam prefatis reis, & Inquisitis etiam Episcopis, &c. ac Imperatoribus etiam absoluris, & quibusuis alijs personis in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, &c. ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque clausulis, ac etiam irritantibus, & alijs decretis, ac etiam pœnalibus inhibition. etiam motu proprio, &c. ac consistorialiter, &c. & alias in contrarium quomodolibet concessis, &c. imposterumq; concedendis, &c. quibus omnibus etiam si de illis &c. eorum tenores, &c. latissime hac vice derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

FIAT MOTV PROPRIO M.

Et cum absolutione à cen. ad effectum, &c. & de

reductione, &c. reuocatione singulis declaratione decretis, statuto, ordination. voluntatibus, mandatis, concessione, renouatione, confirmatione, derogatione, alijsque præmissis, vt supra in forma gratiosa perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam. Et quod postquam præsentes, seu desuper forsan conficiendæ literæ per aliquem, vel aliquos ex cursoribus nostris in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, omnes prædictos etiam Episcopos, &c. ac Imperatores, & alios quorum interest, afficiant, & arctent perinde, ac si eis personaliter intimatæ, & insinuatæ fuissent, ac vim & efficaciam solemnis, personalis, validæ, & peremptoriæ monitionis, & citationis habere, omnesque ligare habeant. Et quod præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, regula contrario non obstant. Et nihilominus si videbitur literæ desuper etiam per Breue nostrum, aut officium contradictarum simul, vel ad partem expediri possint. Et quod præsentium, seu desuper cõficiendarum literarum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę, aut curiæ Ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si exhibitæ forent vel ostensæ.

FIAT. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, duodecimo Cal. Ian. Anno primo.

ANno à Natiuitate Domini M D. LXVII. indictione decima, die verò lunæ, trigesima mensis Decemb. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina Prouidentia Papæ quinti anno primo, suprascriptus motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valuas Principis Apostolorum beati Petri de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, dimissis ibidem eiusdem copijs affixis, vt moris est, per nos Ioannem Girardi & Christianum de Monte, prælibati Sanctiss. Domini Nostri Papæ Cursores.

Stephan. de Olea Magister Cursorum.

Registrata in lib. pri. Secretorum fol. 51.

G. S. Sarde.

FOrmæ ergo sententiæ absolutoriæ vsualis & quam habet frater Nicolaus Eymericus 3. part. Directorij in 1. modo finiendi fidei processum sic habet.

Nos N. Ordinis Prædicatorum Inquisitor, &c.

Visis diligenter discussis omnibus & singulis in præsenti causa actis & actitatis, habitoque solemni consilio super illis maturo pariter & digesto in sacra Theologia aciare peritorum, sedentes pro tribunali, more iudicis iudicantis, habentesque præ oculis solum Deum, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, hac die, hora & loco tibi tali, de tali loco, talis diœcesis ad audiendam sententiam diffinitiuam assignatis, sententialiter declaramus, pronuntiamus & diffinimus contra te non esse coram nobis legitimè probatum aliquid, de his de quibus delatus fueras coram nobis, scilicet quod dixeras, vel feceras, &c. propter quod debeas hæreticus seu suspectus de hæresi reputari. Quare te absoluentes per præsentem nostram sententiam, à præsenti instantia ac nostro iudicio relaxamus. Lata fuit hæc sententia, &c.

TEXTVS. XXVI

Si verò culpabiles deprehendantur, iuxta canonicas sanctiones, prout qualitas excessuũ exegerit, cõdẽnandi, ac debitis pœnis coercẽdi & puniendi.

EPISCOPVS & Inquisitor in definitiuis condemnatorijs in crimine hæresis debent procedere coniunctim vt iam dictum est, & dicitur in Clem. 1. de hæret. §. duro tamen, his verbis: aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine In-

quisitore aut Inquisitor sine Episcopo diœcesano, aut eius officiali; vel Episcopali sede vacante capituli super hoc delegato: si sui ad inuicem copiam habere valeant infra acto dierum spatium postquam se inuicem requisierint non valebit. Et si secus præsumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure. Verum si Episcopus uel eius, seu capituli sede vacante delegatus cum Inquisitore; aut Inquisitor cum altero eorumdem propter præmissa nequeat aut nolit personaliter conuenire possit Episcopus, vel eius seu capituli sede vacante delegatus Inquisitor, & Inquisitor Episcopo vel eius delegato, seu sede vacante illi qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus super illis committere vices suas, vel suum significare per literas consilium & consensum. Consultius tamen erit, vt semper vel Ordinarius (præsertim cum publicè ferenda est sententia) vel eius Vicarius adsint; vocandi quoque sunt consultores de quorum consilio ad sententiam ventum est, quamuis sine ipsis ferri possit. Inquit Pegna 3. part. direct comment 40. Vide ad hoc bullam Vrbani 4. incipien. Licet ex omnibus. relatam supra Deinde formanda est sententia continens rei hæreses & errores, diligentem inuestigationem, citationes admonitiones, confessiones, probationes legitimas, inducias ad pœnitentiam datas, obduratumque rei animum, & iustam secundum canonicas sanctiones condemnationem sequentium tenorum & quidem sententia contra pertinacem hæreticum alias non relapsum sic habet.

Nos N. miseratione Diuina Episcopus, &c. & frater N. Ordinis Prædicatorum, &c. Inquisitor Generalis hæreticæ prauitatis per Bisuntinam diœcesim &

totum Burgundiæ Comitatum à S. Sede Apostolica specialiter delegatus.

Attendentes quod tu N. de tali loco, talis diœcesis, fuisti nobis delatus fama publica referente, ac fide dignorum insinuatione, de hæretica prauitate, scilicet, quod asserebas & affirmabas publicè, quod sic & sic explicentur hæreses: & quod tu in illis hæresibus perstiteras multis annis in tuæ animæ detrimentum: Nosque, quibus ex officio incumbebat prauitatem hæreticam extirpare, volentes prout tenebamur, in & super his certius informari, & videre an ambulares in tenebris an in luce: diligenter inquisiuimus de prædictis, teque, citantes, ac efficaciter interrogantes reperimus te prædicta infectum hæretica prauitate, ac eandem defensantem coram nobis animo pertinaci. Sanè cum præ cunctis nostræ mentis desiderabilibus cordi nostro insideat fidem Sanctam Catholicam & Apostolicam in populorum præcordijs complantare, eradicata hæretica prauitate modos diuersos, varios, & congruos tam per nos, quam per alios adhibuimus, quatenus resilires ab hæresibus & erroribus antedictis, in quibus steteras atque stabas, prout nunc stas contumaciter, ac pertinaciter animo indurato; Verum cùm humani generis inimico tuis præcordijs assistente, teque in dictis erroribus voluente & inuoluente, noluetis neque velis à sæpe dictis hæresibus resilire, plus eligens mortem animæ incurrere gehennalem & corporis temporalem, quam antefatas hæreses abiurare, & ad gremium Ecclesiæ aduolare, & animam Iurari, in reprobum sensum datus: ea propter cum sis ab Ecclesia sancta Dei excommunicationis vincu-

lo innodatus, & merito: imò à grege Dominico separatus, ac participatione bonorum Ecclesiæ priuatus, & Ecclesia non habeat, circa te vltra quid faciat, cum ad te conuertendũ fecerit iuxta posse: Nos Episcopus & Inquisitor iudices in causa fidei sæpefati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem: habentesque præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei veritatem, ac extirpationem hæreticæ prauitatis: hac die, hora & loco tibi in antea assignatis ad audiendam sententiam diffinitiuam: condemnamus, ac sententialiter iudicamus, te esse veraciter hæreticum impœnitentem, & vt veraciter talem tradendum & relinquendum brachio sæculari: & sicut hęreticum impœnitentem per hanc nostram sententiam de foro Ecclesiastico te proijcimus & tradimus, seu relinquimus brachio sæculari, ac potestati curiæ sæcularis coercendum secundum legitimas sanctiones: & tàm te ipsum velut hæreticum, quam omnes alios qui scienter de cætero te receperint aut defenderint: seu tibi auxilium vel consilium, vel fauorem præbuerint: tanquam defensores, fautores, vel receptatores hæreticorum: authoritate qua fungimur, excommunicationis vinculo innodamus, & innodatos per hanc nostram sententiam declaramus. Lata fuit hæc sententia die loco, &c.

Et vt id obiter de pertinacia dicam: de qua vide copiose Eymeric. p. 2. direct. q. 40. Repertor. Inquisitor. verbo pertinax. Castro. l. 1. c. 9. de iusta hæret. puniti. Iulium Clarum §. hæresis. versi. & nota. Albertin. tract. de agnosc. assert. q. 3. Simanc. Cath. instit. tit. 48. de pertinacibus, Comens. verbo Perti-

nax. Pegnam 2. part. direct. super q. 40. Inferam hic fortè non incommodè ex 1. to. operum Ioan. Gersonis signa duodecim pertinaciæ, videre potes & nouendecim apud Albertin. tract. cit. q. 30 sed hæc duodecim nobis sufficiant quæ sic habent. Pertinaciæ propria ratio, quę errantem in fide, seu hæreticantem efficit hęreticum consistit in deprauatione voluntatis per superbiam, aut aliud officium, dum non vult errans cauta sollicitudine quærere veritatem; aut dum perspectæ monstratæque renuit assentire vel errorem dimittere.

Dicitur enim pertinax secundum Isidorum, quasi imprudenter tenax, qui persistit in illo scilicet quod deberet dimittere.

Cæterum pertinaciæ signum exterius multiplex inuenitur: Secundo cum quis sustinet excommunicationem vltro, nec potest se sufficienter excusare. Et hoc sumitur ex iuris præsumptione.

Tertio alterum, citatus pro leui super fide etiam suspicione iudicialiter renuit comparare, vel respondere, & amplius si sit præsumptio vehemens, aut violenta, & hoc similiter oritur ex iuris fictione.

Quarto, alterum est pertinaciæ signum, dum quis asserit & defendit errorem, cuius oppositam veritatem tenetur explicita fide tenere: Tenetur inquam vel ex publica obseruatione, vel ex communi doctrina Ecclesiæ, vel ex officio seu statu suo, vel ex informatione sufficienti, vel ex naturali iudicio rationis, quemadmodum quilibet capax rationis tenetur explicitè credere nedum articulos fidei si sit Christianus, sed etiam principia legis naturalis, quæ sunt de primis impressionibus, & inscriptionibus indelebili-

bus, vt ſunt præcepta Decalogi recepta ſecundum planum, & vſitatum intellectum apud omnes vtentes ratione non deprauata in quacunque lege.

Quinto, alterum pertinaciæ ſignum, dum quis veritatem fidei nedum non quęrit cauta ſollicitudine, ſed declarationem eius impedit, ne venia ad lucem, maximè ſi concilium fidei ſpeciale vel generale propter hoc in ſe vel in ſuis impedit directè vel indirectè moleſtat atque perſequitur.

Sexto, alterum pertinaciæ ſignum, dum quis veritatem Eccleſiæ docentes ſeu determinantes odire ſe monſtrat, & perſequi verbis atque factis: etiam ſi dicat, ſeu proteſtetur ſe velle tenere quod Eccleſia tenet, vel determinabit & quod paratus eſt ſtare iuri, quia ſi facta contradicant, hoc eſt, æquitas ſimulata, quę duplex eſt iniquitas; ſolent etiam quantumlibet hæretici, taliter proteſtari ſe catholicos eſſe, quod eos ab hæreſi non excuſat, &c.

Septimo, alterum pertinaciæ ſignum, dum quis negat veritatem quam prius docuit, vel confeſſus eſt, nec eſt probabile, quod ſit etiam oblitus, quoniam ſecundum iura primo dicto credi debet.

Octauo, alterum pertinacię ſignum, dum quis petit declarationem veritatis à peritis doctoribus ſeu iudicibus quę dum facta eſt, nihilominus repudiat, nulla penitus aſſignata ratione.

Nono, alterum pertinaciæ ſignum, dum quis potens cõmouet ſeditiones, ſuſcitat bella in populis & regnis ideo quia facta eſt alicuius veritas catholicæ declaratio, vel erroris reprobatio. &c.

Decimo, alterum pertinaciæ ſignum, dum quis iurat ſe malle mori quam contra honorem ſuum

quicquam permittere fieri, vel errorem aliquem reuocare: ponit enim obicem primæ veritati.

Vndecimo, alterum pertinaciæ signum, dum quis fouet errantem & defendit iudicialiter vel extra iudicialiter sciens nihilhominus aut scire debens hunc errare.

Duodecimo, alterum pertinaciæ signum, dum quis non resistit erroribus dum potest & debet: debet inquam vel ex officio, sicut iudex, vel ex fraternali charitate, sicut vniuersi: quoniam agentes & consentientes, secundum Apostolum, pari pœna puniuntur. Consentiunt autem qui alios dum possunt (vt dicit canon) ab errore non reuocant. Denique ista latius declarat Ockam 4. parte 1. dialogorum, secundum quæ signa poterit applicatio particulariter fieri, &c. Explicui duodecim considerationes secundum totidem signa quibus solet aliquis de pertinacia notari vel conuinci circa materiam hæreticæ prauitatis præmittendo qualis sit pertinaciæ diffinitio, vel ratio. Hæc Gerson.

Forma vero sententiandi hæreticum pertinacem tamen mortuum, est sequentis tenoris apud Zanchinum tract. de hæret cap. 31.

Nos N. miseratione Diuina Episcopus, &c. & fratrer N. Ordinis Prædicatorum, &c. Inquisitor,

Attendentes, quod nobis constat per probationes legitimas, N. de tali loco talis diœcesis fuisse hæreticum tempore suæ vitæ & infectum labe hæresis decessisse: eo quia talia verba hæretica dixit, & publicè prædicauit: vel sæpius asseruit talem errorem se credere, & tenere: Idcirco pronunciamus, & per nostram sententiam declaramus eum fuisse, & decess-

ſiſſe hæreticum. Et ob hoc tedentes pro tribunali, in his ſcriptis, & per hanc noſtram ſententiam damnamus memoriam ipſius. Et ſi eius oſſa poterunt diſcerni ab oſſibus fidelium, ea decernimus exhumanda, & extra cæmeterium extrahenda: ac in deteſtationem ſui criminis fore penitus concremanda. Lata fuit hæc ſententia, vide apud eundem Zanchinum formam ſententiæ ſuper deſtructione domorum hæreticorum, quas Innocentius IV. iuſſit deſtrui hac conſtitutione.

Cum in conſtitutionibus nuper à nobis contra hæreticos promulgatis, inter alia contineri dicatur expreſsè, vt domus in qua hæreticus vel hæretica inuentus fuerit, ac ei contiguæ, ſi fuerint eiuſdem Domini, ſine ſpe reparationis funditus deſtruantur, noſtro petiſtis certificari reſponſo, quid ſit de turribus in caſu huiuſmodi obſeruandum? Ad quod breuiter reſpondemus, quod noſtræ intentionis extitit & exiſtit, vt in eo caſu idem in turribus, & in domibus iudicium obſeruetur. Lignamina verò, lapides, & tegulas domorum & turrium, quę taliter deſtruentur, eo modo diſtribui decernimus, quo res alias ibidem inuentus diuidi mandauimus in conſtitutionibus antedictis. Datum Auagniæ IV. Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Idem habet idem hic Pontifex, Alexander 4. & Clemens 4. in bullis incipien. Ad extirpanda ſupra relatis ad textum noſtrum ſextum.

Sequitur forma condemnandi falſos teſtes, vel falſo malitiosè imponentes innocenti crimen hæreticæ prauitatis.

Nos N. miſeratione diuina Epiſcopus, &c. & frater N. Inquiſitor, &c.

Attendentes, quod tu talis de tali loco, talis diæceſis, veniens per te ipſum ſpontanea voluntate, alias non citatus nec vocatus ac comparens perſonaliter coram nobis inquiſitore prædicto, ſeu Epiſcopo & Inquiſitore prædictis in iudicio conſtitutis accuſaſti, ſeu denuntiaſti, ac teſtificatus fuiſti medio iuramento, quod talis, de tali loco, & talis diœceſis, talia dixit ſeu fecit contra ſanctam fidem Catholicam, ac in fauorem hæreticæ prauitatis, exprimantur illa: Nos merito præſumentes te non falſo contra prædictum talem talia depoſuiſſe, nec ex odio vel rancore, neque animo malignandi, ſed zelo fidei orthodoxæ, quantum prima facie apparebat: dictum talem vocari fecimus coram nobis, & in iudicio conſtitutum, iuratumque de dicenda veritate requiſiuimus, quatenus de prædictis ſuper facto hęreſis quęcunque ſciret tam de ſe quam de alijs planam & meram nobis diceret veritatem: quo conſtanter negante prædicta, & in negatiua diu & continue perſiſtente, ſuſpicantes eundem negare veritatem cõtra proprium iuramentum, eundem fecimus tanto tempore in carcere, detineri, ſeu alias arreſtari, credendo te alios eundem nobis zelo fidei detuliſſe: Demum tam ex negatiua ipſius delati talis, (in qua perſiſtit, & perſiſtit medio iuramento, & multo tempore expectatus) quam ex quibuſdam veriſimilibus coniecturis merito ſuſpicãtes, quod tu malitiosè & calumniosè contra talem prædictum deponens eum inuoluere nixus fueris in crimine tam nefando: te citari, & ad noſtram præſentiam adduci, ac prędictum talem coram nobis fecimus confrontari: & cum prædictis talis delatus in negatiua perſtiterit, & tu in affirmatiua; & vterque

medio iuramento, te iussimus detineri donec de prædictis (prout nos docuit) fuisſemus pleinus informati: & compertis talibus & talibus, exprimantur, te de carcere educi fecimus, & coram nobis in iudicio constitutum iuratumque, iterum monuimus, & requisiuimus canonicè, quod nobis aperires & diceres an ea, quæ contra talem prædictum deposueras continerent in aliquo veritatem: tu verò ductus consilio saniori, tuæ malitiæ conscius, & ad cor rediens constitutus in iudicio coram nobis sponte & liberè, recognouisti, quod omnia & singula, quæ deposueras contra eum, non fidei zelo, nec veritatis amore hoc feceras, sed potius typo malitiæ & rancoris, & liuore iracundiæ, & ideo concitatus, & quod talia, quæ deposueras contra eum, non continebant in aliquo veritatem, sed simpliciter erant falsa: potens tu humiliter pro præmissis tibi misereti, ac tibi iniungi pœnitentiam salutarem: Nos igitur Episcopus & Inquisitor præfati, pensatis præmissis ac circunstantijs alijs, quibus motus animus noster & cuiuslibet iudicis potuit merito informari: certiores effecti quod veritatem, quæ sola in negotio fidei quæritur, denigrasti, synceritatem sancti officij Inquisitionis corrupisti, & nos tuos iudices delusisti, in præiudicium fidei orthodoxæ, in scandalum ac graue periculum prædicti talis innocentis, quem in detestabili crimine malitiosè & fraudulenter inuoluere nitebaris, falsum ferendo testimonium in iudicio coram nobis: Ea propter ne (sicut nec debet nec expedit) tale & tam graue crimen remaneat impunitum, & vt tui pœna transeat cæteris in exemplum, & alij à consimilibus arceantur, sedendes pro tribunali mo-

re iudicum iudicantium, sacro sanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei omne iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant equitatem, habentésque præ oculis solum Deum, de multorum peritorum in Theologiæ facultate, & in iure canonico & ciuili maturo consilio pariter & digesto, te talem in causa fidei falsum testem, seu declaratorem ad carcerem perpetuum talem in his scriptis per nostram diffinitiuam sententiam condemnamus: in quo sub vinculis ferreis in pane doloris & aqua angustiæ, quandiu vixeris, agas pœnitentiam de præmissis, sola vitam tibi de misericordia relinquentes: & nihilominus quod statim ponaris & eleueris in scala, in tali porta huius Ecclesiæ, in qua stes ligatis manibus, & capite discooperto, & in camisia spoliatus, vsque ad horam prandij, & modo consimili tali die Dominica in porta talis Ecclesiæ, & tali in tali, &c. ponantur alia vt visum fuerit, & culpa maior vel minor exegerit delinquentis: Reseruantes nobis ex certa scientia & expresse, quatenus dictam pœnitentiam liberè valeamus mitigare, relaxare, aggrauare, & mutare, si & quando, & toties quoties nobis visum fuerit faciendum. Lata fuit hæc sententia, &c.

Forma sentẽtiæ cõuicti legitimè de hæresi pertinacis tamen in negatiua, licet fidẽ cath. profiteatur est hæc.

Nos N. miseratione Diuina Episopus, &c. & frater N. Inquisitor, &c.

Attendẽtes, quod tu talis, de tali loco, & talis diœcesis, fuisti nobis delatus de tali hær. prauitate, exprimatur, & vellemus certiorari, an ea quæ de te, & cõtra te nobis dicta fuerunt, veritate aliqua fulcirentur, & an tu ambulares in tenebris vel in luce, descendi-

mus ad nos informandum, teſtes diligentius examinandum, teq; vocandum ac interrogandum ſæpius medio iuramento, defenſioneſq; exhibendum, & ad omnia & ſingula faciendum, quæ per nos facienda erant ſecundum canonicas ſanctiones. Verum cum vellemus præſens tuum negotium fine debito terminare, ſolemne conſilium tam in Theolog. facultate, quàm in iure canonico & ciuili coram nobis fecimus congregari: & viſis ac diligenter diſcuſſis proceſſus meritis, ac omnibus & ſingulis in præſenti cauſa productis, deductis, actis, & actitatis æqua lance libratis, prædictorum conſilio digeſto pariter & maturo, reperimus contra te probatum legitimè, quod fuiſti tanto tempore infectus heret. prauit. nam reperimus quod dixiſti & feciſti talia & talia, exprimantur, ex quibus apparet manifeſtè quod es legitimè deprehẽſus in prædictam hæretic. prauitatem. Sanè cum cuperemus (prout adhuc cupimus) te veritatem fatẽdo reſilire ab hæreſi antedicta, & reduci ad gremium Eccleſiæ. S. & ad S. fidei vnitatem, vt ſic ſaluares animam tuam, & tam animæ quam corporis mortem, euaderes, gehennalem: tam per nos, quàm per alios noſtram diligentiam exercentes, ac te per longa tempora expectantes: tu in reprobum ſenſum datus cõtempſiſti acquieſcere noſtro cõſilio ſaniori, imò perſtitiſti & perſiſtis in negatiua pertinaciter animo indurato: quod dolenter referimus & referendo plangimus & dolemus. Verum cum Eccleſia Dei tanto tempore te expectauerit, quatenus reſilires recognoſcendo propriam tuam culpam, & nolueris neq; velis: & non habeat vltra quid tibi gratię faciat atque mercedis: eapropter vt ſis cæteris in exemplum, & a-

lij ab huiuſmodi hæreſib⁹ arceantur,& tanta facinora non remaneant impunita: Nos Epiſc. & Inquiſ. iudices in cauſa fidei memorati, ſedentes pro tribunali iudicium iudicantium, ſacroſanctis Euang. poſitis corã nobis,vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat:& oculi noſtri videant æquitatem, habentes præ oculis ſolum Deum, & S. fidei gloriam & honoram: te talem in noſtra præſentia conſtitutum hac die, & hora, & loco, tibi ad audiendũ ſententiam diffinituã aſſignatis: diffinimus,declaramus ac ſententiamus,te eſſe hæreticum impœnitentem,& tradendũ,ſeu relinquendum,vt talem, brachio ſæculari,& per hanc noſtram ſententiam, vt verè hæret, pertinacem,ac impœnitentem, à foro Eccl. te proijcimus,& tradimus, ſeu relinquimus,brachio ſæculari,ac poteſtati curiæ ſæcularis: Eandem curiam ſæcularem effĩcaciter deprecantes, quatenus circa te, citra ſanguinis effuſionem & mortis periculum, ſuam ſententiam moderetur. Lata eſt hæc ſententia,&c.

Forma citandi conuictum de hæreſi abſentem, vel fugitiuum contumacem, ad ſententiam.

Nos N. miſerat. Diu. Epiſc.&c. & Fr. N. Inq. &c.

Præ cunctis noſtræ mentis deſiderabilib. illud potiſſimũ infigitur cordi noſtro, ne temporalib. noſtris in dicta tali diœceſi vberẽ, florentémq; vineam, Eccl. inquã vineam D. Sabaoth, quam ſummi Patris dextera virtuoſius complantauit, quam eiuſdẽ Patris Filius proprij, ac vi uifici vnda cruoris vberius irrigauit, quam ipſe almus ſpiritus paraclitus muris ineffabilibuſq; donis intimiùs fœcundauit, quam tota ipſa incomprehenſibilis, atq; inattingibilis Trinitas beata, grandiſſimis, varijſq; priuilegijs ſanctius dotauit pariter

riter & ditauit, Aper de ſylua, qui eſt & dicitur hæret. quilibet, abſorbeat & depaſcat, fruct⁹ fidei vberes deuaſtando, ac laceranteſ, hæreſum vepres palmitibus inſerendo, ſerpenſq; tortuoſus noſtri improb. humani generis inimicus efflās virus, qui eſt ſatanas & diabol⁹; eiuſdē vineæ Dominicæ palmites inficiat, atq; fructus, virus prauit. hær. immittendo. Ne etiā ager ipſe Dominic. populum inquam catholicus, ad quem excolendum pariter & ſerēdum deſcendit de ſummorū polorum arce, Dei Patr. vnigenitus atq; primogenit⁹, ſeminauit miris ſanctiſq; prędicationib. diſcurrit per villas & caſtella docens non ſine magnis fatigationib. elegit Apoſt. viros vtique operarios induſtrius, ac conduxit ditans illos æternis retribution. expectās ipſe Dei filius de agro iſto magno illo die iudicij extremo vberes manipulos colligere, & per manus S. Angelorum recondere in cœleſti horreo S. ſuo, Sāpſoniſq; vulpeculæ intricatæ, quæ ſunt perſonæ labe hęret. deprauatę, facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ignitas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipſum, ſegetem Dominicā iam albam ad meſſem, ſplendorib. fidei relucentem, morſu amariſſimo demoliantur, ac diſcurſu ſubtiliſſimo perdāt, impetúque validiſſimo accedant, pariter & accendant, diſſipent & deuaſtent, ſynceritatem ſanctæ fidei cath. ſubtiliter & damnabiliter ſubuertendo: eapropter cum tu talis incideris in damnatas hæreſes manifeſtè, illas publicè in tali Eccl. prædicando, ſeu taliter, ſeu fueris per teſtes legitimos conuictus de hæretica prauitate, ſiue deprehenſus propria confeſſione in iudicio per nos recepta, & poſt captus fugeris, medicinam refutans ſalutarem: Nos verò citauerimus te vt de & ſuper his coram nobis manifeſtius reſponde-

res, tuque ductus maligno ſpiritu pariter & ſeductus renueris comparere, vel ſic: Ea propter cum tu talis delatus nobis de hæret. prauit. & recepta informatione contra te alias de eadem eſſes nobis ſuſpectus leuiter, quod fores infectus labe, prædictæ, ciuitatis mus te, quatenus coram nobis perſonaliter compareres de fide cath. reſponſurus: Cumq; citatus renueris contumaciter comparere, excommunicauimus te, ac excommunicatum fecimus publicari, in qua excommunicatione ſtetiſti per annum, ſeu annos tot animo pertinaci, latitans, & fugiens hinc & inde, ita quod nunc quò te duxerit malignus ſpiritus ignoramus, & cum te expectauerimus miſericorditer & benignè, vt reuertereris ad gremium Eccleſiæ S. Dei, & ad ſanctę fidei vnitatem: tu facere contẽpſiſti in reprobum ſenſum datus. Sanè cum velimus, (vt tenemur, iuſtitia nos cogẽte) cauſam tuam huiuſmodi, fine debito terminare, nec valeamus tam nefanda crimina conniuẽtibus oculis tolerare: Nos Epiſc. & Inquiſ. iudices in cauſis fidei ſupradictis, te talem ſæpefatum latitentẽ, profugum, & fugitiuum per præſens noſtrũ edictum publicum requirimus pariter & citamus peremptoriè, quatenus tali die, talis menſis, de tali anno in tali Eccleſia cathedrali talis diœceſis hora tertia, compareas perſonaliter coram nobis diffinitiuam ſententiam auditurus; ſignificantes quod ſiue comparueris, ſine non, procedemus ad noſtram ſententiam diffinitiuam contra te, prout ius, & iuſtitia ſuadebunt. Et vt preſens noſtra citatio perueniat ad tui notitiã, nec valeas ignorantię velamine te tueri, præſentes noſtras literas, dictas requiſitionem & citationem noſtras in ſe continentes, volumus & mandamus affigi in valuis publicè talis prædictæ Eccleſiæ Cathedralis, in quorum teſtimonium ſingulorum, præſentes noſtras

ſitteras impreſſione noſtrorum ſigillorum iuſſimus communiri. Datum, &c.

Et reus citādus eſt ad audiendum ſententiam vt volunt cōmuniter Doctores apud Peg. in 3 part. direct. nu. 164. abſens autem aut contumax eſt aut non, Si probatus hæret. tamen compareat die præfixa vt abiuret hæreſim, ſi alias relapſus non fuerit debet ad miſericordiam admitti. Si ſuſpectus nōluit comparere vt abiuret & fuit ex hoc excommunicatus & manſerit in excommunicatione per annum', venerit tamen poſtea vt abiuret, debet nihilominus admitti. Si autē contumax renuerit comparere : ſi ſit clericus debet verbaliter degradari, & fortè etiam relinquetur brachio ſæculari: ſicuti annis contumax ſæcularis: mitius tamen eſt agendum contra clericum contumacē, qui poſt degradationē ſi miſericordiam petat ſerio, videtur non reijciendus. Hæc Eymer. 3. part. direct. nu. 214. & Peg. ibid. num. 215. Porrò cōmittere poſſunt Inquiſ. ſententiarum ſuarū denuntiationes iuxta bullam Vrb. 4. Licet ex omnib. relatam ſupra §. Vt ergo commiſſi. Et ideo quoties opus fuerit ſententiæ ab Inquiſ. latę publicari debent à parochis Eccleſiarū. Cæterum quicunq3 eſt tradendus Curię ſæculari perinde eſt ſi tradatur die feſtiuo, ſecundum Peg. 3. part. direct. cōmm. 45. aut certe die non feſtiuo, ſecundum Eymer. ibid. nu. 197. & ſiue intra aliquam Eccl. ſiue extra eam in aliqua patenti platea ex aggere ſolemni proferatur ſententia tradens brachio ſæculari eſt perinde ex ijſdem authoribus ibidem, & alijs quos citat Peg. Traditus autem brachio ſæculari licet poſtea petat miſericordiam ab Inquiſ. non eſt amplius audiendus : licet millies promittat veram conuerſionem vti docet peg. 3. part. direct. nu. 204. comment.

46. tum quia nullo iure id cautum videtur: tum quia experientia docuit, hos ita receptos, malo bonos euasisse. Item docent Peg. 2. part. direct. ad q. 11. §. postquam traditus & Zanch. tract. de hær. cap. 16. num. 41. & Albertin. in repetitione cap. quoniam de hær. lib. 6. quæst. 12. circa finem, nu. vertic. sexto & septimo casu. Licet crederet nihil hominus Eym. de misericordia posse recipi & vt pœnitentem hæreticum perpetuo immurari quod alij negant.

TEXTVS XXVII

--- Nec non Procuratorem fiscalē, & Notarios publicos, alios q3 in his necessarios Officiales, etiam clericos sæculares, seu quorumuis Ordinum Regulares deputandi: ac eis, vt iniunctum diligēter exequantur ac peragant in virtute S. Obedientiæ præcipiendi, iniungendi, & mandandi.

DE officialibus quos tenetur Magistratus sæcularis infra octo dies post introitum sui regiminis pro executione S. Officij instituere scilicet duodecim viros probos, duos Notarios, & duos aut plures Seruitores eorumque priuilegijs & officio extat prius impressa bulla Clem. 4. Ad extirpanda. ad tex. 6. Nunc agimus de ijs Officiarijs quos eligit & instituit sibi ipse Inquisitor: Porro nunc in vniuersum dico quod quiuis S.

Inquisitionis Offic. quomodolibet talis censeatur, debeat iurare quod suum officium sit diligenter exercituras: quod apertè probatur per Clem. 1. § porro coram de hær. his verbis: Porro coram Episc. vel capitulo sede vacante & Inquis. prædictis vel substitutis ab eis custodes supradicti, antequam suum officium exequantur, iurabunt ad S. Dei Euang. corporaliter à se tacta, quod in custodia immutatorum & aliorum pro crimine supradicto, in sua custodia positorum & ponendorum, omnem diligentiam & sollicitudinē quam poterunt fideliter abhibebunt. Et quod alicui incarcerato, nihil vnus in secreto loquetur, quin hoc audiat alter custos. Et quod prouisionem quam incarcerati recipiunt, ex ordinatione communi, & illud quod à parentib. & amicis vel alijs personis fidelib. offeretur eisdem (nisi Episc. & Inquisit. vel suorū cōmissariorū ordinario refragetur) ipsis fideliter & absq; diminutione aliqua ministrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idē iuramentū & coram eisdē personis ministri custodum priusquā suum exerceant officium, exhibebunt. Et quia sæpe contingit, Episc. proprios habere carceres, sibi & dictis Inquis. non cōmunes: volumus, & districtè præcipimus, vt custodes ad incarceratorum pro dicto crimine custodiam per Episc. vel sede vacante per capitulum deputandi, & eorum ministri coram dictis Inquis. vel substitutis ab eis præstent simile iuramentum. Notarij quoq; Inq. coram Episc. & Inquis. vel substitutis ab eis iurabunt suum officium fideliter exercere. Et idem fiet de alijs personis necessarijs ad prædictum offic. exequendū. Iuramentum autem huiusmodi omnium officialium & ministrorum quo tempore recipiuntur ad sua officia exercenda, est quod iurent, quod bene, diligenter

& fideliter ſuis officijs ſibi iniũctis inſeruient, vnicuique ius ſuum tribuent ſine acceptatione perſonæ, & ſecretum omnino ſeruabunt.

Et ſi eliguntur in notarijs Inquiſ. alicui iam creati notarij: non ſufficit iuramentum quod præſtiterunt in ſua creatione ſecundum gl. ibid. in verb. iurabunt & D. Cardin. ibid. verb. Notar. Nicol. Arelatan. tract. de hæret. notab. 36. incipien. Nota quod quãuis Campegium cap. 9. apud Zanch. Rojan in ſing. fidei ſing. 141. incip. Notarius quando creatur. Illud præterea notandum eſt quod Inquiſ. non debet niſi neceſſarios & non ſuperfluos habere officiarios: vt apertè eſt in textu Clem. 2. de hær. imo hi tenẽtur deferre Inquiſ. & reprehendere apud eius ſuperiorem ſcilicet Senatum D. D. Card. ſi prætextu officij ſui pecunias modis illicitis extorqueat. his verb. ibi. Notarij vero & officiales dicti officij, nec non fratres & ſocij Inquiſ. & commiſſariorum ipſorum, qui dictos Inquiſ. aut commiſſarios ſecrete nouerint talia commiſiſſe (ſi indignationem Dei & Apoſtolicæ ſedis vitare voluerint & offensã) ipſos grauiter arguere & corrigere ſtudeãt in ſecreto. Quod ſi taliter ea ſciuerint, vt ea probare valeant, ſi ſit opus, hæc prælatis Inquiſ. & commiſſariorum eorumdẽ, ad quos id pertinebit, nuntiare ſollicitè debeant. Qui equidem prælati, Inquiſit. & commiſſar. prædictos reos inde repertos ab officijs amouere, & amotos alias punire debitè, ſeu corrigere teneantur. Prælatis autem Inquiſ. id negligentib. agere, præmiſſa omnia nuntiari per prędictos locorum ordinarios volumus, quib. vt ea in Apoſtol. ſedis notitiam perferãt, in virtute S. obedientię, diſtrictè præcipimus & mandamus. Porro Inquiſ. ipſis, diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet

cõcessione portationis armorũ, nec efficiales nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua cum Inquisitoribus ipsis officia exequenda.

Et quod plus est ipsi officiales quilibet in suo officio odij amoris, gratiæ, lucri, aut cõmodi temporalis obtentu negligentes excommunic. Papę reseruatã præterquam in mortis articulo incurrunt: ex Clem. 1. de hær. §. Verum. his verb. Verum quia nimis est graue, ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit: graue est quoq; & damnatione dignissimum malitiosé insontibus eandem imponere prauitatem: Episc. & Inquis. prædictis, ac alijs ad dicti executionem officij substituendis ab eis, in virtute S. Obed. & sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt sic discretè & promptè contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate procedant, quod malitiosè aut fraudulenter tantam labem, seu quod ipsos in executione officij impediat, falsò alicui nõ impunãt. Quod si odij, gratię, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu contra iustitiam, & conscientiam suam omiserint cõtra quenquam procedere, vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut obtentu eodem prauitatem ipsam vel impedimentum officij sui alicui imponendo, cum super hoc præsumpserint quoquomodo vexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eisdem) Episc. aut superior suspensionis ab officio per triennium, alij vero, excommunicat. sententias eo ipso incurrant. A qua quidẽ excommunicat. sentẽtia, qui eandem incurrerint, nisi per Rom. Pont. nequeant (præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa) absolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte pri-

uilegio ſuffragante.

Et circa fiſcalem Procuratorem videnda ſunt duo 1. eius offic. 2. eius inſtitutio. Officium fiſcalis eſt libellum accuſatoriũ proferre & formare faceréq; ea quæ ad eum formandum conducunt : quando quidẽ in Inquiſ. Tribunali non procedatur per viam accuſationis ſub pœna talionis, in quo quidem Tribunali raro etiam Procuratores admittuntur. Sed ipſe fiſcalis perſonam accuſatoris ſubit, & reos accuſat, nec ſe ſubſcribit ad pœnã talionis, aut ad alias quas falſi accuſatores pati ſolent: qui teſtibus habitis de crimine, & diligenti Inquiſitione procedenti & debitis informationibus, in hæc fermè verba libellum accuſatorium formare ſolet.

Ego N. officii ſanctiſſimæ Inquiſ. fiſcalis, coram te Reuerendo admodum Inquiſ. iudice delegato in cauſis fidei cõtra hæreticam prauitatem, criminaliter accuſo N. qui cum ſit Chriſtianus baptiſatus à fide catholica receſſit vel eſt ſuſpectus, &c. ponatur crimen propter quod ſit accuſatio prædicans, ſcribens, componens, firmiter aſſerens multa dogmata hæretica, &c. recẽſeantur conditiones. Hæc eſt vulgaris forma qua hodie fiſcalis vtitur de qua ſpecul. tit. de hær. Simanc. cat. inſt. tit. 4. nu. 11. Conrad. Brunus lib. 4. de hæret. C. 7 omnéſq; criminaliſtæ in ſuis practicis & alij citati à Peg. 3. part. direct. comm. 14. nu. 67.

Forma verò inſtituendi Procuratorem fiſcalem licet ſit tantę facilitatis vt nõ egeat typis: tamẽ placuit iuxta cap 2. Conc. Toloſani fermè, hanc apponere.

Nos Fr. N. &c. Inquiſitor &c. Conſiderãtes quod in terris noſtræ iuriſdictionis non poſſimus per nos ipſos perſonaliter plenam habere notitiam de hæret. eorum receptatorib. fautorib. defenſorib. credentib.

diffamatis, ſuſpectis de hereſi, ſortilegis, ac alijs quibuſ
uis perſonis prauit. hæret. quouis modo tenentib. aut
S. offic. impedientib. Te N. de cuius ſcientia, pieta-
te, diſcretione, conſciẽtia, & zelo fidei fidem gerimus
firmam in Domino, hac in parte, noſtra imo veriùs
Apoſt. authorit. deputamus Procuratorem noſtrum
fiſcalem, in virtute præſtiti nobis ad hoc à te iuramẽ-
ti, ſuper ſacra quatuor Dei Euangel. perſonaliter
per te tacta: quatenus nullo amoris, odij, gratiæ, lucri,
fauoris, timoris vel damni tẽpor. prætextu aut obten-
tu, pro S. Inquiſ. officio diligẽter, fideliter & frequẽ-
ter perſcrutari, famam colligere probabilem, & nobis
accuſationes de talib. prefatis perſonis ex libello fa-
cere intrepidè, & nos in eorum oĩm notitiam deue-
nire procures: vt ex officio noſtro ſecundum negó-
tij exigentiam procedere in ea cauſa valeamus. Dat.
ſub ſigillo, &c. Secundo nota circa notarios quod
non tantum laici poſſunt aſſumi ad notariatum, ſed
etiam quivis preſbyteri & religioſi vt patet ex cap. vt
offic. de hær. lib. 6. ex Eym. 3. part direct. nu. 83. &
Peg. ibid. comment. 20. Quin imo ex Conc. Biterr.
c. 4. ſi Inquiſit. non habeat notarium publicum,
poteſt eligere duas perſonas idoneas ad geſta ſcriben-
dum, quibus plena fides adhiberetur vt etiam docet
Eym. cit. verba Conc. ſunt hęc. Ab illis, qui ſic citati
corã vobis infra tempus comparuerint aſſignatum,
recipiatis iuramenta, de mera & plena ſuper facto la-
bis hæret. tam de ſe quam de alijs viuis & mortuis di-
cenda, quam nouerint veritate: & poſtmodũ per vos,
vel per ſcriptores diligenter interrogantes eoſdem de
ſingulis, de quib. requirendi videbuntur, faciatis con-
feſſiones ac depoſitiones ipſorũ fideliter ſcribi, & in
actis Inquiſ. reponi: aut per publicam, ſi poteſtis ha-

bere perſonam, aut per aliam idoneam & iuratam, cui & alius vir idoneus iuratus ſimiliter adiungatur: vt ſic ſcripta huiuſmodi, vel per manum publicam, vel per duos (vt tetigimus) viros idoneos, in actis repoſita & conſcripta, ac ei qui confitetur & deponit coram Inquiſitore & Notario, vel dictis duobus viris idoneis recitata, robur obtineant firmitatis.

Hodie autē non tantùm poteſt Inquiſ. creatos aliàs Notarios aſſumere pro executione ſui officij, quin imò poteſt cogere Clericos ſeu Religioſos etiam ſacerdotes aliàs Notarios, vel alias perſonas idoneas ad exequendum tabellionatus officium, quo ad ea quæ concernunt Inquiſitionis officium; ſicuti præclarè & expreſsè extat in cap. Vt offic. de hær. li. 6. his verbis. Ad conſcribendas quoq; hujuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, quæ in commiſſo vobis officio, ad ſcriniarij, ſeu tabellionis officium pertinent, teneri diſtrictè præcipimus, cum per vos fuerint requiſiti, omnes & ſingulos veſtri ordinis fratres, qui dum eſſent in ſæculo, tabellionatus officium habuiſſe, aut exercuiſſe noſcuntur, & illos etiam quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotij fidei fuit ab Apoſtolica ſede commiſſum: & in poſterum committetur, concedentes hujuſmodi fratribus, necnon & aliis religioſis quibuſlibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſæculo, tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt, quibuſuis etiam clericis ſæcularibus officium ipſum habentibus (etiam ſi ijdem fratres religioſi & clerici ſint in Sacris ordinibus conſtituti) exercendi liberè officium ipſum, quoad præmiſſa, non obſtante ſtatuto aliquo contrario canonis vel ordinis, quocunque vallato munimine, poteſtatem. Eadem verba habentur in pri-

uilegijs relatis ad tex. 6. ſupra incipien. Præ cunctis. Clem. 4. & Vrbani 4. & in Bulla Vrbani ejuſdem licet ex omnibus relata ſupra; & Alexandri 4. Ne commiſſæ, idem datur priuilegium: quod quidem hodie nunc ita eſt ampliatum vt Inquiſitores, & eorum commiſſarij in quibuſuis fidei cauſis, cùm viderint expedire, auctoritate Apoſtolica poſſint: vnum vel plures etiam clericos ſæculares, vel quorumnis Ordinum regulares Notarios creare. Sicuti patet ex reſcripto ſequenti Pij quarti.

PAſtoralis officij cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commiſſa, nos aſſiduè incitat, & inducit, vt vigiles ſollicitudinis noſtræ oculos diligẽter circumflectamus ad ea quæ potiſſimum noſtræ prouiſionis remedia adhibeamus, per quæ Sancta & Catholica fides, vbiq; prout debet conſeruetur, & augeatur, improbiq; hæretici illius impugnatores, quo ad fieri poteſt debite compeſcantur, & comprimantur. Sane pro parte dilectorum filiorum Inquiſitorum, & Commiſſariorum hæreticæ prauitatis in diuerſis regnis, prouincijs, ciuitatibus, inſulis, & aliis Chriſtiani orbis partibus deputatorum, nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſi in cauſis ſanctæ fidei aduerſus eoſdem hæreticos proſequendis perſonis probatis, & idoneis, quæ officio Notarij in eis fungantur plurimũ indigere noſcũtur. Vnde officio ipſius Inquiſitionis, tum propter ipſorum Notariorum penuriam, tũ quia pleriq; officium hujuſmodi tanquam odioſum exercere recuſant, ne illud ſuſcipiendo quemquam offendere videantur, magnum incommodum, & detrimentum generatur. Nos igitur noſtræ vigilantiæ curam adhibere, in præmiſſiſq; opportune prouidere volentes, omnibus & ſingulis hæreticæ prauitatis Inquiſ. & Commiſſ. in quibuſuis regnis, dominijs, prouincijs, ciuitatibus, inſulis, etiam Græciæ, cæteriſq; terris, & locis im

quibus Christiana religio colitur, constitutis, & quomodo libet pro tempore deputatis, quod quotiens eis expedire videbitur, vnum vel plures, etiam clericos sæculares, vel quorumuis ordinum regulares, qui sibi sufficientes, & idonei visi fuerint, in quibuscumque causis sanctæ fidei, & Inquisitionis huiusmodi in Notarios eligere, assumere, & creare, eosque ad officium Notariatus causarum prædictarum, deputare, ipsique sic electi, & deputati, acta quæcunque, & processus causarum ipsarum diligenter, & fideliter describere, & annotare; cæteraque omnia ad id quomodolibet necessaria, & opportuna facere, gerere, & exercere, liberè, & licitè possint, & valeant plenam, & omnimodam auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem, & potestatẽ concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quarumuis ciuitatum, & terrarum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, & quibusuis Notariorum collegijs, etiam per sedem Apostolicam quomodo libet cõcessis. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæteris q; cõtrarijs quibuscunq;. Volumus autem, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quòd quoniã difficile admodum esset præsentes nostras literas, ad singula quæque loca, vbi opus foret deferri, earundem præsentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Inquis. almæ vrbis nostræ munitis, eadẽ prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domin. 1561. 6. Calend. Septemb. Pontific. nostri anno 2.

Fed. Cardinalis Cæsius. Cæsar Glorierius.

Barengus.

Registrata in Camera Apostolica.

CLAVDIVS DE VALLE, sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisitionis Notarius SS.

CIrca creationem Notariorum illud tenendum est non propterea clericum aut Religiosum Inquis. censeri debere Notar. eo ipso quòd ab Inquis. iussus sit officij sacri acta conscribere. Sed vt cuncta valida sint, coram alio Notario hunc Notariũ creare oportet, testibus adhibitis, traditoq; illi de more calamo & atramentario, additóq; solemni iureiurandò creandi, & dicendo illi verbis consuetis: Esto Notarius & fidelis: de quibus omnibus Notarius qui huic creationi interfuit, publicum conficiat instrumẽtum. Vide Pegnam 3. part. direct. Comm. 67. Campegium apud Zanch cap. 9. vers. adde rursus. Locatũ in opere iudiciali, verbo Notarius, nu. 4. & 5. Porro Notarios sic creatos nec amouere nec mutare possunt prælati Ordinum cùm sint creati authoritate Apostolica delegata: nec delegati Sedis Apostolicæ possunt eos excommunicare vt iam dictum est supra & expressum in bulla Ne inquisitionis. Vrbani 4. Et tantus est fauor fidei; vt licet Notarij vnam chartam falsam fecerint, nihilominus valeant eorum aliæ quãdiu in offic. tolerantur, ex gloss. in cap. Fraternitatis, quamuis damnato authore lib. cõmuniter damnentur vt ibid. dicit gloss. Notarij autem hæreticis patrocinantes, & pro eis, vel eorum fautoribus instrumenta scribentes, infames sunt & ab officio suspensi, extra de hær. cap. Si aduersus his verbis: Quia plus timeri solet quod specialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur: vobis aduocatis & scriniarijs firmiter inhibemus, ne hæreticis credentibus, fautoribus, vel defen-

ſoribus eorundem in aliquo pręſtetis auxilium, conſilium vel fauorem: nec eis in cauſis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus ſub eorum examine, veſtrum patrocinium præbeatis: & pro ipſis publica inſtrumenta, vel ſcripta facere nullatenus attentetis Quòd ſi contra præſumpſeritis, ab officio veſtro ſuſpenſos, perpetuæ vos decernimus infamiæ ſubiacere.

Durante autem tali ſuſpenſione non valent inſtrumenta Notariorum: vt dicit gloſſ. ibid. verbo ſuſpenſos, ex arg. in eo quod leg. & not. ſupra de cõſuet. cum dilectus. §. quia nobis, &c. De ſalario verò Notarij, dicit gloſſ. Archidiac. de hæret. in 6. cap. Verùm quia. verbo, publicam: quod iſti perſonę tabellionis non debet ſatisfieri de labore ab his contra quos inquiritur: nam Inquiſitiones habent fieri ſine incommodo reorum, in authent. vt nulli iudi. §. his inſuper. coll. 9. Comenſis tamen vult contrarium in lucerna verbo Notarij §. 2. dummodo ipſis non ſit deputatum certum ſalarium; ſicuti deputatur cuſtodibus carcerum. in Clem. 1. §. Sane, in gloſſ. verbo, etiam. vt vult etiam D. Card. Zabarell. ibi. verſ. Notarij. Porro Notarius præſens eſſe debet torturæ reorum, vt ſcribat eius modum, interrogationes & reſponſiones vt ait Eymeric. 3. part. direct. de tertio modo terminandi, &c. num. 158. ad quod extat Madriliana inſtructio cap. 53. his verbis: Tranſactis viginti quatuor horis poſt tormentum, debet reus confeſſionem ſuam ratam habere. Quòd ſi eam reuocauerit, vtẽdum erit iuris remedijs: & quo tempore tormentum infligitur, Notarius debet horam ſcribere, & ſimiliter faciat tempore ratificationis, ne ſi ſequenti die fiat ratihabitio dubitetur, an ſit facta poſt viginti quatuor horas, vel ante. Quòd ſi reus confeſſionem in tormentis factam ra-

tam habuerit, & Inquisitoribus fuerit satisfactum de bona reorum confessione & conuersione, poterunt ipsum admittere ad reconciliationem; quamuis in tormentis confessus fuerit. Prudenter tamen animaduertere debent, qualiter hujusmodi homines recipiant, & considerare oportet hæresum quas confessi fuerant, qualitatem, an eas didicerint ab aliis, vel eas ipsi alios docuerunt ob periculum quod inde consequi potest. Hæc ibid. adde omnino Antonium Gomez præcitato loco.

Quantùm autem cautus esse debeat Notarius in scribendo abiurationis modo, ponendo in actis quomodo talis abiuratio facta sit per talem vt leuiter, vehementérve suspectum, ad hoc vt si relabatur, sciretur qualiter puniretur, docet Eymericus tertia part. in 5. modo terminandi processum, in 6. etiam & 7.

Socij præterea quod dentur Inquisitoribus multam habet æquitatem, cùm non sit æquum, Inquisitorem solum in magnis rebus & negotiis tractandis ac peragendis degere. Siue ergo Inquisitores ipsi socios sibi eligant, siue à prælatis suis eis conferantur, eos eligi oportet, quorum prudentia & consilio in arduis vti possint, & aduersa superare, & qui cum sint idonei, grati pariter videantur Inquisitoribus. facit optimè ad hoc Bulla Clementis IV. Ne Catholicæ. relata supra ad text. 6. & Vrbani IV. eiusdem tenoris & continentiæ relata in fine directorij. Et quòd tales socij nequeant excommunicari etiam à Legatis Sedis Apostolicæ tenere videtur Pegna tertia part. direct. comment. 70.

Inter necessarios denique Officiarios Inquisitionis numerat Comensis in lucerna verbo Officiales,

Nuntios, Notarios, custodes carcerum, apparitores, & alios scilicet fiscalem, Socios, Consiliarios, Sindicum & eius Notarium, Præcones, & Seruitores. Et hi omnes in virtute præstiti in sui creatione iuramenti tenentur iniunctum sibi officium diligenter exequi atque etiam in virtute S. Obed. sub formali pręcepto obedire Inquis. ita vt contra venientes peccent mortaliter, ac etiam habeantur pro fautoribus hæreseos & hæreticorum, si fidem nolint & Iudicem hæreseos cùm possunt adiuuare; ad cuius fidei promotionem omnes tenentur. 11. q. 3. Nolite timere eos qui occidunt corpus, ne forte propter timorem mortis non liberè dicatis quod audistis, nec fiducialiter prædicetis omnibus quod in aure soli audistis Sicut enim ex his verbis ostenditur non solum ille proditor est veritatis qui transgrediens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur, sed etiam ille qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet; aut non liberè veritatem defendit, quam defendere conuenit proditor est veritatis. Nam sicut sacerdos debitor est vt veritatem quam audiuit à Deo liberè prædicet: sic laicus debitor est vt veritatem quam audiuit à sacerdotibus, probatum quidem in scripturis defendat fiducialiter, quod si non fecerit prodit veritatem. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

TEXTVS

TEXTVS XXVIII

------ Ac ſi neceſſe fuerit aliquem Clericum etiam in ſacris Presbyteratus Ordinibus conſtitutum, propter præmiſſa degradari, ad eius actualem degradationem per quemcunque Catholicum Antiſtitem, gratiam & communionem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ habentem, quem ad id duxeris deputandum (niſi Ordinarius loci ad id requiſitus degradationem eiuſmodi facere maluerit) procedendi, & demum eum ſic degradatum Curiæ ſæculari relinquendi.

ANtiquus eſt mos degradandi in Eccleſia Dei, qui traditur in ſexto, tit. de pœnis cap. degradatio his verbis: Degradatio qualiter fieri debeat à nobis tua fraternitas requiſiuit. Super quo tibi taliter reſpondemus: quod verbalis degradatio

Sacerdotalem & te honore Sacerdotali priuamus; ſicque in remotione reliquorum inſignium ſimilibus verbis vtens in ablatione vltimi quod in collatione Ordinum fuit primum, infraſcripto vel alio ſimili modo pronuntiet ſiue dicat. Auctoritate Dei Omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti ac noſtra: tibi auferimus habitum Clericalem & deponimus, degradamus, ſpoliamus & exuimus te omni ordine, beneficio & priuilegio Clericali.

Tamen in cauſa hæreſis poteſt ſine ſingulis his ſolemnitatibus fieri degradatio iuxta cap. Quoniam de hæret. in 6. his verbis: Quoniam Epiſcoporum numerus ad degradationem clericorum à Canonibus conſtitutus non poteſt de facili conuenire. Concedimus vt ſacerdotem vel alium Clericum in ſacris Ordinibus conſtitutum (cum pro hęreſi fuerit ſæcu. lari curiæ relinquendus, aut perpetuo immurandus), conuocatis Abbatibus, aliiſque Prælatis & Religioſis perſonis, ac literatis ſuæ diœceſis de quibus expedire videbitur ſuus ſolus poſſit Epiſcopus degradare.

Licet in cauſa neceſſitatis vbi haberi non poſſent Abbates, ſufficiant perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ætate graues & iuris ſcientia commendabiles, vt docet Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 4. de Reformat. vbi in declarationibus per tales perſonas non intelliguntur Prælati mendicantium, cum non habeant nomen dignitatis. In crimine etiam hæreſis degradatio actualis locum habet, de qua loquitur Eymeric. 3. part. Direct. in 9. modo terminandi proceſſum num. 199. & ibi Pegna. Solus autem

Inquiſitor poteſt declarare Clericum hæreticum degradandum vt vult Albertin. in c. Quoniam de hæret. in 6. q. 7 n. 3. ſi præſertim Epiſcopus fuerit negligens, & Pegna cit. confirmat quia cum Epiſcopus id poſſit ex text. cap. Ad abolendam §. præſenti de hæret. idem quoque poterit Inquiſitor: nam quæ paria ſunt, paris virtutis iudicantur, vt optime dicit Albericus in l. de quibus C. de legibus. Clericus nõ relapſus ſed tamen hæreticus & pœnitens non eſt degradandus. ex dict. cap. ad abolendam: is tamen qui pro pœnitentia ad perpetuos carceres detruditur prius eſt degradandus, ex relato cap. Quoniam Epiſcoporum de hæret. in 6. de quo vide Eymeric. 3. part. Direct. q. 94. Albertin. in d. c. Quoniam Peg. 3. part. Direct. ad num. 202. Quod etiam patet ex bulla Vrbani 4. incipien. Conſultus. his verbis: Quæſtioni vero qua quæritur, vtrum conſtitutus in ſacris deprehenſus in hæreſi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius ſit ab ordinibus à ſuo Epiſcopo degradandus, antequam tradatur huiuſmodi pœnitentiæ: Reſpondemus, quod talis qui eſt perpetuo immurandus, prius debet à ſuis ordinibus degradari eadem verba habes ſupra in bulla Alexandri Quarti Quod ſuper nonnullis. Non tantum verbaliter, ſed etiam actualiter vt patet Grilland. tract. de hæret. q. 7. Albertin. in d. c. Quoniam. & Campeg. cap. 20. apud Zanch. ita vt talis deponatur & à beneficio & ab officio. Et ratio huius rei eſt quia perpetua immuratio morti æquiparatur per Authores citatos à Pegna in d. 3. part. num. 202. Quæ licet ſint vera de iure, tanta tamen eſt benignitas ſanctæ Tribunalis Inquiſitionis vt perpetuo immuran-

di, aut perpetuo damnati ad triremes, verbaliter ſoleant degradari non actualiter, vt ait Pegna ibid. Extra dubium eſt quod relapſus debeat degradari, cum debeat vt talis, licet pœnitens tradi brachio ſæculari. Abſens etiam cõtumax debet verbaliter degradadari, & ſic degradatus ficte relinqui brachi ſæculari; ficte dico vt ſcilicet ſi velit reſipiſcere, recipiatur cum hæreſis ſit crimen occultum: & licet iudex ſæcularis hunc ſic ficte relictum curiæ ſeculari poſſet punire, tamen tutius eſt & humanius, vt actualiter degradetur vt ait Pegna 3. part. com. 49. numero 215. Plura de degradatione vide apud Eymeric. & Pegnam cit. Iulium Clarum in pract. crim. §. fin. qu. 74. Tabienſ. Sylueſt. Angel in ſum. verbo degradatio Repertor. Inquiſit. & Locatum in opere iudiciali verbo, degradatio. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 13. Roiam in ſing. fid. ſing. 48. Simanc. cath. inſtit. tit. 46. num. 69. & 70. Farinacium de hæreſi q. 189. num. 11. & ſequentibus. Delrio lib. 5. diſq. mag. ſect. 16. lit. YY.

Quomodo vero tractandus ſit is qui relinquitur Curiæ ſeculari, optime declarat text. extra. de verb. ſignif. cap. nouimus his verbis. Nouimus expedire vt verbum illud quod in antiquis canonibus & in noſtro decreto contra falſarios edito continetur videlicet vt Clericus per Eccleſiaſticum iudicem degradatus ſæculari tradatur Curiæ puniendus apertius exponamus. Cum enim quidam anteceſſorum noſtrorum ſuper hoc conſulti diuerſa reſponderint & quorundam ſit opinio à pluribus approbata, vt Clericus qui propter hoc vel aliud flagitium graue non ſolum damnabile ſed damnoſum fuerit degra-

datus: tanquam exutus priuilegio clericali ſæculari foro per cõſequentiã applicetur. Cũ ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, eius eſt degradatio celebranda ſæculari poteſtate preſente, ac pronunciandum eidem cum fuerit celebrata vt in ſuum forum recipiat degradatum: & ſic intelligitur tradi Curiæ ſæculari, pro quo debet tamen efficaciter Eccleſia intercedere: vt citra mortis periculum circa eum ſententia moderetur.

Et inde eſt quod Inquiſitores quando reos relinquunt curiæ ſæculari, efficaciter intercedunt vt citra mortis periculum coerceantur, ne ſanguinis effuſioni conſentire videantur & fiant irregulares: idem diſponit Lex ſeptipartita part. 1. tit. 6, l. 60. ibi pero ſu perlado deue rogar por el, que le aya alguna merced ſi quiſiere. Quibus verbis alius ritus paulo differens ab eo qui præſcribitur in d. cap. continetur, videlicet quod Inquiſitores rogent Iudicem vt cum ſibi traditis miſericordia ſi velit, vtatur: quod diligenter eſt obſeruandum: nam per diſpoſitionem d. Legis 60. hoc ſufficit ad euitandam irregularitatem non obſtantibus in contrarium Couarruuia & aliis, ſed in praxi id ſeruatur quod traditur in d. cap. Nouimus. vt docet Ioan. Rojas in ſing. 175. nec etiam Inquiſitores aut Conſultores officij quicunque qui in iudicando illi aſſiſtunt, damnantes reum ad quæſtiones, torturam & alias pœnas condignas etiam vſque ad mutilationem membri & ad mortem naturalem incluſiue incurrunt irregularitatem, vt decreuit Paulus Quartus Romę die 29. Aprilis, anno Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, circa cauſas quæ ante ipſum agebantur. Quod

priuilegium postea & confirmauit & extendit Pius V. ad omnes Inquisitores eorum Vicarios & Consultores vt testatur Locatus in opere Iudi. Inquisitor. circa fin. tit. de decretis. Quod & verum esse dicit Pegna 2. part. direct. Comment. 20. Nec tamen vult omittenda esse cõtra irregularitatem iuris remedia, & licet interdictum sit ex L. Federici inconsutilem intercedere pro hæreticis in hoc casu cũ traduntur brachio sęculari, inquit Pegna ibid. non fit intercessio ad fauorem hæretici aut ad impedimẽtum iustitiæ, sed ad vitandum irregularitatem, quæ intercessio non vetatur

TEXTVS XXIX.

------ Contradictores autem quoslibet, & rebelles, ac tibi in præmissis non parentes per Censuras Ecclesiasticas, & pœnas, ac aliis iuris remediis opportunis compescendi.

Dictum est supra ad textum sextum in additione ad bullam Nicolai incipien. Turbato corde. Quod Inquisitor possit excommunicare, suspendere

re, & interdicere: in qua cenſura excommunicationis qui per annum perſtiterit ſi non ſit in cauſa fidei & hæreſeos eſt ſuſpectus de hæreſi, ſi vero in cauſa fidei eſt ipſo iure ſine vlla promulgatione ſententiæ cenſendus hæreticus & vt talis condemnandus & excommunicatus propter contumaciam non eſt neceſſe quod citetur ad audiendam ſententiam iuxta Gemi. in c. cum contumacia de hæretic. in 6. Vide Eymericum 2. part. Direct. q.47. Pegnam ibi com. 72. & alibi etiam & alios citatos ab eis. Excommunicati tamen audiuntur de crimine anno etiam elapſo vt docent prefati Doctores 3. part. in 13. modo proceſſum fidei terminandi, & ipſe Pegna com.174 de quibus omnibus extat optime cap. Excommunicamus. 1. extra de hæret. quod vide integrum in fine huius libri, Et qui pro hæreſeos crimine, receptatione, defenſione, & fauore hæreticorum fuerint ab Inquiſitore excommunicati, debent ſupponi banno per ſæculares Principes & Magiſtratus: vt expreſſe in ſequenti bulla Innocentij Quarti habetur.

CVm Fratres Prædicatores generaliter in Lombardia, Marchia Teruiſina, & Romaniola contra hæreticos, & omnes ſectas eorum quocunque nomine cenſeantur, ad extirpandam inde tam grauis contagii peſtem, & malum tantæ prauitatis in Eccleſia Dei nimium peſtilens, duximus deputandos: Vniuerſitatem veſtram rogandam, hortandam duximus

attentè & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus omnes illos, qui per Inquiſitores eoſdem, vel per alios de ipſorum mandato pro hæreſeos crimine: vel pro defenſione, ſeu receptatione, aut fauore hæreticorum excommunicationis innodati vinculo, vel denunciati excommunicati publicè fuerint, bonis confiſcatos ipſorum, banno publico exponatis: alias contra eos temporaliter prout expedire videritis, in fulcimentum Catholicæ fidei, poteſtate vobis tradita proceſſuri: alioquin noueritis nos eiſdem Inquiſitoribus, noſtris literis iniunxiſſe, vt vos ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellãt. Datum Peruſij V. Idus Maij. Pontifica, noſtri Anno nono.

CVm ergo iam ſæpius fuſe ſatis dictum ſit quando valeat ferre ſententiam excommunicationis Inquiſitor nunc praxis hic eſt inſerenda. Quocirca poſtquam obtinuerit Inquiſitor literas ſaluæ guardiæ à ſupremo Domino de quibus ſupra, debet vocare Officiales temporales, vt ante ſe compareant hac forma.

Frater N. &c. Ordinis Prædicatorum Inquiſitor hæreticæ prauitatis in terris talis Domini, à ſancta Sede Apoſtolica delegatus, Venerabilibus & dilectis in Ciuitate tali, Vicario, balliuo, ac conſulibus: Sa-

lutem, & mandatis noſtris,, imo verius Apoſtolicis, prompto animo obedire.

CVm propter Inquiſitionis hæreticorum nobis iniunctum officium, & etiam propter veſtrum habeamus ſuper negotiis fidei vna vobiſcum aliqua pertractare: ideirco auctoritate Domini noſtri Papæ qua fungimur in hac parte, & iniuncti nobis officij, vos & quemlibet veſtrum rogamus & requirimus per præſentes (quamuis poſſimus præcipere & mandare) ſed de promptitudine zeli veſtri in cauſa maxime fidei minime dubitantes, quatenus omnibus negotiis prætermiſſis, die tali, ad talem locum domus fratrum Prædicatorum talis loci certa ratione ad nos perſonaliter veniatis. Datum in tali loco, die tali, talis menſis, anno tali.

Si compareant, eos exhortetur Inquiſitor ad præſtandum tempore ſtatuto iuramentum: & faciat legi per Notarium ante eos capitula, decretales & bullas quibus ad hoc præſtandum tenentur: & hæc omnia fiant in preſentia virorum proborum præſertim Eccleſiaſticorum. Capitula autem illa ſunt Frederici contra Patarenos, incipien. Catharos. relata ſupra ad textum ſextum & bullæ Innocentij Quarti Alexandri Quarti & Clementis Quarti Ad extirpanda relatæ ibidem. Decretales autem ſunt de hæret. cap. Ad abolendam. §. ſtatuimus inſuper. His verbis: Statuimus iuſuper, vt Comites, Barones, Rectores, & conſules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem Epiſcoporum, præſtito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter & ei

ficaciter cum ab iis fuerint requisiti, Ecclesiaã contra hæreticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum: vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio Ciuitatum, & Episcopali se nouerit dignitate priuandam: & infra. Si qui vero fuerint, qui à lege diœcesanæ iurisdictionis exempti, soli subiaceant sedis Apostolicæ potestati, nihilominus in his quæ sunt contra hæreticos instituta Episcoporum subeant iudicium: & eis in hac parte tanquam à Sede Apostolica delegatis (non obstantibus libertatis suæ priuilegiis) obsequantur. Et cap. Vt officium. de hæretic. in 6. §. statuimus his verbis: Statuimus insuper vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, vel Consules, seu quiuis alij, qui Ciuitati præsunt, vel loco alteri ad præsens, aut præerũt in futurum, ad requisitionem diœcesanorum, vel vicariorum suorum, seu Inquisitorum hęreticæ prauitatis iurent precise attendere inuiolabiliter, & obseruare, ac facere à suis subditis obseruari, toto tempore sui regiminis, in terris suæ iurisdictioni regimine subiectis constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum ipsorumque filios & nepotes à Sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas: quas qui iurare noluerit, & seruare, vt infamis & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus officio & honore sui

regiminis ſpolietur: nec vlterius poteſtas, Capitaneus, conſul, vel Rector habeatur in aliquo, aut de cætero in aliquam dignitatem vel officiū publicum vlterius aſſumatur: & quæ vt poteſtas, Balliuus, Cōſul, vel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

Ergo Inquiſitor petet iuramentum à præfatis officialibus hac forma.

Frater N. &c. Ordinis Prædicatorum &c. vt ſupra.

CVm à ſtatutis ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & præſertim ſuper negotiis fidei, in qua eiuſdē Matris Eccleſiæ fundamenta à Domino noſtro Ieſu Chriſto poſita dignoſcuntur, & firmiter ſtabilita, nullus verè Catholicus debeat deuiare, ſed potius ſecūdum eius officium promouere totis viribus & complere: idcirco nos Frater N. Ordinis Prædicatorum Prouinciæ talis, à Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatus, Auctoritate Apoſtolica, qua fungimur, in hac parte, & iniuncti nobis officij: Vos venerabiles iuratos: Balliuum, Subballiuum, Vicarium & Subuicarium Ciuitatis talis, generaliter, & quem libet veſtrum ſingulariter monēmus per præſentes & requirimus de præſenti, quatenus præſtetis ad sācta Dei Euangelia (vt eſt iuris) publicè iuramentum, de obſeruandis Imperatoris Federici Legibus, & ſtatutis ſuper negotio fidei editis, & hæreticæ prā-

uitatis, ſecundum formam & modum per nos ſeunc dum ſtatuta Eccleſiæ exprimendum. Si autem (quod abſit) contempſeritis, & renueritis mandatis Apoſtolicis & noſtris in hoc negotio obedire, denuntiamus vos per nos mucrone anathematis feriendos, & veſtris publicis officiis ſpoliandos in poſterum etiam, & priuandos, ſecundum Apoſtolica & Canonica ſtatuta. Datum, &c.

De obſeruandis his Frederici legibus & alijs quibuſuis latis contra hæreticos faciunt bullæ prius relatæ. Cum aduerſus. Clementis Quarti Vrbani 4. Licet ex omnibus, Innocentij Quarti Orthodoxæ fidei: & præterea Concilium Biterrenſe cap. 31. his verbis: Vt autem adiuuante Domino hęreſis melius extirpetur & citius: fideſque plantetur in terra, ſtatuta & iura per Sedem Apoſtolicam, eiuſque legatos, ac Principes ſuper his edita, faciatis pleniſſimè obſeruari.

Iurabunt ergo prædicti Officiales Temporales hac forma.

NOs talis Vicarius talis Ciuitatis vel loci, & talis Subuicarius, & talis Balliuus, & talis Subballiuus, & tales Conſules, vel iurati Ciuitatis talis vel loci, ad requiſitionem & monitionem Venetabilis præfati Domini Inquiſitoris Fratris N. tanquam

veri fideles & obedientes Ecclesiæ Sanctæ Dei, promittimus & iuramus per hæc Sancta quatuor Euangelia coram nobis posita, & per nos corporaliter tacta, quod fidem Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenebimus, & teneri faciemus seruabimus, & seruari faciemus, & ipsam contra omnes pro viribus defendemus: ita quod hæreticos, credentes, fautores, & receptatores, ac defensores eorum, nec non diffamatos, vel suspectos de hæresi persequemur, & capiemus, seu capi faciemus quandocunque poterimus, & accusabimus, & denuntiabimus Ecclesiæ, vel Inquisitoribus, seu alicubi sciuerimus eos esse, vel aliquem de prædictis, præsertim cum fuerimus requisiti. Item quod non committemus Balliuias, saionias, vel aliqua officia publica, quibusuis nominibus censeantur, aliqui de huiusmodi personis pestiferis, vel suspectis ac diffamatis de hæresi: nec alicui, cui impositum fuerit ratione criminis hæresis, vel alias prohibitum ab Inquisitoribus, vel à iure, quod publicis officiis non fungatur nec eos vti prædictis, nec tenere publica officia permittemus. Item quod nullum de prædictis recipiemus, nec habebimus in nostra familia, vel consortio vel seruitio, nec in nostro consilio scienter: & si forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos post quam ad notitiam nostram per Ecclesiam, vel Inquisitores hæreticæ prauitatis, vel eorum Commissarios peruenerit, protinus expellemus: & quod in his & in aliis quę ad officium Inquisitionis hæreticę prauitatis pertinent, erimus obedientes Deo & Romanæ Ecclesiæ, & Inquisitoribus eiusdem hæreticæ prauitatis iuxta officium & posse nostrum: sic nos Deus

adiuuet. Et hæc, ſuper quibus iuramus, ſancta Dei Euangelia manibus propriis per nos tacta.

Si vero iurare recuſent aut ſuper hoc deliberent: paucis intermiſſis diebus Inquiſitor requiret ab eis iuramentum ſub pœna excommunicationis his verbis.

Frater N. &c. Ordinis Prædicatorum &c. vt ſupra.

CVm omnes renati fonte baptiſmatis, & præſertim Domini temporales, conſules, Officiales & aliarum Prouinciarum, Ciuitatum, caſtrorum & locorum Rectores, & regimini preſidentes, teneantur in defenſione ſanctæ fidei orthodoxæ, & extirpatione prauitatis hæreticæ. iuxta poſſe & officium ſuum Eccleſiam adiuuare, ſi fideles haberi cupiunt, & tales à cæteris reputari. & hoc iurare cum ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus fuerint requiſiti, ſi vitare cupiunt graues & multiplices pœnas iuris, provt docet Canonica inſtituta: Et nos qui ad Ciuitatem talem venimus cauſa fidei, & exiſtimus de præſenti, habemuſque in ea nonnulla fidei ardua negotia peragere pro ſancta Fidei defenſione, & extirpanda hæretica prauitate, quod facere commode nequimus niſi veſtrorum inuocato auxilio brachij ſæcularis. Ea propter auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte: vos & veſtrum quemlibet requirimus & monemus, ac monendo in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis in iure contentis præcipimus, & man-

damus, quatenus poſt tres dies naturales proximè & immediatè ſequentes, quorum primum pro primo, ſecundum pro ſecundo, & tertium pro tertio termino & peremptoriè. ac trina monitione Canonica aſſignamus, ſcilicet die tali proximè & immediatè ſequenti veniatis in terram talem, & tali hora & in tali loco coram nobis corporaliter compareatis, & corporale iuramentum ad ſancta quatuor Dei Euangelia ibi nobis & coram nobis præſtetis, iuretis, & promittatis, quod toto tempore veſtri regiminis in officio memorato fideliter & efficaciter, cum à nobis fueritis requiſiti, Eccleſiam contra hæreticos & eorum complices adiuuabitis, bona fide, iuxta officium & poſſe veſtrum. Et nihilominus quod inuiolabiliter ſeruabitis, & ſeruari facietis in terris veſtræ iuriſdictioni ac regimini ſubiectis, conſtitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores ipſorumque filios, & nepotes à ſede apoſtolica promulgatas, ac etiam approbatas. Si autem (quod Deus auertat) noſtrorum monitorum, mandatorum, & præceptorum, immo verius Apoſtolorum immemores extiteritis, & rebelles præfatis noſtris monitis, & mandatis, infra prætaxatum vobis terminum non parendo, ſciatis vos & veſtrum quemlibet, ſic rebellem, contumacem & inobediẽtem, vel ſic rebelles, contumaces, & inobedientes nobis, immo reuera Eccleſiæ ſanctæ Dei, excommunicationis ſententia innodatum, & innodatos, quam excommunicationis ſententiam in vos, & veſtrum quemlibet, ſic inobedientem, contumacem & rebellem nobis; imo Sanctiſſimo noſtro Papæ, nunc vt extunc, & tunc vt exnunc, veſtra contumacia exigente

cia exigente & Iuſtitia requirēte in his ſcriptis ſententialiter promulgamus. Notificantes, quod ſi permiſeritis vos prędictâ noſtrâ ſententiâ innodari, procedemus contra vos ad pœnas alias debitas grauiores, & ad incurſionem earundem, provt ius & iuſtitia ſuadebunt. Datum ſub noſtro ſigillo, die tali, menſis talis, anno tali, ac loco tali.

Quibus literis præſentatis aut obedientes iurabunt ſecundum datam formam, aut contumaces nec comparentes ad datum terminum, publicentur excommunicati per hanc formam.

Frater N. ordinis Prædicatorum, &c. Inquiſitor, &c. Dilectis nobis in Chriſto curatis clericis talis Eccleſiæ Cathedralis ad quem, vel quos præſentes peruenerint: Salutem & mandatis noſtris, immo verius &c.

VObis & cuilibet veſtrum notum facimus tenore noſtrarum præſentium literarum, quod die tali de menſe tali, & de anno tali, aſſiſtentibus nobis talibus ac in tali loco, vocauimus ad nos venerabilem talem Vicarium, & talem Subuicarium, talem Bālliuum, & talem Subballiuum, & tales Conſules talis Ciuitatis, vel loci, & requiſiuimus verbo prius, poſtmodum literatorie: quatenus prēſtarent nobis iuramentum (vt tenentur) ſecundum Canonicas ſanctiones, quod quandocunque per nos

datus: tanquam exutus priuilegio clericali sæculari foro per cõsequentiã applicetur. Cũ ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebranda sæculari potestate præsente, ac pronunciandum eidem cum fuerit celebrata vt in suum forum recipiat degradatum: & sic intelligitur tradi Curiæ sæculari, pro quo debet tamen efficaciter Ecclesia intercedere: vt citra mortis periculum circa eum sententia moderetur.

Et inde est quod Inquisitores quando reos relinquunt curiæsæculari, efficaciter intercedunt vt citra mortis periculum coerceantur, ne sanguinis effusioni consentire videantur & fiant irregulares: idem disponit Lex septipartita part. 1. tit. 6, l. 60. ibi pero su perlado deue rogar por el, que le aya alguna merced si quisiere. Quibus verbis alius ritus paulo differens ab eo qui præscribitur in d. cap. continetur, videlicet quod Inquisitores rogent Iudicem vt cum sibi traditis misericordia si velit, vtatur: quod diligenter est obseruandum: nam per dispositionem d. Legis 60. hoc sufficit ad euitandam irregularitatem non obstantibus in contrarium Couarruuia & aliis, sed in praxi id seruatur quod traditur in d. cap. Nouimus. vt docet Ioan. Rojas in sing. 175. nec etiam Inquisitores aut Consultores officij quicunque qui in iudicando illi assistunt, damnantes reum ad quæstiones, torturam & alias pœnas condignas etiam vsque ad mutilationem membri & ad mortem naturalem inclusiue incurrunt irregularitatem, vt decreuit Paulus Quartus Romę die 29. Aprilis, anno Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, circa causas quæ ante ipsum agebantur. Quod

priuilegium postea & confirmauit & extendit Pius V. ad omnes Inquisitores eorum Vicarios & Consultores vt testatur Locatus in opere Iudi. Inquisitor. circa fin. tit. de decretis. Quod & verum esse dicit Pegna 2. part. direct. Comment. 20. Nec tamen vult omittenda esse cõtra irregularitatem iuris remedia, & licet interdictum sit ex L. Federici inconsutilem intercedere pro hæreticis in hoc casu cũ traduntur brachio sęculari, inquit Pegna ibid. non sit intercessio ad fauorem hæretici aut ad impedimẽtum iustitiæ, sed ad vitandum irregularitatem, quæ intercessio non vetatur

TEXTVS XXIX.

------ Contradictores autem quoslibet, & rebelles, ac tibi in præmissis non parentes per Censuras Ecclesiasticas, & pœnas, ac aliis iuris remediis opportuniscompescendi.

Dictum est supra ad textum sextum in additione ad bullam Nicolai incipien. Turbato corde. Quod Inquisitor possit excommunicare, suspendere

re, & interdicere: in qua cenſura excommunicationis qui per annum perſtiterit ſi non ſit in cauſa fidei & hæreſeos eſt ſuſpectus de hæreſi, ſi vero in cauſa fidei eſt ipſo iure ſine vlla promulgatione ſententiæ cenſendus hæreticus & vt talis condemnandus & excommunicatus propter contumaciam non eſt neceſſe quod citetur ad audiendam ſententiam iuxta Gemi. in c. cum contumacia de hæretic. in 6. Vide Eymericum 2. part. Direct. q.47. Pegnam ibi com. 72. & alibi etiam & alios citatos ab eis. Excommunicati tamen audiuntur de crimine anno etiam elapſo vt docent prefati Doctores 3. part. in 13. modo proceſſum fidei terminandi, & ipſe Pegna com.174 de quibus omnibus extat optime cap. Excommunicamus. 1. extra de hæret. quod vide integrum in fine huius libri, Et qui pro hæreſeos crimine, receptatione, defenſione, & fauore hæreticorum fuerint ab Inquiſitore excommunicati, debent ſupponi banno per ſæculares Principes & Magiſtratus: vt expreſſe in ſequenti bulla Innocentij Quarti habetur.

CVm Fratres Predicatores generaliter in Lombardia, Marchia Teruiſina, & Romaniola contra hæreticos, & omnes ſectas eorum quocunque nomine cenſeantur, ad extirpandam inde tam grauis contagii peſtem, & malum tantæ prauitatis in Eccleſia Dei nimium peſtilens, duximus deputandos: Vniuerſitatem veſtram rogandam, hortandam duximus

attentè & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus omnes illos, qui per Inquiſitores eoſdem, vel per alios de ipſorum mandato pro hæreſeos crimine: vel pro defenſione, ſeu receptatione, aut fauore hæreticorum excommunicationis innodati vinculo vel denunciati excommunicati publicè fuerint, bonis confiſcatos ipſorum, banno publico exponatis: alias contra eos temporaliter prout expedire videritis, in fulcimentum Catholicæ fidei, poteſtate vobis tradita proceſſuri: alioquin noueritis nos eiſdem Inquiſitoribus, noſtris literis iniunxiſſe, vt vos ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellãt. Datum Perusij V. Idus Maij. Pontifica, noſtri Anno nono.

CVm ergo iam ſæpius fuſe ſatis dictum ſit quando valeat ferre ſententiam excommunicationis Inquiſitor nunc praxis hic eſt inſerenda. Quocirca poſtquam obtinuerit Inquiſitor literas ſaluæ guardiæ à ſupremo Domino de quibus ſupra, debet vocare Officiales temporales, vt ante ſe compareant hac forma.

Frater N. &c. Ordinis Prædicatorum Inquiſitor hæreticæ prauitatis in terris talis Domini, à ſancta Sede Apoſtolica delegatus, Venerabilibus & dilectis in Ciuitate tali, Vicario, balliuo, ac conſulibus: Sa-

lutem, & mandatis noſtris,, imo verius Apoſtolicis, prompto animo obedire.

CVm propter Inquiſitionis hæreticorum nobis iniunctum officium, & etiam propter veſtrum habeamus ſuper negotiis fidei vna vobiſcum aliqua pertractare: ideirco auctoritate Domini noſtri Papæ qua fungimur in hac parte, & iniuncti nobis officij, vos & quemlibet veſtrum rogamus & requirimus per præſentes (quamuis poſſimus præcipere & mandare) ſed de promptitudine zeli veſtri in cauſa maxime fidei minime dubitantes, quatenus omnibus negotiis prætermiſſis, die tali, ad talem locum domus fratrum Prædicatorum talis loci certa ratione ad nos perſonaliter veniatis. Datum in tali loco, die tali, talis menſis, anno tali.

Si compareant, eos exhortetur Inquiſitor ad præſtandum tempore ſtatuto iuramentum: & faciat legi per Notarium ante eos capitula, decretales & bullas quibus ad hoc præſtandum tenentur: & hæc omnia fiant in præſentia virorum proborum præſertim Eccleſiaſticorum. Capitula autem illa ſunt Frederici contra Patarenos, incipien. Catharos. relata ſupra ad textum ſextum & bullæ Innocentij Quarti Alexandri Quarti & Clementis Quarti Ad extirpanda relatæ ibidem. Decretales autem ſunt de hæret. cap. Ad abolendam. §. ſtatuimus inſuper. His verbis: Statuimus iuſuper, vt Comites, Barones, Rectores, & conſules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem Epiſcoporum, præſtito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter & ef

ficaciter cum ab iis fuerint requisiti, Ecclesiaã contra hæreticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum: vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio Ciuitatum, & Episcopali se nouerit dignitate priuandam: & infra. Si qui vero fuerint, qui à lege diœcesanæ iurisdictionis exempti, soli subiaceant sedis Apostolicæ potestati, nihilominus in his quæ sunt contra hæreticos instituta Episcoporum subeant iudicium: & eis in hac parte tanquam à Sede Apostolica delegatis (non obstantibus libertatis suæ priuilegiis) obsequantur. Et cap. Vt officium. de hæretic. in 6. §. statuimus his verbis: Statuimus insuper vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, vel Consules, seu quiuis alij, qui Ciuitati præsunt, vel loco alteri ad præsens, aut præerũt in futurum, ad requisitionem diœcesanorum, vel vicariorum suorum, seu Inquisitorum hęreticæ pra uitatis iurent precise attendere inuiolabiliter, & obseruare, ac facere à suis subditis obseruari, toto tempore sui regiminis, in terris suæ iurisdictioni regimine subiectis constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum ipsorumque filios & nepotes à Sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas: quas qui iurare noluerit, & seruare, vt infamis & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus officio & honore sui

regiminis ſpolietur: nec vlterius poteſtas, Capitaneus, conſul, vel Rector habeatur in aliquo, aut de cætero in aliquam dignitatem vel officiū publicum vlterius aſſumatur: & quæ vt poteſtas, Balliuus, Cōſul, vel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

Ergo Inquiſitor petet iuramentum à præfatis officialibus hac forma.

Frater N. &c. Ordinis Prædicatorum &c. vt ſupra.

CVm à ſtatutis ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & præſertim ſuper negotiis fidei, in qua eiuſdē Matris Eccleſiæ fundamenta à Domino noſtro Ieſu Chriſto poſita dignoſcuntur, & firmiter ſtabilita, nullus verè Catholicus debeat deuiare, ſed potius ſecūdum eius officium promouere totis viribus & complere: idcirco nos Frater N. Ordinis Prædicatorum Prouinciæ talis, à Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatus, Auctoritate Apoſtolica, qua fungimur, in hac parte, & iniuncti nobis officij: Vos venerabiles iuratos: Balliuum, Subballiuum, Vicarium & Subuicarium Ciuitatis talis, generaliter, & quemlibet veſtrum ſingulariter monēmus per præſentes & requirimus de præſenti, quatenus præſtetis ad sācta Dei Euangelia (vt eſt iuris) publicè iuramentum, de obſeruandis Imperatoris Federici Legibus, & ſtatutis ſuper negotio fidei editis, & hæreticæ præ-

uitatis, ſecundum formam & modum per nos ſeunc dum ſtatuta Eccleſiæ exprimendum. Si autem (quod abſit) contempſeritis, & renueritis mandatis Apoſtolicis & noſtris in hoc negotio obedire, denuntiamus vos per nos mucrone anathematis feriendos, & veſtris publicis officiis ſpoliandos in poſterum etiam, & priuandos, ſecundum Apoſtolica & Canonica ſtatuta. Datum, &c.

De obſeruandis his Frederici legibus & alijs quibuſuis latis contra hæreticos faciunt bullæ prius relatæ. Cum aduerſus. Clementis Quarti Vrbani 4. Licet ex omnibus, Innocentij Quarti Orthodoxæ fidei: & præterea Concilium Biterrenſe cap. 31. his verbis: Vt autem adiuuante Domino hęreſis melius extirpetur & citius: fideſque plantetur in terra, ſtatuta & iura per Sedem Apoſtolicam, eiuſque legatos, ac Principes ſuper his edita, faciatis pleniſſimę obſeruari.

Iurabunt ergo prædicti Officiales Temporales hac forma.

NOs talis Vicarius talis Ciuitatis vel loci, & talis Subuicarius, & talis Balliuus, & talis Subballiuus, & tales Conſules, vel iurati Ciuitatis talis vel loci, ad requiſitionem & monitionem Venetabilis præfati Domini Inquiſitoris Fratris N. tanquam

veri fideles & obedientes Ecclesiæ Sanctæ Dei, promittimus & iuramus per hæc Sancta quatuor Euangelia coram nobis posita, & per nos corporaliter tacta, quod fidem Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenebimus, & teneri faciemus seruabimus, & seruari faciemus, & ipsam contra omnes pro viribus defendemus: ita quod hæreticos, credentes, fautores, & receptatores, ac defensores eorum, nec non diffamatos, vel suspectos de hæresi persequemur, & capiemus, seu capi faciemus quandocunque poterimus, & accusabimus, & denuntiabimus Ecclesiæ, vel Inquisitoribus, seu alicubi sciuerimus eos esse, vel aliquem de prædictis, præsertim cum fuerimus requisiti. Item quod non committemus Balliuias, saionias, vel aliqua officia publica, quibusuis nominibus censeantur, aliqui de huiusmodi personis pestiferis, vel suspectis ac diffamatis de hæresi: nec alicui, cui impositum fuerit ratione criminis hæresis, vel alias prohibitum ab Inquisitoribus, vel à iure, quod publicis officiis non fungatur nec eos vti prædictis, nec tenere publica officia permittemus. Item quod nullum de prædictis recipiemus, nec habebimus in nostra familia, vel consortio vel seruitio, nec in nostro consilio scienter: & si forte contrarium factum fuerit ignoranter, illos post quam ad notitiam nostram per Ecclesiam, vel Inquisitores hæreticæ prauitatis, vel eorum Commissarios peruenerit, protinus expellemus: & quod in his & in aliis quę ad officium Inquisitionis hæreticę prauitatis pertinent, erimus obedientes Deo & Romanæ Ecclesiæ, & Inquisitoribus eiusdem hæreticæ prauitatis iuxta officium & posse nostrum: sic nos Deus

adiuuet. Et hæc, ſuper quibus iuramus, ſancta Dei Euangelia manibus propriis per nos tacta.

Si vero iurare recuſent aut ſuper hoc deliberent: paucis intermiſſis diebus Inquiſitor requiret ab eis iuramentum ſub pœna excommunicationis his verbis.

Frater N. &c. Ordinis Prædicatorum &c. vt ſupra.

CVm omnes renati fonte baptiſmatis, & præſertim Domini temporales, conſules, Officiales & aliarum Prouinciarum, Ciuitatum, caſtrorum & locorum Rectores, & regimini preſidentes, teneantur in defenſione ſanctæ fidei orthodoxæ, & extirpatione prauitatis hæreticæ. iuxta poſſe & officium ſuum Eccleſiam adiuuare, ſi fideles haberi cupiunt, & tales à cæteris reputari. & hoc iurare cum ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus fuerint requiſiti, ſi vitare cupiunt graues & multiplices pœnas iuris, provt docét Canonica inſtituta: Et nos qui ad Ciuitatem talem venimus cauſa fidei, & exiſtimus de præſenti, habemuſque in ea nonnulla fidei ardua negotia peragere pro ſancta Fidei defenſione, & extirpanda hæretica prauitate, quod facere commode nequimus niſi veſtrorum inuocato auxilio brachij ſæcularis. Ea propter auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte: vos & veſtrum quemlibet requirimus & monemus, ac monendo in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis in iure contentis præcipimus, & man-

cia exigente & Iuſtitia requirēte in his ſcriptis ſententialiter promulgamus. Notificantes, quod ſi permiſeritis vos prędatâ noſtrâ ſententiâ innodari, procedemus contra vos ad pœnas alias debitas grauiores, & ad incurſionem earundem, provt ius & iuſtitia ſuadebunt. Datum ſub noſtro ſigillo, die tali, menſis talis, anno tali, ac loco tali.

Quibus literis præſentatis aut obedientes iurabunt ſecundum datam formam, aut contumaces nec comparentes ad datum terminum, publicentur excommunicati per hanc formam.

Frater N. ordinis Prædicatorum, &c. Inquiſitor, &c. Dilectis nobis in Chriſto curatis clericis talis Eccleſiæ Cathedralis ad quem, vel quos præſentes peruenerint: Salutem & mandatis noſtris, immo verius &c.

VObis & cuilibet veſtrum notum facimus tenore noſtrarum præſentium literarum, quod die tali de menſe tali, & de anno tali, aſſiſtentibus nobis talibus ac in tali loco, vocauimus ad nos venerabilem talem Vicarium, & talem Subuicarium, talem Bālliuum, & talem Subballiuum, & tales Conſules talis Ciuitatis, vel loci, & requiſiuimus verbo prius, poſtmodum literatorie: quatenus prę-ſtarent nobis iuramentum (vt tenentur) ſecundum Canonicas ſanctiones, quod quandocunique per nos

requirentur, vt Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adiuuarent bonâ fide, & iuxta officium & posse suum, & cætera facerent, quæ in dictis literis continentur. Cumque parere noluerint vt tenentur, requisiuimus eos ac monuimus, & requiri ac moneri sub pœna excommunicationis fecimus, quatenus dictum iuramentum præstarent infra certum eis terminum assignatum, vt patet per nostras literas tenoris sequentis. Inseratur tota immediate liter. antedict., & continuetur sic.

Verùm cùm talis Vicarius, vel Consules, ac Baliuus, &c. antedicti: nostris præfatis monitis & mandatis, immò verius Apostolicis non paruerint cum effectu, contemnendo præstare petitum iuramentum canonicum antedictum, propter quæ antefatam excommunicationis sententiam incurrerunt, vt contumaces nobis & rebelles, immò verius sanctissimo Domino nostro Papæ, & Ecclesiæ sanctæ Dei: ideo Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte vobis & cuilibet vestrûm dicimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis præcipimus, & mandamus, quatenus tali die proximè venienti, & in omnibus & singulis aliis diebus Dominicis & festiuis, & tandem quousque à nobis oppositum habueritis in mandatis, populo denuntietis in tali Ecclesia vel tali, in Missa maiori, quando maior ibi erit multitudo populi atque cleri, prædictos talem & talem fore per nos excommunicatos, & tanquam verè excommunicatos, vitetis, & faciatis ab aliis euitari, tantum & tamdiu, donec de absolutione eorum legitimè vo-

bis conſtet. Et has noſtras reddatis latori præſentium cum ſubſcriptionibus veſtris, continentibus diem & horam receptionis veſtræ in ſignum mandati completi, poſitis in eiſdem. Datum ſub noſtro ſigillo, die tali, menſis talis, anno tali, & loco tali.

Sic denuntiati ſi præſtare velint iuramentum, admittantur & abſoluantur ab excommunicatione hac forma.

Nam dicti excommunicati flectentes genua iurabunt ſtare mandatis Eccleſię: & poſt ſtatim dicetur per Inquiſitorem & alios ibi præſentes Pſalmus miſerere mei Deus. vel: Deus miſereatur. vel aliquis alius. Quo dicto, dicetur Kyrieel. Chriſteel. Kyrieel.

Pater noſter.
Et ne nos &c.

Saluos fac ſeruos tuos.
Deus meus ſperantes in te.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo

OREMVS.

PRætende Domine famulis tuis dexteram cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant assequantur.

Præsta quæsumus Domine, his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius obedientia deuiauerant delinquendo, dono tuæ gratiæ reformentur. Per Christum Dominum nostrum. Et adda Inquisitor: Et nos Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, absoluimus vos, & vestrum quemlibet a sententia excommunicationis maioris, qua fueratis per nos legitimè innodati, pro eo quia contumaciter recusaueratis ad nostri requisitionem præstare canonicum iuramentum, de sancta Ecclesia defendenda contra hæreticam prauitatem: & restituo vos & quemlibet vestrum Sacramentis Ecclesiæ: In nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, Amen. Et dicetur eis sic: Vos iurastis stare mandatis Ecclesiæ, & nos mandamus vobis sub virtute iuramẽti per vos præstiti quatenus pro pœnitentia salutari vos singulis diebus Dominicis faciatis hoc vel illud. Iniungetur eis pœnitentia salutaris provt honori fidei videtur melius expedire. Quibus absolutis, mandabitur prædictis Rectoribus Ecclesiarum, qui eos excommuni-

catos denunciauerunt, quatenus eos de cætero habeant pro absolutis, nec deinceps hac de causa eos vitent, nec faciant ab aliis vitari: sed potius eos ad diuina admittant, & admittere faciant, prout ante per literas tenoris sequentis.

Et sic absoluti denuntientur iuxta tenorem sequentem.

Frater N. vt prius. Vobis, & cuilibet vestrum notum facimus per præsentes, quod tales, quos de mandato nostro, immo verius Apostolico, denuntiastis publicè fore per nos excommunicationis vinculo innodatos, ac euitastis, & euitari fecistis merito vt decebat, pro eo quia nolebant iurare coram nobis, quatenus Ecclesiam Dei defensarent contra hæreticam prauitatem, absoluimus ab excommunicationis præfatæ contra eos sententiis per nos latis, pro eo quia (vt debebant) mandatis nostris antefactis humiliter paruerunt: ac vt requisiti fuerant defensare Ecclesiam bona fide, & iuxta posse suum, ad sancta Dei quatuor Euangelia iurauerunt: idcirco vobis dicimus & mandamus, quatenus eos de cætero non vitetis, nec faciatis ab aliis euitari.

Datum, &c.

Si autem per duos aut tres menſes pertinaciter ſuſtinuerint excommunicationem hanc, ſunt aggranandi in Eccleſia publicè cum candelis extinctis & campanis pulſatis, hac forma.

Frater N. &c. Ordinis prædicti &c. venerabilibus, & dilectis in Chriſto nobis, Curatis talis Eccleſiæ &c.

CVm creſcente contumacia, creſcere debeat ipſa pœna ſecundum canonica inſtituta: & nos Frater N. Inquiſitor præfatus, talem & talem, ſeu tales, eorum contumacia exigente excommunicauerimus, & excommunicatos vobis mandauerimus denuntiare in cauſa fidei orthodoxæ, pro eo quia recuſarunt de defendenda Eccleſia contra hæreticam prauitatem præſtare canonicum iuramentum: & tales per vos de noſtro mandato excommunicati, denuntiati fuerunt per menſes tot, nec parere voluerunt, nec velint noſtris prefatis monitis, ac mandatis, immo verius Apoſtolicis, & contumaciter ſuſtinuerint per dictos menſes & in præſentiarum ſuſtineant animo pertinaci: Ideo vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, quatenus continuando dictam injunctam vobis per nos denuntiationem de præfatis excommunicatis, eoſdem excommunicatos denunti-

ando, candelas ardentes vos ibi habentes, in terram projiciatis ſeu in aqua, vel alias coram populo extinguatis, & campanas pulſetis, ſeu pulſare faciatis ab aliis quolibet die ſemel: & tandiu præcipimus Auctoritate Apoſtolica vos facere ſupradicta, quouſque à vobis oppoſitum habueritis in mandatis, &c. Datum. &c.

Quod ſi poſt hæc reſipuerint abſoluantur, gratiori tamen cum pœnitentia quam antea: ſi vero manſerint contumaces, excommunicandi ſunt omnes cum eis participantes hoc tenore.

Frater N. Ordinis Prædicatorum, Inquiſitor &c. Venerabilibus Dilectis nobis Curatis talis Eccleſiæ, &c.

CVm participare cum leproſis plurimum ſit dãnoſum, & excommunicati præſertim in cauſa fidei, moraliter ſint leproſi ſic, vt ſe accedentes dãnabiliter inficiant, & corrumpant, propter quod vt vere leproſi arctantur, & merito à conſortio hominum elongãtur: idcirco vobis, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ Auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, præcipimus, quatenus in veſtris Eccleſiis dum miſſarum ſolemnia celebrantur, & populi in eis fuerit multitudo, tali & tali, ſeu talibus, generaliter omnibus præcipiatis,

mandetis, & moneatis canonice, vno pro trino edicto, quatenus non participent comedendo, bibendo pertractando, colloquendo, seu alias prædictis talibus Vicario, Subuicario, Balliuo, &c. alias sciant se excommunicationis vinculo innodatos : quam excommunicationis sententiam in eos vt in contumaces, si contra fecerint, Nos frater N. Inquisitor præfatus, illorum contumacia exigente fecimus in his scriptis: absolutiones à dictis sententiis, si forsan incurrerint, nobis vel Domino Papæ solummodo reseruantes. Datum &c.

Si vero ad hæc nec redierint, terræ eorum Dominio & regimini subiectæ, Ecclesiastico supponantur interdicto hac forma sequente.

Nos Frater N. &c. Ordinis Prædicatorum in Dominio talis Domini, Inquisitor hæreticæ prauitatis a sancta Sede Apostolica specialiter delegatus.

ATtendentes, quod talis Vicarius, talis Subuicarius, talis Balliuus &c. talis Ciuitatis vel loci non solum recusauerunt præstare nobis canonicum Sacramentum vel iuramentum, de defendenda Ecclesia contra hæreticam prauitatem, quamuis ad hoc tenerentur secundum canonicas sanctiones, & per nos fuerint pluries requisiti: verum etiam

permiſerunt ſe hac ex cauſa contumaciter excommunicationis vinculo innodari, & publicè excommunicatos denuntiari, ac creſcente eorum contumacia fuerint denuntiati publicè excommunicati, etiam cum extinctis candelis & pulſatis campanis, ac demum cum participantibus, iuſtitia requirente & huiuſmodi excommunicationis ſententias, ac ipſarum denuntiationes publicas, & aggrauationes ſuſtinuerunt per menſes plures, ſeu tot, animo pertinaci in detrimentum animarum ſuarum ac ſalutis, & contemptum non modicum Eccleſiæ ſanctæ Dei & tolerant animo indurato etiam de præſenti: Idcirco Nos frater N. Inquiſitor præfatus dignum exiſtimantes, quatenus pœna excreſcat, contumacia excreſcente: vt antefati excommunicati Vicarius, Subuicarius, & cæteri antedicti, vtilius inducantur ab antedicta contumacia reſilire, & ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ aduolare, ipſam talem Ciuitatem vel locum, qui ſubeſt regimini eorundem, ſupponimus Eccleſiaſtico interdicto: nolentes, quod præfatum interdictum per alium, quam per nos ſeu Romanum Pontificem relaxetur.

Datum &c.

Quo appoſito, interdictum executioni debitæ demandetur per literas formæ ſequentis.

Frater N. Ordinis Prædicatorum, &c. Veneraqilibus, & nobis in Chriſto dilectis Curatis. &c.

VObis vniuerſis & ſingulis tenore noſtrarum literarum præſentium intimamus, quod nos iuſtitia requirente talem Ciuitatem, ſeu locum ſuppoſuimus Eccleſiaſtico interdicto per noſtras, & ſententias tenoris ſequentis.

Nos Frater N. Ordinis Fratrum Prædicatorum, &c.

INſerantur ex toto literæ immediatè præcedentes! Quapropter vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus: quam excommunicationem in vos, niſi infra ſex vel tot dies, quos vobis vna pro trina monitione canonica aſſignamus, feceritis quæ mandamus, fecimus in his ſcriptis: quatenus infra Miſſarum ſolemnia in veſtris Eccleſiis, quando ibi fuerit populi multitudo, denuntietis publicè & alta voce, talem Ciuitatem ſeu locum

esse & fuisse per nos ex causis præfatis suppositum Ecclesiastico interdicto, nec relaxandum per alium quam per nos, vel Dominum nostrum Papam: vos idem interdictum seruetis, & faciatis in vestris Ecclesiis obseruari, quousque de relaxatione vobis cõstiterit legitimè, prout decet. Datum &c.

Et si Ciuitas prædictos excommunicatos coegerit siue induxerit ad præstandum petitum primitus iuramentum: absoluentur excommunicati cum pœnitentia grauiore quam si antea redijssent: & relaxabitur interdictum sequenti tenore.

Nos Frater N. Ordinis Prædicatorum &c.

ATtendentes quod tales, Ciuitatis talis regimini præsidentes, contumacia postulante fuerunt per nos excommunicationis vinculo innodati, ac demum ipsa ciuitas antedicta supposita Ecclesiastico interdicto, vt saltem sic inducerentur à tanta contumacia resilire, ac iurare de defendenda Ecclesia sancta Dei contra hæreticam prauitatem: & ipsi tales, saniori Consilio adhærentes, ipsa Ciuitate eos suis sanis Consultationibus ad huiusmodi inducente, à sæpefacta contumacia resilientes, præstiterunt antedictum petitum à nobis Canonicum iuramentum: & quia dignum existit, quod eis obedientia suffragetur, ad quam se de proximo reduxerunt, & cessan

te culpa cesset & pœna: Ea propter Nos Inquisitor præfatus eos à sententiis excommunicationis præfatis absoluimus in forma Ecclesiastica consueta, & pro absolutis habemus, & haberi ab omnibus volumus pro prædictis: ipsamque Ciuitatem à dicto interdicto liberamus, ipsum interdictum totaliter relaxando. Datum, &c.

Cuius interdicti absolutio hac formâ denuntiabitur.

Frater N. Ordinis Prædicatorum Inquisitor, &c.

TEnore præsentium literarum vobis, & vestrum cuilibet intimamus, quod nos iustitia postulante absoluimus à sententiis excommunicationis tales quibus tenebantur per nos merito innodati, atque à Ciuitate tali interdictum per nos impositum relaxauimus, ipsis obtemperantibus nostris monitis & mãdatis, prout in literis nostris videritis plenius cõtineri tenoris sequentis. Nos frater N. &c. inseruntur ex toto literæ immediatè præcedentes: idcirco vobis, & cuilibet vestrum Auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, quatenus prædictos pro absolutis habentes, de cætero eos non euitetis, nec faciatis à cæteris euitari: immo, prout ante, ad diuina liberè admittatis, ipsumque interdictum deinceps non seruetis, cum per nos ex toto fuerit relaxatum. Datum, &c.

Quod si nec sic præstare velint iuramentum Canonicum priuãdi sunt officiis publicis omnibus hac forma.

Nos Frater N. &c.

ATtendentes quod ciuitatis, villæ, vel loci alterius regimini præsidentes, tenentur præstare corporale iuramentum de defendenda Ecclesia sancta Dei contra hæreticam prauitatem, ac Constitutionibus contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes editis à sancta Sede Apostolica inuiolabiliter obseruandis, & obseruari toto tempore sui regiminis faciendis, cum fuerint ab ipsis Episcopo seu Inquisitore legitime requisiti, quodque præstare ante fatum iuramentum contumaciter recusantes, sunt vt infames & hæreticorum fautores ac de fide suspecti, honore & officio sui regiminis spoliandi, & de cætero ad nullam dignitatem, neque ad vllum publicum officium assumendi: quin imo declarandum, quod quicquid fecerint deinceps in suo officio nullam obtineant firmitatem: & cum talis Vicarius talis Subuicarius, & talis Balliuus, talis Subballiuus talesque Consules, & Rectores talis Ciuitatis seu loci, fuerint per nos Inquisitorem prefatum legitime pluries requisiti, de defendenda Ecclesia sancta

Dei, bona fide iuxta officium & posse suum contra hæreticam prauitatem: & nihilominus quod Constitutiones a sancta Sede Apostolica editas contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes toto tempore sui regiminis inuiolabiliter obseruarent, & facerent in terris sui regiminis obseruari: ipsique taliter requisiti præstare cõtumaciter renuerunt antefatum Canonicum iuramentum: verum quia ipsorum contumacia exigente fuerunt excommunicationis vinculo innodati, & etiam publicati: ac crescente eorum contumacia etiam cum candelis extinctis & campanis pulsatis, demumque cum participantibus, ipsaque ciuitas talis, in criminis detestationem, & ipsorum criminum punitionem supposita Ecclesiastico interdicto, ac in præsentiarum persistant in tali ac tam graui contumacia animo indurato: Idcirco nos Inquisitor præfatus dignum merito reputantes, vt hi officiis priuentur, qui officiis abutuntur, volentesque in hac parte mandata canonica & Apostolica fideliter exequi (vt tenemur) ipsos talem, a Vicariatus, talem a Subuicariatus, talem a Balliuatus, talem a Subballiuatus, talem a Consulatus officiis talis Ciuitatis, seu loci, eorum in causa fidei, postulante inobedientia & contumacia, vt infames, & tanquam hæreticorum fautores, & de fide suspectos tenore præsentium merito expoliamus: sicque deinceps talis pro Vicario, talis pro Subuicario, talis pro Balliuo, talis pro Subballiuo, & tales pro Consulibus ab aliquo nullatenus habeantur, nec de cætero ad aliquam dignitatem vel pu-

blicum officium assumantur: Eodemque tenore decernentes irrita, & inania quæcunque deinceps talis vt Vicarius, talis vt Subuicar. talis vt Balliuus, talis vt Subballiuus, & tales vt Consules fecerint seu ordinauerint, mandauerint, vel fieri iusserint, nullamque obtinere deinceps firmitatem. Datum &c.

Quæ sententia sic lata debet publicari per parochos & alios Rectores tam in Cathedrali, quam aliis Ecclesiis, & denuntiari quod tales sint priuati publicis officiis forma sequente.

Frater N. Ordinis Prędicatorum, venerabilibus & nobis Dilectis vniuersis & singulis talis Ciuitatis Ecclesiæ Cathedralis Curatis, &c.

Ad vestri cuiuslibet notitiam deducimus, tenore nostrarum præsentium literarum, quod nos iustitia exigente, ac infrascriptorum contumacia requirente, talem Vicarium, talem Subuicarium, & talem Balliuū, & talem Subballiuum, & tales Consules Ciuitatis talis seu loci, spoliauimus officiis, quibus præerant antedictis: ac ipsos inhabilitauimus ad officia publica, & honores publicos qualescunq; habendos deinceps in futurum: decernentes etiam quidquid de cætero fecerint seu ordinauerint, virtute seu occasione prędictorum, seu aliorum officiorū esse irritum & inane, ac nullius existere firmitatis,

ſicut in noſtris literis infraſcriptis videbitis plenius contineri: quarum tenor ſequitur in hunc modum.

Nos Frater N. &c.

Inſeranturex toto literæ immediatè præcedentes.

VEruin cum velimus (vt debemus) ad præfatæ talis Ciuitatis ſeu loci prædicta deduci notitiã ſingulorum, cum omnes tangere dignoſcatur: & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari: ne eos contingat erga huiuſmodi ex ignorantia oberrare, Vobis & cuilibet veſtrum, ſeu vobis talibus auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, & mandando requirimus ac monemus, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quos vobis, & veſtrum cuilibet pro trina monitione canonica, & termino peremptorio aſſignamus: quibus elapſis excommunicationis ſententiæ vos ſubiacere volumus ipſo facto, in veſtris Eccleſiis dum miſſarum ſolemnia celebrantur, & populi erit ibi multitudo: præfatas noſtras literas alta voce in vulgari, & intelligibiliter publicetis, ac faciatis per alios publicari: notificantes omnibus vt ſupra, quod nos prædictos & eorum quemlibet ſpoliauimus officiis publicis antedictis, quibus antea vtebantur: ac etiam ſpoliamus, & inhabilitamus eos, & eorum quemlibet

deinceps

deinceps ad quæcunque publica officia obtinenda decernentes quicquid de cætero attentauerint occasione prædictorum officiorum, seu eorum nomine vel colore, fore irritum & inane, ac nullam obtinere vlterius firmitatem: Mandantes vniuersis & singulis vniuersitatibus præfatæ ciuitatis seu loci, quatenus prædictis taliter à suis officiis per nos auctoritate Apostolica spoliatis, quod eis non pareant seu obtemperent in his, quæ spectant ad executionem officiorum prædictorum, quibus antea vtebantur, cum illi sint suis demeritis auctoritate Apostolica spoliati. Datum &c.

Quod si Ciuitas eos noluerit habere pro priuatis illo officio, licet posset Inquisitor iuxta allegata iura eam priuare commercio & Episcopali dignitate, tamen melius est vt moneatur Dominus Papa delegãs; sicut enim Vicarij Inquisitorum suos subdelegantes debent monere in arduis omnibus, ita Inquisitores Papam: qui poterit illud. 1. Reg. 8. erga Inquisitorem vsurpare: Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Non erit vnquam exerendus iste ensis Ecclesiasticus in hac tam pia Prouincia quæ numquam subtraxit se à mandatis summi Pontificis nec vnquam reijciet mandata delegati à Pontifice cuius persona hic est, Inquisitoris qui procedit iuxta Canonicas sanctiones & Constitutiones Pontificias, & quidem cum tantis priuilegiis & prærogatiuis vt ius valeat in dubiis interpretari & procedere ex bullis Pontificum licet etiam incorrectæ prodeũt, sicut patet ex hac bulla Innocentij Quarti.

CVm literæ noſtræ, quas ſuper negotio hæreſis, in Lombardia, Marchia Teruiſana, & Romaniola extirpandæ, nuper à Sede Apoſtolica Fratres veſtri Ordinis reportarunt, proceſſerint (ſicut accepimus) in aliquibus propter nimiam feſtinationem incorrecte diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus incorrectionis non obſtante diſpendio, quod ex ſuperfluitate vel diminutione literę ſeu ſyllabæ, ſiue dictionis vnius vel plurium inducatur, in memorato negotio procedatis iuxta earundem continentiam literarum. Datum Peruſij Idibus Iunij. Pontificatus noſtri Anno nono.

Recenſui plenè procedendi modum ad excommunicandum ex Eymerico 3. p. Direct. num. 9. & ſequent. vti tibi ſit in cæteris negotiis exemplar. Et non ſolum vt dixi hactenus poteſt Inquiſitor initio ſuæ creationis cogere ad iuramentum hoc officiarios temporales, ſed etiam quoties neceſſarium fuerit vt patet ex d. c. Ad abolendam. & vt officium. relatis ſupra: & probatur præterea ex cap. Excommunicamus 1. §. moneantur. extra de hæret. His verbis: Moneantur autem & inducantur, & ſi neceſſe fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur ſæculi poteſtates quibuſcunque fungantur officiis: vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles ita pro deffenſione fidei preſtent publicè iuramentum, quod

de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt: ita quod amodo quandocunque quis fuerit in poteſtatem ſiue perpetuam, ſiue temporalem aſſumptus: hoc teneatur capitulum iuramento firmare.

Quantum ergo laudabile eſt illud quod de Regibus Hiſpaniæ legitur in Concil. Toletano 6. cap. 3. videlicet vt cum ſortiti fuerint regni apicem, non ante conſcendant Regiam ſedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta, polliciti fuerint ſe non permiſſuros habitare in regno ſuo eos, qui non fuerint Catholici! Porro de virtute data Inquiſitori excommunicandi omnes ferè bullæ faciunt fidem.

TEXT. XXX

---- Atque in ijs præmiſſis omnibus & ſingulis auxilium Brachij ſæcularis inuocandi & implorandi.

DE iure habet Inquiſitor priuilegium hoc, vt pro capiendis hæreticis, credentibus, receptatoribus defenſoribus, fautoribus eorum, diffamatis de hæreſi atque ſuſpectis poſſit inuocare auxilium

Brachij ſæcularis, ex cap. Vt officium. §. Denique, his verbis. Denique vt circa præmiſſa plenè vobis & ſingulis veſtrum coertionis expedita & inuiolabilis adſit authoritas, volumus, vt ea omnia viriliter exequamini (ſi opus fuerit) inuocato auxilio brachij ſæcularis. Quæ eadem verba habentur per omnia in literis Apoſtolicis Clementis, Alexandri, & Vrbani Quarti Præ cunctis. relatis ſupra ad tex. 6. Idem priuilegium habetur in Bull. Innocentij 4. Tunc potiſſime & Vrbani Quarti Licet ex omnibus relatis ſupra. Tradunt etiam Repert. Inquiſ. verbo, Brachium. Zanchin. de hæret. cap. 37. num. 1. Panormitanus in c. 1. de offic. ord. Simanc. Cathol. inſtit. tit. 23. num. 8. Locatus in opere iudiciali verbo, Inquiſitor, num. 30. Ioannes Rojas ſing. 21. incipien. Arma. Eymeric. 3. part. Direct, q. 57. Pegna ibi Comment. 106. Carer. tractat. de hæretic. numero 93. Calderin. tractatu. de Hæretic. nubi. de pœnis hęret. num. 11. verſ. Denique Squillacen. tract. de fide Catholica. cap. 38. num. 1. Farinac. de hæreſi q. 186. num. 159. Riccius in praxi rer. for. Eccleſ. deciſ. 319. & plures apud eum. Quod indultum magnam habet æquitatem, cum ſæpe tanta ſit hæreticorum multitudo, aut potentia, vt vires Inquiſitorum non ſufficiant, & propterea oportuit Brachium ſæculare inuocare. l. ſi quis 10. C. de Epiſcopis & Clericis. Et non tantum pro capiendis hæreticis inuocatur brachium ſæculare ſed etiam quoties & vbicunque fuerit opus, vt expreſſe dicit text. in d. c. Vt officium. & in præfatis bullis, cum nulla ſit reſtrictio huius priuilegii Addit Gondiſalus, tract. de hęret. q. 19. num. 8. verſ. & eſt aliud

speciale. & Decian. c. 20. num. 34. lib. 5. rerum criminal. quod in causa hæresis licet implorare auxilium à tyranno vel excommunicato, dummodo sine periculo moræ non possit haberi recursus ad alios Magistratus & Dominos legitimos ex c. Præsidentes. de hæret. in 6. Et tenentur quiuis requisiti sæculares iudices, potestates, Domini, rectores & Magistratus temporales præstare brachium & auxilium in omni actu & prætertim in captura & custodia hæreticorum, iuxta cap. Vt Inquisitionis. de hæret. in 6. & etiam sub pœna excommunicationis, his verbis: Vt Inquisitionis negotium contra hæreticam prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei nostris temporibus prosperetur, leges quasdam per Federicum olim Romanorum Imperatorem tunc in deuotione Romanæ persistentem Ecclesiæ promulgatas (quatenus Dei & Ecclesiæ sanctæ suæ honorem promouent, & hæreticorum exterminium prosequuntur, & statutis canonicis non obsistunt) approbantes & obseruari volentes, vniuersos sæculi potestates & dominos temporales: ac Prouinciarum terrarum, Ciuitatum, aliorumque locorum Rectores quibuscunque dignitatibus vel officiis aut nominibus censeantur: requirimus & monemus vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles: ita pro defensione fidei diœcesanis Episcopis & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis à Sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis pareant & intendant in hæreticorum credentium, fautorum, receptatorum & defensorum ipsorum inuestigatione, capture ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti, & vt præfatas personas pestiferas in potestatem, seu ca-

terem Episcoporum aut Inquisitorum dictorum vel ad locum de quo ipsi vel aliqui ex eis mandauerint infra eorundem Dominorum potestatem vel rectorum districtum ducant vel duci faciant sine mora, vbi per viros catholicos à præfatis Episcopis seu Inquisitoribus vel eorum aliquos deputatos sub arcta & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per Ecclesiæ iudicium terminetur.

Et infra. Si quis verò de prædictis potestatibus, Dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum officialibus seu Balliuis contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio fæpefactis diœcesano Episcopo vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere fortè præsumpserit: vel ipsum aliquatenus impedire. Nec non & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium vel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum, quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus cõdemnetur.

Et ibi gloss. in fig. cas. in princ. & vers. Nota ex isto. & verbo vt Inquisitionis. Extat constitutio Innocentij Quarti Ex commissi. Alexandri Quarti Dũ ad studium. Vrbani Quarti. Lic et ex omnibus supra diuersis in locis rel. Et hæc omnia iustissimè, cum secundum Archid. in c. administratores. num. tert. verbo, conuenti 23. q. 3. iudex sæcularis debet cõcedere illud auxilium ex suomet officio.

Circa implorationem brachij sæcularis pro captura hæreticorum nota quod licet iuxta gloss. Arch. in c. Præsidentes. de hæret. in 6. num. 4. quilibet possit capere hæreticos, tamen securius est id facere

ex ſpeciali edicto Principis vel Eccleſiæ. Intellige ſecundum citatos a Farinacio de hęreſi quæſt. 189. num. 28. de manifeſtis hæreticis, quos cuiuis licet capere & iudici offerre, & etiam, ſi reſiſterent, occidere: de quibus eſt cap. Super quibuſdam. extra de verb. ſignif. his verbis: Super quibuſdam mandatorum articulis, & infra Tua deuotio poſtulauit à nobis: qui ſint dicendi hæretici manifeſti ſuper quo tibi ducimus reſpondendum illos intelligendos eſſe manifeſtos hæreticos qui contra fidem Catholicam publice prędicant, aut profitentur, ſeu defendunt eorum errorem: vel qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt; vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hęretica prauitate quorum bona propria confiſcantur, & ipſi iuxta ſanctiones legitimas puniuntur.

Et quia ad capturam magno oportet procedere & maturo conſilio, ideo ſecurius eſt & tutius vt ad eam procedat Inquiſitor ex conſilio peritorum: præſertim quia ex ſola captura non modicè fama lædi-tur: licet abſolutè ſolus Inquiſitor decernere poſſit vt rei perſonaliter capiantur ex Clem. 1. §. propter quod de hęret. vt dictum eſt alias. Sic ergo in captura procedendum vt docent Eymeric. 3. part. Direct. num. 73. ibi Pegna & ad q. 59. ead. part. comment. 108. & Delrio diſq. Mag. lib. 5. ſect. 7. Primo enim de delicto conſtare debet, vel indicia aliqua habere oportet per ſecretam Inquiſitionem à iudice factam aut aliis modis: quia numquam eſt in criminalibus à captura reorum inchoandum. l. nullus in carcerem. & l. fin. & Doctores ibi. Secundo vbi denuntiationes & indicia rite conſcripta fuerint, reus cita-

ri debet verbaliter per nuntium, aut per literas, sed si recessus aut fuga timetur, tunc omissa verbali citatione statim est ad capturam personalem veniendum: ita omnes Doctores apud Pegnam ibid. numero 73. Vbi ergo ex testimoniis & delicti qualitate visum fuerit delatos esse huius criminis reos, fiscalis petit ab Inquisitore, vt rei comprehendantur, ea ferme forma qua dictum est ipsum accusatoris partes subire. Inquisitor vero protinus habito peritorum consilio, quid facto sit opus, deliberat: & si pluſquam semiplenis probationibus reos conuinci viderit, eos comprehendi iubeat. Et si reus sit absens exhibendum est mandatum de eius captura, ab Inquisitore quidem subscriptum, ipsis ministris ex officio ad capturam deputatis: ita vt ex fauore fidei in cuiusque territorio rei capi possint. Nullus ergo nescio quas suas immunitates tueatur, nec se opponat Ministris Inquisitionis quoties reos huius criminis inuestigant, quandoquidem contrarium omnino sancitum sit in Concilio Tolosano cap. 7. His verbis: Statuimus etiam, vt quilibet in terra alterius possit inquirere & capere hæreticos, & Balliui locorum teneantur eis præstare auxilium & fauorem: ita quod Balliuus Regis in terra Comitis Tolosani, & aliorum hoc facere possit, & Comes Tolosanus & alij in terra Regis. hactenus ibi. In Hispania quoque Hispalensi prima instructione Anni M. CCCCLXXXIIII. Cap. XXI. idem cauetur, adiecta pœna contra Dominos temporales, qui non obediuerint Inquisitoribus. Eius instructionis verba à Pegna latine reddita ita habent: Item quia Serenissimi Reges præcipiunt, & ratio ita postulat,

vt æqualiter fiat Inquisitio super delicto hæresis in terris nobilium. sicut in suis: Inquisitores tam præsentes, quam futuri debent in suis diœcesibus ordinare, vt eant liberè ad faciendam Inquisitionem in dictis terris. Quod si mandatis Iuquisitorum nobiles non paruerint, procedant contra rebelles & cõtumaces ad imponendas omnes censuras & pœnas à iure statutas. hæc ibi. de quo est textus in cap. vt Inquisitionis. de hæret. lib. 6. Tradit etiam Gondissaluus tract. de hæret. q. 11. num. 7. Et hæc sententia de extrahendis reis è territorio cuiuslibet Domini temporalis, procedit fauore fidei, etiamsi reus extrahendus sit subditus Domini.

Vbique ergo hæretici puniri possunt & capi, vt apud Pegnam 3. part. Direct. ad q. 42. Comment. 91. tenent Bald. in l. etsi excepta. C. de malef. & Mathe. Card. in Clem. 2. §. denique q. 9. de re iud. Carrerius tract. de hæret. num. 253. Socinus regula 220. Iacob de Rauenna in l. 1. C. de Sum. Trinit. & fid. Cath. gloss. in c. Vt commissi de hæret. in 6. verbo, procedendi. Repert. Inquisit. verbo, absens. Simancas cath. instit. tit. 2. n. 12. Potest ergo procedere Inquisitor, vt ibi docet Eymericus, contra eos qui extra partes iurisdictionis suæ Domicilium transtulerunt, vel alias, se absentarunt, vel etiam extra suam iurisdictionem delinquentes, in sua pro tũc existunt quod probatur ex tex. c. Vt commissi de hæret. in lib. 6. his verbis: Et contra illos quos in prouincia (in qua vobis Inquisitionis officium est commissum) hæresis crimen constiterit commisisse (licet ad alias partes se transferendos duxerint) proce-

dendi. Nec non faciendi à quibuslibet assignari vobis libros seu quaternos, & alia scripta in quibus Inquisitiones factæ ac processus per quoscunque auctoritate Sedis Apostolicæ vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur, & illorum qui vestris mandatis obedientes humiliter stant propter hæresim in carcere vel muro recluſi pœnam vna cũ Prælatis quorum iurisdictioni subsunt mitigãdi vel mutandi, cum videritis expedire.

Idem habetur per omnia de verbo ad verbum in literis Apostolicis Præ cunctis. supra. Huc spectat Concilium Narbonense cap. 19 his verbis: Si qui vero culpabiles, vel suspecti ad vestram pertinentes Inquisitionem, præsentes nec sint, nec fuerint, & infra competentem terminum eisdem à vobis peremptorie assignatum, & per Ecclesias publicatum non curauerint comparere, vel se legitimè excusare contra eos tanquam contra præsentes non dubiè procedatis. & cap. 20: Ad Inquisitionem quippe vestrã eos intelligimus pertinere, qui vel infra eiusdem Inquisitionis limites deliquerunt, vel domicilium ibi habent, seu habeant, quando Inquisitio cœpta fuit, vel cum ibi morarentur occasione officij cuiuscunque publici, seu priuati, vel certum Domicilium nõ habentes ibidem inuenti, citati fuerunt à vobis, sint illis per quamcunque cautionem adstrictis, siue non Inquisitionem contra eos facere incœpistis, vel eis purgationem forsitan indixistis. Siquidem contra tales præsentes, vel absentes potestis procedere, ac debetis: nisi forte ratione delicti maioris, seu minoris commissi alibi, vel ratione Domicilij, vel alia de prædictis, Inquisitores alij procedere cœperint con-

tra illos. Etenim cum in locis diuersis & per Inquisitores diuersos Deo auctore Inquisitio celebretur, tutius & salubrius est, vt quisque culpabilis in quibuscunque locis deliquerit, vni & illi Inquisitori permaneat obligatus, à quo primo ex aliqua de causis præscriptis, sine fraude, & sine periculo negotij & animarum fuerit occupatus. Et cap. 21. Ita tamen vt Inquisitores cęteri, quidquid de illo nosse poterunt, inquirant nihilominus, & scribant Inquisitoribus illis, quibus idem culpabilis sit adstrictus: sic enim quasi vir vnus pugnabitis, & vincetis. Hactenus ibi faciunt præterea ea quę tradit Guido Fulcodius in consult. ad Inquisitores q. 5. his verbis: Quā autem in eos habeant potestatem, qui cum scirent eos procedere domicilium mutauerunt, quæri non oportet; nam si citati erant, non mutant forum, quia præuenti sunt, ff. de iurisdictio. om. iud. cum quædam puella. extra de foro competenti, proposuisti. quod si citati non erant & ibi iam deliquerant, ibi possunt conueniri ratione delicti, & remittendi sunt, c. vbi de crimi. agi oport. authent. qua in prouincia & in authent. vt nulli iudicium. §. si vero. & 3. q. 6. cap. 1. & si deliquerunt in pluribus locis, vtrobique puniri possunt in bonis: sed & in corpore si pœnitentia sit eis indicenda, quæ sit iterabilis: puta peregrinationes, vel eleemosynæ: sed in carcere secus, sicut patet lippis & tonsoribus. hactenus ille Quod refert & sequitur auctor innominatus tractatu de forma procedendi contra Inquisitos de hæresi, in rubrica, de iis quæ pertinent ad executionem officij, num. 14.

Si ergo vbique capi poteſt hæreticus annon etiam in Eccleſiis quarum immunitatem adeo in canonibus celebratam tantopere confirmauit Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 20? Reſpondet Flauius Cherubinus tom. 1. compend. Bullarij ad Conſtit. 1. Ioannis 22. hæreticos nulla gaudere Eccleſiaſtica immunitate, iuxta Marſil. in l. ex Senatuſconſulto. 15. ff. ad l. cornel. de ſicar. num. 7. 8. & 9. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 11. in fine Decian. in tract. cri. lib. 5. cap. 42. num. 7. Eccleſia enim tueri eos nõ debet, qui eam ſpernunt. Et id conſtat aperte ex cõſtitutione Gregorii 14. incipien. Cum alias. His verbis: Ita ad vnam tantum formam reducimus & moderamur. Vt laicis, ad Eccleſias, locaque ſacra, & religioſa predicta confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentia, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorũ, quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis earumue cęmeteriis committere non verentur, aut qui proditorie proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſſinii vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetũr. ſed vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tam ſęcularibus quam cuiuſuis Ordinis regularibus, diſtrictè pręcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquentes, ad eorum Eccleſias, Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu Religioſa reſpectiue confugientes, & in eis ſe recipientes at-

que morantes, qui prędicta delicta, eorumue aliquod, iudicio suo commisisse videbuntur, quando à curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris, & officialibus Curiæ sæcularis absque irregularitatis nota, aut alicuius censuræ Ecclesiasticæ incursu, tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet & faciat.

Si ergo potestas sæcularis capere potest hæreticos refugientes ad Ecclesias cuius non sunt in hoc crimine iurisdictioni subiecti, vt ibidem his verbis dicitur: De crimine vero hæresis, cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curia sæcularis se quoquomodo intromittat. Et infra. Quod si quis quacunque dignitate & authoritate præditus, præmissorum, aut alio quouis prætextu, quicquam præter aut contra huius nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto, censuras & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, & Conciliorum Generalium, nostrorumque prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ.

Multo magis capere poterit hæreticos vbique Inquisitor cuius ex officio hæ sunt partes nec ad id specialiter probandum desunt bullæ, sed facit optimè constitutio Ioannis 22. quæ sic habet.

Ex parte vestra fuit nuper propositum coram nobis, quod nonnulli de hæretica prauitate culpabiles, vel suspecti, aut accusati, seu conuersi de Iudaicæ cæcitate ad fidem Catholicam, postmodum apostatantes ab ipsa, ad Ecclesias confugiunt, non ad salutis remed-

ium, sed vt vestras manus effugiant, & iu-

orum ſcelerum vitent iudicium vltionis, ſuper quo Apoſtolicæ Sedis prouidentiam humiliter implora-ſtis. Nos igitur ad extirpandos orthodoxæ fidei inimicos, & herbam tam noxiam peſtiferam de hor to Dominico, radicitus euellendam, ſollicitis ſtudiis intendentes, diſcretioni veſtræ ad inſtar foel. recor. Martini Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri, qui per Apoſtolicas literas Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis per Regnum Franciæ conſtitutis idem mandauit per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus contra illos, qui de huiuſmodi hæretica prauitate fore culpabiles, vel de illa notabiliter ſuſpectos eſſe vobis conſtiterit, accuſatus etiam de labe prædicta, conuerſos quoque Iudæos, & poſtmodum patenter, vel veriſimilibus inditiis apoſtatantes à fide, iuxta qualitatem delicti exequamini liberè officij veſtri debitum, ac ſi ad Eccleſias, & loca prædicta minime cõfugiſſent: contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et vt nullum in hac parte poſſit obſtaculum vobis poni, Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per Regnum Franciæ conſtitutis, per has noſtras literas iniungimus, vt vos non impediant, quominus huiuſmodi mandatum noſtrum implere libere valeatis, ſed potius ad requiſitionem veſtram in iis vobis aſſiſtant, ſicut extiterit opportunum.

Dat. Auenione Idibus Auguſti, Anno primo.

Cęterum ſi perſona delata de hæreſi Inſignis alicuius fuerit auctoritatis, puta religioſa, nobilis, literata, bonę famæ, non prius ad eam capiendam accedere Inquiſitores vellet Pegna 3. part. Direct. Comment. 108. quam ſuperiores conſuluerint, & decreuerint, an is in carcerem ſit mittendus nec ne: quocirca Inquiſitores mittent Supremo Senatui Cardinalium totum illud negotium & informationem, iuxta Madrilianam inſtructionem cap. 5. his verbis iuxta Pegnam: Si Inquiſitores de captura conſenſerint, iubeant eam fieri ſicut decreuerunt. Quod ſi negotium fuerit magni momenti propter perſonas inſignes, vel ob alias cauſas, priuſquam ſuum decretum executioni mandent, Senatum (ſcilicet D. D. Cardinalium) conſulant. Verum hæc tam diligens & exquiſita obſeruatio tunc ceſſabit, cum vel delati fuga timetur, vel cum hæreticus eſt manifeſtus, tunc enim Superioris expectare reſponſum imprudens eſſet & periculoſum.

TEXT. XXXI

------ Et ad veritatis lumen redire volentes (ſi alias relapſi non ſint).

Elapſi ſunt qui iterum ſunt lapſi ſiue in fautoriam ſiue in hæreſim : & ſunt in duplici differentia : quidam enim ſũt verè & propriè relapſi, & quidam ficte tantum ſeu iuris fictione. Propriè & verè relapſus dicitur ille qui per confeſſionem, vel plenam probationem primo fuit cõuictus de hæreſi, & ipſam abiurauit, & poſtea reincidit in errorem etiam quempiam ex c. Accuſatus. §. eum vero quod Archid. tenet cũ Zanchino tract. de hæret. cap. 16. vbi ait quod non refert vtrum fiat recidiua in eundem errorem, aut lapſus in alium quempiam ad hoc vt quis dicatur relapſus : nam sẽper tendit ad vnam nequitiam ſceleris & ſemper facit contra fidem: & talis vere dicitur etiam relapſus. ficte vero relapſus eſt quis duobus modis: vno quando non

do non fuit conuictus de hæresi, sed propter vehementem suspicionem quæ erat contra eum, abiurauit, & post abiurationem reincidit in errorem. Secundo quando prius fuit conuictus de hæresi & abiurauit, & postea non reincidit vere in errorem, sed in vehementem suspicionem hæresis de quibus omnibus extat cap. Accusatus. §. ille quoque de hæret. lib. 6. & cap. Ad abolendam. extra de hęret. §. qui vero inuenti. Facit etiam constitutio Alexandri 4. quæ sequitur multis in casibus perneceſſaria.

QVod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat vtrum dici debeat relapsus in heresim qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non inuenitur antea commisisse, cum secundum proprietatem verborum, non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respondemus, quod talis si tanquam accusatus vel suspectus de hæresi eam in iudicio abiurauit, & postea committat in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plenè probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum,

dummodo huiuſmodi prius orta ſuſpicio, violenta fuerit, & certis ac veris indiciis comprobata. Si vero leuis, & modica, quanquam ex hoc ſit grauius puniendus, relapſorum tamen in hæreſim non debet pœna puniri, ex quo præſumi non poteſt veriſimiliter antelapſus in eam. Quæſiuiſtis etiam circa idem, ſi is qui hęreſim abiurauit, & per ſolam inexcuſabilem receptionem vel receptationem, aut deductionem ſeu aſſociationem, vel viſitationem hæreticorum, ſine dationem vel miſſionem munerum, aut etiam alias in fauorem eorũ, qui excuſari non poſſit, ſine adoratione tamen (vt verbis veſtris vtamur) lapſus eſt poſtmodum, propter hoc debeat iudicari relapſus. Et quidem ſi legitimè conſtitit, vel etiam nunc conſtaret, quod tales ante huiuſmodi abiurationem, in hæreſi commiſiſſent, non eſt dubium eos per hoc fuiſſe relapſos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati à ſe prius erroris conſequentia, id feciſſe. Præterea nonnulli talium, vt proponitis, iurant coram Inquiſitoribus tam de ſe quam de aliis ſuperfacto hæreſis veritatem dicere, ſed periurant, non odio tamen vel pretio, ſed timore ſui potius & ſuorum: corrigunt autem ſe poſtmodum ſuper iis contra ſe ac alios ſuos complices deponendo. Cum itaque periurus ſecundum iura, etiam poſt pœnitentiam in criminalibus à teſtimonio repellatur, hinc quæritur vtrum contra illos ſuos complices ſit per teſtimonia talium procedendum. Super quo taliter reſpondemus, quod cum crimen huiuſmodi ſit exceptum, ſi ex manifeſtis indiciis apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite ductos, ſeu corruptos pecunia, ſed zelo fidei tanquã

pœnitentes propriæ culpæ, asserere, quod talia prius tacuerant, & velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei, nisi aliud obsisteret, attestationibus eorundem. Ad illud autem quod quæritur, vtrum ad Inquisitores hæresis pertineat de diuinationibus & sortilegiis, quę cõtra aliquos sibi denuntiantur cognoscere, ac punire talia exercentes: breuibus respondetur, quod cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitores ipsi, de iis nisi manifestè saperent hæresim, ratione huiusmodi officij sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquant suis iudicibus pœna debita castigandos. Quidam insuper (vt addicitis) pro ijs quæ commiserunt in hæresi, astringunt se Inquisitoribus, sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendum ab eis pœnitentiam & complendam: sed eâ licet iniunctâ, non tamen peractâ, quin potius in toto vel in parte neglectâ, decedunt. Quæritur ergo, vtrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis, hæredes vel detentores bonorũ sic decedentium coarctare. Ad quod dicimus, quod si per huiusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit, in bonis temporalibus exequendum ad complementum ipsius per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij ad quos bona talium cum suo onere deuenerunt. Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam, in pœnitentia pro hæresi, ab ipsius pestis Inquisitoribus, vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio Ecclesiæ se & sua. In quo quæritur, vtrum Inquisitores ipsi,

vel qui ſuccedunt in locum eorum, ad reſpondendum coram ſe conquerentibus de vſuris huiuſmodi, & ad reſtitutionem earum, ſi de ipſis conſtiterit, poſſint compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in aliis iniunctis ſibi pœnitentiis fieri conſueuit, Ad quod reſpondemus, quæſtionem ſuper vſuris motam, contra tales iudicialiter non debere audiri ab Inquiſitoribus hæreſis, nec decidi. Nolentes quod per cauſas huiuſmodi, offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad reſtitutionem vſurarum, de quibus conſtiterit, compellere poterunt, quibus in ſatisfactionem pro prædicto crimine huiuſmodi reſtitutionem in pœnitentia iniunxerunt. Sunt & alij qui confeſſi ſunt in iudicio de hæreſi coram Inquiſitoribus huiuſmodi prauitatis, ſed antequam eis iniungeretur pœnitentia, deceſſerunt. Super quo quæritur ſi hæredes talium compelli poſſint ab Inquiſitoribus, vt ad ipſorum arbitrium ſatisfaciant pro defunctis? præcipuè cum ijdem dum viuerent ad faciendam pœnitentiam, quam Inquiſitores eis vellent iniungere, bona ſua Inquiſitoribus obligarint: cui quæſtioni ſic duximus reſpondendum, quod poſtquam tales non deceſſerunt hæretici, ſed reincorporati potius Eccleſiæ vnitati, non videmus quod eis poſt mortem, vel eorum hæredibus, qui ad ſucceſſionem talium admittuntur, ſit ſatisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. In eo vero caſu, in quo hæredes huiuſmodi ad ſucceſſionem non deberent, ob culpam ſui actoris admitti. Non obſtante quod actoribus ipſis viuentibus, hoc non fuerit intercedente ipſorũ morte per ſententiam declaratũ

ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur. Adiecistis præterea, negotium seu officium Inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori Fratrum Prædicatorum Parisien. à Sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum. vt idem super hoc posset inquirere, tam per se, quam per alios quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quæritur, vtrum tales delegati, vel subdelegati existant, & quid possint etiam sic electi. Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem Prior possit tres, vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem: & amouere illos, ac ipsorum loco alios sustituere, quotiescunque viderit expedire: ipsi tamen Priori & aliis sic assumptis committendi duntaxat citationes, & examinationes testium, cum de huiusmodi crimine ac de circunstantiis eius inquiritur, ac denuntiationes sententiarum, quas super ijs contra quoslibet contigerit ferri, & iis similia faciendi conceditur ab eadem sede facultas. Quæstioni vero qua quæritur, vtrum constitutus in sacris, deprehensus in hæresi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus à suo Episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi pœnitentiæ. Respondemus, quod talis qui est perpetuo immurandus, prius debet à suis ordinibus degradari. Nonnulli quoque clerici, & quod est deterius sacerdotes, prætextu pecuniæ, vel alicuius seruitij temporalis, inueniuntur aliquando Inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falsitate

dicenda, vel eos indebitè liberando, de quibus quæritur vtrum Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere: aut quod sic accepta restituant, coarctare. Dubium itaque non videtur, quod ij quos cõstat exercere præmissa, ea faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis: quare possunt à talibus per Inquisitores compesci, & pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quam etiam alias prout culpa exegerit delinquentis. Quod autem postmodum quærebatur, quomodo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur in hæresim deliquisse, cum sæculares peccantes, in simili casu, immurationis vel alia pœna plectantur? eius solutio satis patet, cum certum sit tales in hoc, & in consimilibus delinquentes grauius etiam sęcularibus puniendos. Frequenter etiã vobis ab Apostolica Sede committitur, vt tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quam ipsorum filios & nepotes, ac illos etiam qui prædictorum interuentu, vel gratia tale essent adepti, vel assequerentur in posterum, priuandi personatibus, dignitatibus & honoribus quibuscunque, ac beneficiis Ecclesiasticis & officiis publicis, de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: Quod qualiter intelligi debeat, petiuistis eiusdem sedis oraculo declarari. Hoc sanè de filiis & nepotib. illorum hæreticorum credentium & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendũ esse videtur, non autem illorum, quos emendatos constiterit, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam

perfecerunt, humiliter profecutioni eius insistunt, vel parati fuerunt dum viuerent ad recipiendam eam dem. Diœcesani quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitimè, quod ijdem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in ijs requirendos esse non credimus, sed potius à suo iudice puniendos. Vos igitur hæc & alia contingentia in hac parte, commissum vobis officium sic prudenter, & fideliter exequi procuretis, sic ad ea purè propter Deum, cuius causam geritis, vestra feratur intentio, quod labor vester vobis ad vitæ præmium, & aliis ad salutem, quæ solum in talibus quæritur, proficiat animarum.

Datum Viterbij, quinto Kalendas Octobris, Pontificatus nostri Anno quarto.

tionem de vehementi, acceptat, visitatque hæreticos, ex cap. Accusatus. de hæret. in 6. his verbis: Accusatus de hæresi vel suspectus: contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hæresim in iudicio abiurauit & postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam hæresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, (quanquam ex hoc sit grauius puniendus) non tamen debet in hæresim relapsorum pœna puniri. Eum vero qui in vna hæresis specie vel secta commisit, aut in vno fidei articulo seu Ecclesiæ Sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter vel generaliter abiurauit, si extunc in aliam etiam hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu SACRAMENTO committat: volumus vt relapsum in hæresim iudicari. Ille quoque de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem constiterat, vel nunc constat: si post illam hæreticos acceptet, deducat, visitet, siue associet, aut dona vel munera eis donet, vel mittat, seu fauorem eis impendat: qui excusari non possit etiam sine adoratione (vt verbis vestris vtamur) merito debet iudicari relapsus cum illum ex approbati à se prius erroris consequentia non sit dubium id fecisse. Relapsi in fautoriam nisi fortè propter multiplicem reiterationem actus, non videntur ex Conc. Tarraconensi relinquendi curiæ sæculari, cum eis hanc imponat pœnitentiam: Pœnitentia illorum qui sunt relapsi in fautoriam, similiter erit solemnis, vt de credentibus proximè dictum est, in diebus

ſus eſſes ad ſanctæ Eccleſiæ vnitatem) iniunxerunt tibi pœnitentiam ſalutarem: verum poſt omnia ſupradicta, & tot annorum curriculis iam elapſis, nūc nouiter iterum delatus nobis fuiſti & extitiſti, quod iterum incideras in tales hæreſes abiuratas, explicentur: Noſque, licet diſplicenter, de te talia audiſſemus, tamen iuſtitia nos cogente, deſcendimus ad inquirendum, teſtes examinandum, téque vocandum, & interrogandum medio iuramento, nec non ad omnia, & ſingula facienda, quæ per nos fienda erant ſecundum canonica inſtituta: Sanè cum velemus præſentem cauſam fine debito terminare, ſolemne conſilium tam in Theologiæ facultate, quàm in iure canonico, & ciuili peritorum, iuſſimus congregari, & habito prædicto conſilio maturo pariter & digeſto in & ſuper omnibus & ſingulis actis & actitatis, ac viſis & diligenter diſcuſſis proceſſus meritis, & omnibus & ſingulis actis & actitatis, æqua lance libratis, prout fieri exigebat, reperimus legitimè tam per teſtes, quam per propriam tuam confeſſionem iudicialiter receptam, quod reincidiſti in hęreſes abiuratas: Nam reperimus, quod talia & talia dixiſti, vel feciſti, explicentur omnia, propter quæ & merito, de prædictorum conſilio te habuimus, & habemus pro relapſo iuxta canonica inſtituta, quod dolenter referimus, & referendo dolemus: Sed quia ad informationem noſtram, & proborum virorum Catholicorum, diuina gratia inſpirante, iterum es reuerſus ad gremium Eccleſiæ, & ad eiuſdem vnitatem, prædictos errores & hæreſes deteſtando, & credendo Catholicè, fidemque Ca-

tholicam proteſtando, admiſimus te ad recipiendum pœnitentiæ, & Euchariſtiæ petita per te humiliter Eccleſiaſtica Sacramenta: prout relapſis pœnitentibus, & humiliter petentibus concedunt canonicæ ſanctiones. Verum cum Eccleſia Dei in te & circa te non habeat vltra quid faciat, cum ita miſericorditer ſe habuerit erga te (vt prædiximus) & tu illa abuſus fueris in abiuratas hæreſes incidendo ea propter, Nos Epiſcopus & Inquiſitor iudices antefati ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, ſacroſanctis Euangeliis poſitis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, habenteſque præ oculis ſolum Deum, & Sanctæ fidei, irrefragabilem veritatem, ac extirpationem hæreticæ prauitatis: te talem hoc loco, die, & hora tali, tibi ad audiendam diffinitam ſententiam in antea aſſignatis, ſententialiter iudicamus eſſe veraciter relapſum in hæreticã prauitatem, licet pœnitentem, & vt veraciter relapſum in eãdem, de foro noſtro Eccleſiaſtico te proijcimus & relinquimus, ſeu brachio ſæculari tradimus. Rogamus tamen & efficaciter dictam Curiam ſæcularem, quod circa te, citra ſanguinis effuſionem, & mortis periculum ſententiam ſuam moderetur. Lata fuit &c.

Si vero hi relapsi perstiterint contumaciter impœnitentes, hac forma relinquentur brachio sæculari.

Nos N. Miseratione Diuina Episcopus &c. Et Frater N. &c. Inquisitor &c.

Ttendentes, quod tu talis de tali loco, talis diœcesis fuisti nobis, seu talibus prædecessoribus nostris delatus de multiplici hæretica prauitate, explicentur, in quibus, vt legitimè est compertum, fuisti confessione propria ac iudicialiter, & fide dignis testibus deprehensus, & quod in illis perstiteras tanto tempore animo indurato, dicatur provt fuit, sed post sano consilio inhærendo, illas hęreses publicè abiurasti in tali loco in forma Ecclesiæ consueta, propter quæ prædicti Episcopus & Inquisitor, credentes te veraciter resiliisse ab erroribus ante fatis, & ad gremium Ecclesiæ credendo Catholicæ aduolasse, tibi absolutio-

incidiſſe ac recidiſſe in hæreſes abiuratas: Nam reperimus quod talia dixiſti & egiſti, explicentur omnia, propter quæ & merito de prædictorum conſilio te habemus tuis exigentibus exceſſibus pro relapſo ſecundum Canonicas ſanctiones, quod dolenter referimus, & referendo dolemus, nouit ille, qui nihil ignorat, qui cordium intima omnium intuetur: Et cum totis noſtris præcordiis cuperemus, provt adhuc cupimus, reducere te ad Sanctæ Eccleſiæ vnitatem, ac eneruare àtuis viſceribus præfatam hæreticam prauitatem, vt ſic ſaluares tuam animam, ac mortem euaderes corporis & animæ gehennalem, conatus noſtros exercuimus ad te ſalubriter conuertendum, modos congruos varios adhibentes, ſed tu in reprobum ſenſum datus, maligno ſpiritu ductus pariter & ſeductus, præelegiſti torqueri diris & perpetuis cruciatibus in inferno, & hic temporalibus ignibus corporaliter conſummari, quam adhærendo conſilio ſaniori, ab erroribus damnabilibus ac peſtiferis reſilire, & ad gremium ac miſericordiam Sanctæ Matris Eccleſiæ aduolare. Eapropter cum Eccleſia Dei vltra non habeat erga te quid faciat, cũ ad te conuertendum totum exercuerit poſſe ſuum: Nos Epiſcopus & Inquiſitor iudices in hac cauſa fidei memorati, ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, Sacro-ſanctis Euangeliis poſitis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem: & præ oculis habentes ſolum Deum & honorem ſanctę fidei Orthodoxæ: hac die, hora & loco, ad audiendam

ſententiam diffinitiuam tibi in antea aſſignatis, te talem in noſtra præſentia conſtitutum ſententialiter condemnamus, & condemnando iudicamus, te eſſe veraciter impœnitentem hęreticum & relapſum, & vt talem realiter tradendum ſeu relinquendum brachio ſæculari, & ſicut verè hereticum impœnitentem pariter & relapſum per hanc noſtram ſententiam diffinitiuam de foro noſtro Eccleſiaſtico te proijcimus, & tradimus ſeu relinquimus brachio ſæculari, ac poteſtati curiæ ſæcularis: deprecantes efficaciter curiam ſęcularem prædictam, quod citra ſanguinis effuſionem & mortis periculum, erga te ſententiam ſuam moderetur. Lata fuit hæc ſententia &c.

Plura de relapſis vide apud Eymericum 2. p. Direct. q. 58. Comenſ. verbo relapſus. Pegnam vtrobique Zanchin. de hæret. cap. 16. & ibi Capeg. c. 17. Albertin. tract. de agnoſ. aſſert. q. 25. n. 25 & ſeq. Farinac. de hæreſi q. 185. num. 159. vbi habet, quod relapſus citari non debeat. & q. 193. & ſeq. & pleroſque ab iſtis citatos. Rationem porro quare relapſos Eccleſia non recipiat, vide apud D. Thom. 2. 2. q. 11. ar. 4. & apud Conc. Narbonenſe cap. xj. ſic: Et illos qui poſt abiurationem erroris, ſeu purgationem deprehenſi fuerint in abiuratam hęreſim recidiſſe, ſæculari iudicio ſine vlla penitus audientia relinquatis animaduerſione debita puniendos, cum ſufficiat tales per falſam conuerſionem ſemel Eccleſiam decepiſſe. Hęc Concilium.

TEXTVS

TEXTVS XXXII

Recepta prius ab eis hæreſum & errorum ſuorum abiuratione publicè vel priuatim arbitrio tuo iuxta hæreſum, factorum, locorum, & perſonarum qualitatem facienda, præſtitoque per eos iuramento, quod talia deinceps non committent, nec talia aut eis ſimilia committentibus, ſeu illis adhęrentibus opem, conſilium, auxilium, & fauorem per ſe, vel alium, ſeu alios præſtabunt ac alias in forma Eccleſiæ conſueta ab eiſdem hæreſibus & erroribus, aç quibuſcunque ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis ac etiã tem, oralibus, in quas præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrerint iniuncta inde eis pro modo culpę publi-

çâ vel ſi tibi videbitur, priuata pœnitentia ſalutari abſoluendi, & in gremium ſanctę Matris Eccleſię admittendi, recipiendi, abſolutionemque, receptionem, reconciliationem huiuſmodi cum ſolemnitatibus à iure requiſitis, faciendi, ipſoſque ſic abſolutos, receptos, & reconciliatos communioni Sacramentorum, ac vnitati fidelium reſtituendi.

QVantum ſibi cauti ſunt ij qui pœnitent & redeunt ne ſaltem pœnas ignis incurrant latas in l. Frederici inconſutilem ſupra relata, vt probat Hoſtienſis in c. Ad abolendam, verbo debitam. ex cap. Ioannis 15. Duplex autem eſt genus redeuntium: quidam enim ſponte veniunt aut intra tempus gratiæ non citati aut vocati nominatim, nec ſpecialiter inquiſiti, qui mitiſſime tractandi ſunt iuxta cap. 5. Concil. Biterrenſ. dum ſic habet: Talibus infra tempus gratiæ ſponte ac plene

confitentibus, & ad Ecclesiasticam se redire dicentibus vnitatem, beneficium iuxta formam Ecclesiæ absolutionis impendatis: facientes videlicet ipsos abiurare omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam & Romanam Ecclesiam, & fidem orthodoxam quibuscunque nominibus censeatur: & iurare quod fidem Catholicam, quam eadem sacrosancta Romana tenet Ecclesia & prædicat seruabunt pariter & defendent: & hæreticos cuiuscunque sectæ veritos pariter & condemnatos credentes, receptatores defensores. & fautores eorum persequentur pro viribus, inuestigando, accusando, & capiendo, vel saltem eos Inquisitoribus seu aliis fidelibus, qui eos opportunius capere velint & valeant bona fide manifestando. Et quod super his qui inuenti sunt vel fuerint in eodem crimine deliquisse, stabunt mandatis Inquisitorum & Ecclesiæ, ac pœnitentiam, quæ sibi fuerit quandocunque per ipsos iniuncta, recipient & implebunt, pro ea recipienda & implenda bona sua omnia Inquisitioni & Ecclesiæ solemniter obligantes. Hactenus ibi.

Et iuxta cap. 2. eiusdem Concilij, quod sic habet: Accedite manderis, vt omnes qui se vel alios sciuerint in crimine labis hæreticæ deliquisse, compareant coram vobis veritatem dicturi: Assignato eis termino competenti, quod tempus gratiæ vocare soletis, quibus tamen alias huiusmodi gratia non est facta, infra quem terminum venientes, pœnitentes & dicentes plenam de se ac aliis veritatem, habeant impunitatem mortis, immutationis, exilij & confiscationis bonorum. Hæc ibi.

Vt ergo pœna mortis his remittatur duo requiruntur: scilicet quod incontinenti, & quod sponte reuertatur, incontinenti id est modico tempore secundum quod bonus iudex arbitratur. Non tamen sponte venientes euitabunt omnem pœnam, sed pro qualitate personarum & criminum, arbitrio Inquisitorum benignè tractabuntur, aut pœnam aliquam pecuniariam soluentes, aut eleemosynas erogantes, aut alia huiusmodi. Hæc tamen priuilegia non tribuuntur ijs, quibus alias huiusmodi gratia iam facta fuit.

Alij vero redeunt post deprehensionem, citationem, Inquisitionem, & multas monitiones: qui licet sint ad misericordiam recipiendi, acrius tamē puniendi ex arbitrio Inquisitorum iuxta Conc. Narbonense cap. 5. sic: Hoc quidem ita perstringimus non vt vos pœnitentias prætaxatas, omnes vbique vel omnes omnibus imponatis, sed vt eas secundum discretionem vobis traditam a Domino, pro culparum, & personarum, locorum & temporum, & aliarum circunstantiarum qualitate ita cautè ac prouidè dispensetis, vt siue plectendo siue ignoscendo vita culpabilium corrigatur: vel saltem valeat apparere, quis in tenebris ambulet, quis in luce: quis verè sit pœnitens, quis ficte conuersus, nec inde veris catholicis scandalum generetur, nec prætextu scandali, seu alio quantum in vobis fuerit, defendi, possit hæresis seu neutriri. hæc ibi.

Misericordia eis datur in c. Ad abolen. his verbis.

Nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorē suum ad arbitrium Episcopi Regionis publice confiteri abiurare: & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem nisi (prout dictum est) abiurata hæresi & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem.

Et pœnitentia eis imponitur perpetua in cap. Excommunicamus 2. extra de hæret. §. si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur. Idem habet L. Frederici Commissi. Concil. Tolosanum cap. 10. Narbonense cap. 9.

Illud præterea nota quod sponte redeuntes si peccauerint in occulto, occultam subeant pœnitentiam si in publico publicam. Et omnes hi redeuntes siue sponte, siue post tempus gratiæ debent abiurare errores suos cum etiam soli suspecti teneantur se purgare canonice aut abiurare, mares quidem à decimo quarto anno & supra, fœminæ vero à duodecimo. ex Conc. Bitertensi cap. 51. Abiurauit ergo pœnitens secundum sequentem praxim ex Eymerico 3. p. Direct. in Octauo modo terminandi &c. & ex Bulla Pij Quarti sequente.

INnumerum nobis Apostolicæ seruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidam Ecclesiæ suæ directionem, sanctis Patribus, in nomine suo congregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Concilij Tridentini dispositionem omnes quos deinceps Cathedralibus & Superioribus Ecclesijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuscunque Beneficiis Ecclesiasticis, earum animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, eque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & iurare, teneantur; Nos volentes, etiam per eos quibus de monasteriis, conuentibus, domibus, & aliis quibuscunque, locis, Regularium quorumcunque ordinum, etiam Militiarum, quocunque nomine vel titulo prouidebitur idem seruari, & ad hoc, vt vnius eiusdem fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minimè desiderari, formam ipsam præsentibus annexatam, publicari, & vbique gentium per eos ad quos spectat, recipi & obseruari, ac subditos per Concilium ipsum in contrauentes latis, iuxta hanc & non aliam for-

mam, professionem prædictam solemniter fieri auctoritate Apostolica tenore præsentium districtè præcipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore. Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet.

Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christum Filium DEI VNIGENITVM, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram Salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, Passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum Scripturas: & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius Regni non erit finis & in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem qui ex Patre, & filioque procedit, qui cum Patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas: & vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquas-

que eiusdem Ecclesiæ obseruationes & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum quem tenuit & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere & propriè Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro, instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam-Vnctionem, Ordinem & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto. Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacro-sancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium, pro viuis, & defunctis: atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, vna cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique cõuersionem totius substantiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fatcor etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi, constan-

ter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuuari: Similiter & Sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac veneracionem impertiendam; Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maxime salutarem esse, affirmo: Sanctam Catholicam, & Apostolicã Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrẽ, & Magistram agnosco, Romanoque Pontifici, Beati Petri, Apostolorum Principis, Successoris, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro: Cætera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacro-sancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses qualcunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo: Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam, vsque ad extremum vitæ Spiritum, constantissime (Deo adiuuante) retineri & confiteri, atque à meis subditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro: Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei

Euangelia. Volumus autem, quod præsentes literæ, in Cancellaria nostra Apostolica, de more, legantur; Et vt omnibus facilius pateant, in eius Quinterno describantur, ac etiam imprimantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idib. Nouemb. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Feb. Cardinalis Cæsius.

Ca. Glorierius.

INquisitor ergo in istis abiurationibus poterit aut seruare omnes solemnitates iuris indicendo sermonem generalem, concedendoque indulgentias, conuocatis personis Ecclesiasticis & clero, mandando etiam & disponendo vt abiuraturus stet in aggere tempore missæ solemnis, indutus veste pœnitentiali facta admodum scapularis sine capucio, de pānno lineo, habenteque Cruces insertas ante & retro de panno vel tela crocea longas tribus palmis, & in transuerso duobus, & latas dimidio. vel omittet has solemnitates pro vt libuerit. Veniens tamen ad susceptionem abiurationis interrogabit reum, postquam verè eum viderit veris signis conuersum: *Vis tu in his hæresibus Caluini &c.* (dicatur error) *perseuerare, quod si feceris damnaberis in æternum, & perdes etiam nunc Corpus tuum: vel eas abnegare & abiurare, vt possis animam tuam saluare & vitam corporalem præseruare?* quo dicente: *nolo in istis stare, sed volo libenter illas abnegare, & renocare, dicet Inquisitor: sano consilio adhæsisti.* Tunc ponetur coram illo liber Euangeliorum, & ipse deposito capucio, genibus flexis, manibus ad librum positis, leget ipse si scit legere abiurationem: aliàs Notarius, vel Religiosus, aliquis, seu Clericus per orationes breues, illo eadem replicante in hunc modum. *Ie N. de tel lieu.* dicet Notarius: & ipse eodem modo alta voce & intelligibili repetet. *Ie N. de tel lieu constitué personellement.* Et ita deinceps. Abiuratio autem est talis. *Ie N. de tel lieu croy de cœur & confesse de bouche, que ceux-là seulement qui demeurent en l'Egliſe Catholique Apostolique & Romaine, & croyent*

tout ce qu'elle croit, & viuent ainſi comme elle commande ſe peuuent ſauuer & non autres: dont il s'enſuyt que tous Payens, Idolatres, Maures, Turcs, Iuifz, Huguenots Heretiques, & Schiſmatiques ſont en voye de perdition, & de mort eternelle: tout ainſy que tous ceux periront, qui au temps du Deluge eſtoient dehors de l'Arche de Noel. Et par ce que i'ay eſté nourry & enſeigné, & fait profeſſion de l'hereſie & ſecte des Caluiniſtes en la Ville de Geneue dez mon ieune aage iuſques à preſent, ie renoncque, abiure, & renie ladite hereſie & ſecte des Caluiniſtes, & tous autres commencemens, maudits, & damnables me ſubmettant à la Miſericorde de Dieu & de ſon Egliſe luy demande pardon & miſericorde, ſuppliant eſtre admis & receu au giron de l'Egliſe Catholique Apoſtolique & Romaine, la Communion des fidels Catholiques & participation des Sacremens Eccleſiaſtiques, promettant viure & mourir en la foy de ladite Egliſe, & ou il aduiendroit (ce qu'à Dieu ne plaiſe) que par mes demerites, & pechez ie retournaſſe en ladite hereſie des Caluiniſtes ou autres que i'ay preſentement abiurées, & reiettée & condamnée comme meſchantes & damnables, ie me ſubmet aux peines determinées par les Loix & ſanctions Eccleſiaſtiques.

Sit autem circumſpectus & cautus Notarius, quod ſcribat in actis, ſeu proceſſu quod prædictus abiurauit tanquàm nouiter ab hæreſi & ſponte conuerſus vt ſi relaberetur, pœna relapſis debita puniatur. Poſt prædictam abiurationem poterit eum exhortari Inquiſitor ne ſe communicent cum perſonis ſuſpectis, nec vllatenus faciat contra præmiſſa, alioquin dicet eum fore puniendum pœna relapſorum, quæ

est vt tradatur sęculari brachio. Et postea sic procedet ad absolutionẽ dicendo ei: fili, quia tu credidisti & adhæsisti hæresibus supradictis, tu fuisti excommunicatus: quia omnis talis de iure est excommunicatus: sed nunc huiusmodi hæreses abiurasti, abnegasti, & reuocasti, ideo videris pœnitens, & conuersus, propter quod ego absoluam te à dicta sẽtentia excommunicationis, & restituam te Ecclesiæ Sacramentis, & amodo eris particeps bonorum Ecclęsiæ, dum tamen attendas bene, quod de corde vero, & fide non ficta reuersus sis ad Ecclesiæ vnitatem, & serues ea quæ tibi iniuncta per nos fuerint & mandata, alias non esses absolutus: sed confido quod veraciter es conuersus, & tibi iniungendã pœnitentiam obseruabis, ideo volo te absoluere, flecte genua. Quo facto dicatur psalmus.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deum: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sęculorum. Amen.

Kyrie eleiſon, &c.
Pater noſter, &c.
Et ne nos &c.
Saluum fac ſeruum tuum, &c.
Deus meus, &c.
Dominus vobiſcum, &c.

OREMVS

PRætende Domine famulo tuo dexteram cœleſtis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ dignè poſtulat, aſſequatur.

OREMVS.

PRæſta quæſumus Domine huic famulo tuo, dignum pœnitentiæ fructum, vt Eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate fidei deuiauerat in hæreſim incidendo, dono tuæ gratiæ, reformetur, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Et addat ſic. Et ego Auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, abſoluo te à ſententia excommunicationis maioris, qua fuiſti innodatus, pro eo quia in damnatam hæreſim credendo incidiſti, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, In nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti. Amen.

Ducerem etiam necessario faciendam esse à conuerso fidei professionem tenore sequenti, quam inueni in hac Prouincia iuxta formam traditam à Paulo Quarto supra obseruari; & debet fieri ad Sancta Euangelia personaliter tacta flexis genibus, & gallicè de consilio Doctorum.

IE N. iure que ie croy fermement de cœur & confesse de bouche, tout ce qu'est contenu au symbole de la Foy, duquel vse l'Eglise Catholique Apostolique & Romaine, comme aussi ce qu'est contenu au symbole de Nice.

Ie croy les Apostoliques & Ecclesiastiques traditions, obseruations & constitutions estre necessaires pour nous diriger en la voye des commandements de Dieu lesquelles ie recois.

Ie croy la Saincte Escripture selon le sens & interpretations qu'a tenu & tient l'Eglise Catholique nostre Saincte Mere à laquelle appartient de iuger du vray sens & interpretations des Sainctes Escriptures, & reiette toute interpretation contraire à celles des Saincts Peres & Anciens Docteurs de l'Eglise.

Ie confesse qu'en la loy de grace & nouuelle en laquelle Dieu nous a appellé il y a sept Sacrements institués par N. S. I. C. qui sont necessaires pour le salut des Fidels. Ascauoir le Bapteſme, la Confirmation, l'Eucharistie, la Pœnitence, l'Extre-Onction, l'Ordre, le Ma-

riage, lesquels conferent graces à ceux qui sont preparez & disposez pour les receuoir, & que trois d'iceux à sçauoir le Baptesme, la Confirmation, & l'Ordre ne peuuent sans sacrilege estre reiterez.

Semblablement ie recoy & admet les Sainctes Ceremonies de l'Eglise Catholique receues & approuuees en l'administration solemnelle de tous les Sacremens sus mentionnez.

Ie recoy tout ce qui a esté dessiny & declaré par le Sacré Concil de Trente touchant le peché originel & la iustification.

Ie confesse qu'en la saincte Messe le vray & propitiatoire Sacrifice est offert à Dieu pour les viuans & trespassez, & qu'au Sainct Sacrement de l'Eucharistie est vrayment, reallement, & substantiellement le Corps & Sang ensemble l'Ame & la Diuinité de Nostre Seigneur Iesus-Christ, & qu'il s'y fait vne conuersion de toute la Substance du Pain au Corps, & de toute la Substance du vin au Sang, laquelle Conuersion l'Eglise Catholique appelle transubstantiation.

Ie confesse que soub l'vne des deux especes seule on reçoit tout entier Iesus-Christ & le vray Sacrement.

Ie croy qu'il y a vn Purgatoire, & que les Ames qui sont detenues sont aydees par les Suffrages des fidels.

Ie croy pareillement qu'il faut honorer & inuoquer les Saincts qui regnent auec Iesus-Christ en Paradis, & qui presentent

presentent des Oraisons à Dieu pour nous, qu'il faut porter honneur & reuerence à leurs Reliques.

Ie ne doubte aucunement qu'il ne faille auoir & retenir les Images de Iesus-Christ & de la tres-Saincte Vierge sa Mere & des autres Saincts, & leur rendre l'honneur & la veneration qui leur est deue.

I'afferme aussy que la puissance d'elargir des pardons & indulgences a esté laissee à l'Eglise par Iesus-Christ, & que l'vsage d'icelles est tres-salutaire au peuple Chrestien.

Ie recognois la Saincte Eglise Catholique, Apostolique & Romaine pour la vraye Mere & Maistresse de toutes les autres, & promet & iure vraye obeissance, à nostre Sainct Pere le Pape de Rome, successeur du Prince des Apostres S. Pierre & Vicaire de Iesus-Christ.

D'abondant ie recois & confesse sans doubte tout ce qui a esté baillé, defiry & declaré par les Sacrez Canons & Conciles Generaux, & principalement par le Sacré Concil de Trente, reiette, condamne, & anathematize tout ce qui est au contraire, & toutes heresies condamnees & reiettees & anathematisees par l'Eglise.

C'est la vraye foy de l'Eglise hors laquelle personne ne peut estre sauué, dont volontairement ie fais maintenant profession, & que ie tien en verité ceste la mesme foy, que ie tiendray entiere et inuiolable iusques au dernier soupir de ma vie, & la confesseray auec toute confiance, moyennant l'ayde de Dieu, et tascheray autant qu'il me sera possible, de l'enseigner, obseruer et practiquer en tout lieu &

place specialement enuers ceux qui m'appartiendront.

Ie N. le promet voue & iure ainsi, Dieu me soit en ayde et ses Saincts Euangiles.

Cęteras abiurationum formas pro suspectis de leui, vehementi, violento habes apud Eymericum 3. part. Direct. à num. 161. ad sequentes multos.

Nec omitterem quod in praxi etiam hic est, faciendas esse de reconciliatione & abiuratione eorum publicas scripturas per Notarium publicum cõfectas, ipsiusque Inquisitoris manu subscriptas, nec non manu ipsius abiurantis, vt constat ex bulla Iulij Tertij incipien. *Illius qui misericors.* Quæ omnia postea redigenda sunt in regesto Inquisitionis, vt omnia pericula metuenda euitentur.

TEXT. XXXIII

----- Omniaque & singula alia, quæ ad huiusmodi errores, hæreses & sortilegia, maleficia, diuinationes, & incantationes, seu magicas, & necro-

manticas artes reprimendum, & radicitus extirpandum iuxta iuris ordinem neceſſaria cognoueris & opportuna, & quæ ad Officium inquiſitionis huiuſmodi pertinent, faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi. Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimonium præſentes literas, per infraſcriptum noſtrum & Sanctæ Romanæ & venerabilis inquiſitionis Notarium fieri, & manibus noſtris ſubſcriptas, ſigilli eiuſdem inquiſitionis, quo in talibus vtimur, iuſſimus & fecimus appoſitione muniri.

IN hoc textu apertè patet quod Inquiſitor poſſit facere & exequi omnia & in omnibus criminibus, quæ pertinent ad ſanctæ Tribunal Inquiſitionis, illorum autem criminum placet hic ſubiungere ex Ioanne Aloyſio Rixio Deciſ. 671. in praxi rerum ſoci-

Ecclesiastici Anacephalæoticum Alphabetum seu epitomem forte non pœnitendam, quæ sic habet:

1. Apostata à fide primò debet puniri, quoniam est verè hæreticus, vel species hæresis. Alfons. de Cast. l. 1. C. 7. de inst. hæret. puni. & lib. 1. contra hæreses. C. 9. & quis dicatur apostata à fide vide Sylvest. in verb. Apostasia §. 1. num. 4. quia est ille, qui in totum recedit à fide vt renegati. Secundò Apostata à religione potest etiam puniri ab ordinario, quia est excommunicatus Caiet. in sum. ver. Apostasia initio, & tanto magis si per annum perseuerat in tali excommunicatione, & isti apostatæ à fide subsunt in bulla cœnæ Domini in prima clausula.

Alchymistæ, Direct. Inquisitor. 3. part. de signis necromanticorum & hæreticorum. & ibi Pegn. Comen. 26. vide Rauen. in tit. de crim. falsi. & Abb. in cap. 2. num. 8. de sortil.

Adoratores dæmonum gloss. in C. Accusatus. §. sanè in vers. secus. de hæret. lib. 6.

Blasphemiæ hæreticales, vt sunt omnes directè vel indirectè contra articulos fidei Direct. Inquisit. 2. part. q. 41. vbi concludit hos debere abiurare etiam si calore iracundiæ, & in ludo: quod probat ex multis iudicial. Inquisitor. in ver. blasphemia. num. 66. quicquid dicat ibid. num. 61. Pegnæ schol. 48. in 2. part. Direct. Inquisitor. Simanch. de cath. institut. tit. 8. num. 2. Castr. C. 6. & 12. & qui profert verba hæreticalia in ludo vel facetiis punitur, provt suspectus de hæresi. Simanch. loco cit. tit. 17. num. 22. & 23. & potest puniri pœna pecuniaria

erogando locis piis. Pegn. Commen. 17. in 3. part. Direct. & 152. col. 1. eod. loc. & iſta blaſphemia hæreticalis non ſolum poteſt fieri verbis ſed factis, vt ſi quis deturparet ſacras Imagines. Caſt. loc. cit. & ver. hær. manifeſta ſũt ea quæ vel ſũt cõtra articulos fidei vel contra Eccl. determin. Sacramenta vel ſcripturam ſacram. D. Thom. 2.2. q. 11. Art. 2. Direct. Inquiſ. 2. part. q. 2 Pegna ibi Commen. 6. Canus l. 12. C. 17, loc. Theol. Boet. Dec. 301.

Baptizare mortuum ea forma qua viuum habetur pro hæretico, ſimiliter rebaptizare pueros Caſtr. cit. lib. 1 C. 13 baptizantes imagines ad ſortilegia. Criſ. l. 2 C. 2. num. 27. Pegn. Comm. 67. in q. 42. part. 2. Direct. vbi dicit. ſapere hæreſim manifeſtam. Locatus cit. ver. hæretici numero 31 Caſu 12 Sylueſt. de Strig. l. 1 C. 1, puncto 2.

Campanarum ſpretores Clem. vni. de iudiciis. Cum enim ſint tubæ Dei & in loco tubarum veteris teſtamenti ſucceſſerint, multa myſteria ſignificant ſpec. l. 1 tit. de Campanis. Sylueſt. trac. de benef. 1 p. tit. 15. num. 82. & infra. Ad quid deſeruiant campanæ vide Abb. Io. And. & alios in C. 1 de Offic. cuſtod. incert. in tit. de cit. num. 114. Rebuf. pract. benef. tit. de dimiſſ. num. 32 & campanarum deſpectio ſeu contemptus eſt vnus de erroribus Turcarum vt patet in d. Clement.

Celebrantes ſub rebus actis ad faciendum ſortilegia adhibitis nefariis precibus & verbis ſuperſtitioſis diaz. pract. Crim. can. C. 23. & Grillan. de Sortil. l. 2 q. 14.

Cedulones excommunicationum, quibus declarentur aliqui excommunicati, deturpatores, ſunt ſu-

ſpecti de hæreſi: ita in facto refert deciſum Romæ in caſu contingenti in Curia Archiepi. Salernit. Pegn. Com. 24. iup. 3. part. Direct. Inquiſ.

Carnes comedentes diebus prohibitis externum ſignum hæreſis, quod ſuſpectionem malæ credentiæ parit, idem Pegna Com. 24 in 3. par. Direct. Zanchin. de hæret. C. 35. numero 2. & ibi Campeg. Telli. in C. Ad abolendam num. 2. de hæret. Direct Inquiſ. 3. par. C. de ſig. externis Iudaizantium. Simanch. loco cit. num. vlt. vbi dicit, ſuper hæreſim Luteranorum, cap. de Eſul, 2 de conſecr. diſtinct. 3.

Dæmones expreſſe, vel tacite inuoc ntes, Simã. loco cit. tit. 63. numero 11. & 12. Bart. Spineus in Apolog. 3. deſtinct. C. vlt. D. Thom. 2.2. quæſt. 95 ꝯ. 4. in corp. & in expreſſa inuocatione, vel pacto adeſt, Idolatria, Simanc. & Spineus locis cit. & ſubſunt bullæ Cœnæ Domini in prim. clauſul. Silu. de ſtrig. lib. 3 C. 1 puncto 2. Caſtr. lib. 1. C. 15. quia inuocare dæmonem, cauſat. idolatriam, Locatus in verſ. Apoſtaſia num. 9. & Spin. loc. cit. quamuis non ſemper petere futura à Dæmone, ſapiant hæreſim, quia naturaliter futura poteſt ſcire. idem Pegn. Schol. 50. ſup. 2. par. Direct Inquiſ. q. 45. ſequitur Loc. in verb. Apoſtaſia, num. 9. & Abb. in cap. 2. num. 4. de ſortilegiis.

Dubij in fide, id eſt, qui pertinaciter ita inſiſtunt dubitationi, quod non ſint parati corrigi ad mandatum, ſuperſunt hæreſi. ca. 1. de hæret. Sylu. in verb. hæreſis 1. num. 6. §. 3.

Dæmonem dicentes ſe tenere incluſum in phiala ſeu in annulo, decipiuntur, cum ipſi dęmones potius includent delictorum catena miſeros homines,

quam è contra, ratio est quia cum sint spiritus, non possunt loco corporeo contineri, Simanc. locis cit. num. 3. D. Aug. lib. 21. C. 6. de Ciuit. Dei, Pegna schol. 50 super 1. par. direct. quia interuenerit inuocatio, seu pactum expressum, vt supra Silu. l. 2. c. 9. pun. 3. de strig. licet interdum patiatur includi, vel ita fingat, vt sic persuadeat miselliis personis ad eas facilius decipiendas.

Dæmonem inuocare ad tendandam pudicitiam mulieris, si fit verbis deprecatiuis, sapit hæresim, Pegna schol. 50. in 2. part. Direct.

Dæmonem inuocare potest tacitè, & expresse, Simanc. loc. cit. tit. 30. num. 15. & tit. 64. num. 12. Siluest. vbi sup. Cast. l. 1. c. 14.

Disputantes laici publicè, vel priuatim de fide, possunt excommunicari ab Ordinario, cap. 2. §. inhibemus, de hæret. lib. 16. Castren, loc. cit. lib. 1. cap. 19.

Eucharistia abutentes in sortilegiis sunt suspecti de hæresi, quicquid dicat Grill. lib. 2. cap. 10. num. 4. de sortileg. nam hoc clarè asserit glo 1. citata in §. sancimus. Cast. lib. 1. C. 11. sed vide Anchar. in dicto §. Sancimus num. 2.

Expectare responsa à Dæmonibus, hæreticum est ex bulla Sixti Quarti edita anno 1473.

Fascinatio faciens videre aliter, quam sit.

Fumigationes, vel thura offerens dæmonibus, est hæreticus, Gloss. in d. §. sane, in versu. saperent, Cast. l. 1. c. 13.

Fautores hæreticorum, & qui dicuntur, & qui receptatores, & qui defensores, vide Castr. loc. cit. c. 17. num. 53 & 54. Caiet. in verbo. excommunica-

tio c. 1. & Castr. loc cit.

Facientes breuia cum characteribus, seu literis ignotis, Silu. in §. 10. Aug. eod. versic. num. 1, & 7. Armill. in versic. sortilegium num. 3. Caiet. in sum versic. superstitio 2. Astens. lib. 1. idem de dicentibus, seu recitantibus quasdam orationes pro sanandis infirmis. Nauar. de hor. Can. c. 6. num. 46. Mall. malef. 2. q. 1. c. 16. fol. 279.

Hostiam non consecratam, pro consecrata sumere, vide Anchar. in d. §. sanè num. 2.

Imagines sacras deturpantes, vel spuentes, blasphemia est hæreticalis, actu similiter fustigare, vel conculcare, eas, Cast. lib. prim. c. 12. c. prim. & 15 in fine, Simanch. loc. cit. tit. 33. à num. 17. & infra Boer. decis. 301. num. xvi. & xvii. & infra, vide Iesern. in C. de statu, & consuetud. conc. num. 28. vel percutere.

Imagines certas, vel huiusmodi fabricantes, quibus malefaciunt personis, & in intimis puncturis eas cruciant, etiam hæresim, Castr. loc. cit. Simanch. cit. 30. num. xviii. Anch. in d. §. sanè, C. accusans num. 2.

Inquisitores possunt procedere contra maleficos, & incantatores, & superstitionum obseruatores. Alex. VI. bull. xii. Adrian. VI. bull. v. similiter contra Astrologos iudiciarios. Bulla Sixti V. edita anno 1586.

Impedientes ne Inquisitor, seu ordinarius fabricet processum contra inquisitum hæreticum, est excommunicatus, & potest puniri vt hæreticus, C. Inquisitioni de hæret. lib. 6.

Incantatores, seu ciaraldi. Aug. in versic. super-

ſtitio. num. 8. D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. ad 2. Nauar. cap. xii. num. 36. §. pono, vbi dicit poſſe permitti quoad ſanandum alios, quod debet intelligi quando ſine ſuperſtitione.

Libros prohibitos habentes, vel tenentes, ſi ſunt hæreticorum, ſubſunt bullæ Cœnæ Domini in prima clauſula, & poteſt inquiri contra eos tanquam ſuſpectos de hæreſi, Bulla Pij Quarti poſita in indice librorum prohibitorum, & ſunt excommunicati vltra bullam, per regulam decimam indicis in vltim. & alia bulla, quæ eſt 98. Pegna. Comm. 3. in 2. part. Direct. Inquiſitor.

Maleficia, vbi interueniunt Sacramenta, vel Sacramentalia, faciunt violentam hæreſis ſuſpicionē Caſtr. l. 1. c. 12.

Matrimonium contrahentes, cum ſint vel voto ſolemni aſtricti vel in ſacro Ordine conſtituti vltra excommunicationem, quam incurrunt ipſo iure, Clement. 1. de conſanguin. & affin. Caſtr. loc. cit. C. 1. Simanc tit. 50. num. 3. Diaz. pract. crim. can. c. 74. Abb. in cap. de homine num. 7. de celebrat. Miſſ.

Maleficia per capillos, ferramenta, clauos, lapides ſulphur, & alia huiuſmodi, quæ euomentur ab ore maleficiatorum, fiunt arte dæmonis, & ſapiunt hæreſim, Gril. lib. 2. C. 3. num 20.

Negromantici, Germantici, Arcomantici, Piromantici, & Chiromantici, quia ſæpe arte dæmonum vtuntur, poſſunt puniri vt ſuſpecti, & ſi non vt ſic, ſubſunt iuriſdictioni Ordinariorum, caſt. loc. cit. c. 13. & 15. ita etiam Diuinatores, Aruſpices, Arioli & ſimiles.

Pocula amatoria fabricantes, si intercueniunt sacramenta, vel sacramentalia faciunt suspectum de hæresi Pegna schol. 50. in 2. part. Direct. Gril. de fortil. lib. 2. q. 12. num. 2. & iuf. Cast. loc. cit. c. 1. cit. fin. Locatus in versic. Apostasia, num. 6. & vbi non miscentur sacra profanis, potius sunt superstitiosa, quam hæretica, Simanch. loc. cit. tit. 30. pun. 18. Silu. de poculis abortiuis, Grill. loc. cit. & quomodo puniatur in regno vide const. Regni amator &c. tit. de pocul. amator.

Renegati, qui & apostatæ dici possunt, subsunt foro Ecclesiastico vt apostatæ, castr. loc. cit. redeuntibus ad Ecclesiæ vnitatem quomodo sit agendum, vide eundem lib. 1. c. 23. sed distinguere oportet, & potest esse casus practicabilis, maxime in terris maritimis, vbi capiuntur sæpe Christiani à Turcis & Mauris, & interdum coguntur abnegare fidem, postea reuertuntur vel quia fugiunt vel redimuntur, petitur an possint absolui à suis ordinariis? & videtur, quod non, quia subsunt primæ clausulæ Bullæ cœnæ Domini, tamen si hoc faciunt timore mortis, cadente in constantem virum, nec sponte, nec ex animo, sed tantummodo exterius, tunc non sunt excommunicati, nec hæretici, & sic ab Ordinariis absolui possunt, Silu. in vers. Apostasia, §. 1. Astren. lib. 2. tit. 19. q. 50. licet Direct. Inquis. 3. par. qu. 4. num. 8. dicat, non excusare metum, tamen Pegn. ibi comm. 66. lit. C. dicit, quod sic, Silu. in vers. hæresis. num. 9. §. 6.

Speculum si inspiciatur à puella, vel phiala à puero dicente aliqua verba pro inueniendis furtis, vel ad scienda secreta, sapit hæresim manifestam. Iudi-

ciale Inquiſ. in ver. Diuinationem. vlt. Barb. Conſ. 31. vol. 1.

Supplicatione ad ſanandum morbos additis aliquibus verbis, etiam Aue Maria, & Pater noſter, miſcendo aliqua ſuperſtitioſa, puniri poſſunt ab ordinariis, Grill. lib. 2. c. 6. num. 18. Caiet. in ſumm. in verſ. incantatio in vlt. Can. non obſeruatis, can. illud 26. q. 2. Simanc. tit. 63. num 19. 24 & 33. Pegna Commen. 65. in 2. par. Direct. ſuper quæſt. 42. lit. C.

Sortilegia & maleficia, quę licet non ſint ſub Iuriſdictione Inquiſitoris, tamen ſubſunt Iuriſdictioni Ordinariorum, Caſt. loc. cit. cap. 13 & 15. & Abb. in C. 1. num. 4. de ſortileg. nos non negamus.

Suſpecti de hæreſi, & quinam dicantur vide Peg. Comm. 24. ſup. 3. par. Direct. Inquiſ. & Simanc. tit. 50. num. 24. & 30. vt afficientes contumeliis Religioſos, vel eos verberantes: malè ſentientes de cęremoniis Eccleſiaſticis, & ritibus, contemnentes cenſuras Eccleſiaſticas, periuri, inceſtuoſi cum conſanguineis, affinibus, cum matribus monialibus, & aliis, hoc debet intelligi vel cum aliis adminiculis, vel de leui ſuſpicione, & imponitur his abiuratio, Simanch. tit. 10. num. 21. Peg. Comm. 4. in 8. par. Direct. & comm. 24. & 49. ſup. q. 34 in 2. par. direct. & com. 62. ibid & caſtr. lib. 1. Gloſ. in §. Sanè & omnis præciſus ab Eccleſia. c. 2. & 4. §. primo.

Sacramentis vel Sacramentalibus abutentes, Grill. l. 2. c. 3. numero xvi. Simanc. & Pegna loc. cit.

Superſtitioſi ſortilegi omnes poſſunt puniri ab Inquiſitoribus, vel locorum ordinariis, Simanc. & caſt. in loc. cit.

Strigiæ, ſeu lamiæ, ſeu iannaræ ſubſunt Inquiſitoribus, & locorum ordinariis, Silu. in totò operè de ſtrig. & in ſum. in ver. hæreſis 3. & Bart. Spin. in Apolog. de hac materia, & Grill. caſt. lib. 1. c. 16. per tot.

Theſaurum quærentes artibus magicis, & ſceleratis, l. nemo. c. de malef. & mathem. Iſern. de vſu feud. Rebuff. quæ ſunt reg. num. 90.

Vſuras negantes eſſe peccatum, caſtr. l. 14. c. vlt. fornicationem, adult. &c.

Vtentes Euchariſtia, tam in corpore, quam in ſanguine Domini noſtri, fumigationibus ad ipſum Dæmonem, rebaptizantem puerorum maleficiis, vbi interueniunt hæretici, vel opus dæmonum ſcientia ad ſciendum ſecreta cordis, & ad ſcienda futura, quæ naturali via ſciri nequeunt, conſulere Dæmones, & alia huiuſmodi D. gloſſ. in § ſanè. Locat. in ver. diuinatio. num. 4. Grill. lib. 2 caſtr. lib. primo c. 15.

Xenofegiis vtentes, iudaizantibus, & contra cæremonias noſtras.

Hæc Riccius ibi, de quibus omnibus & multo etiam pluribus caſibus cognoſcit Inquiſitor, & cum tali poteſtate vt cuncta quę viderit eſſe oportuna iuxta iuris ordinem adimplere, facere & exequi valeat, vt expreſſe habet textus noſter. Ordo vero iuris pro officio ſanctæ Inquiſitionis traditur tit. de hæreticis. Nec mirum ſi tot inſurgat infernalibilibus Diabolus arietibus ac machinis in totius ędificij ſpiritualis fundamentum fidem, cùm ſine ea ſit impoſſibile placere Deo. Hebr, xi. Sed in omnibus

ſumentes ſcutum fidei Eph. 6. & aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum. Hebr. xii. Vos quotquot Sanctæ Inquiſitionis Officiarij in militia fidei pugnatis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo, in quo exultabitis, modicū nunc ſi oportet conſtriſtari in variis tentationibus: vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior auro (quod per ignē probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti: quem cum non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes, creditis, credentes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum. 1. Pet. prim. Et hæc eſt victoria, quæ vincit mundum: fides noſtra I. Ioan. 5. Ergo contra primogenitorem hæreſium leonem rugientem reſiſtite fortes in fide I. Pet. 5. & confidite: nam omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in ſæculum ſtabit. Eccleſiaſtici 40. Pugnante pro nobis Domino, qui eſt benedictus in ſęcula.

Certa bonum certamen fidei. 1. Timoth. 6.

FINIS.

Digitized by Google

IVS CANONICVM PRO OFFICIO Sᵃᵉ INQVISITIONIS.

ATTVLIT ESDRAS PONTIFEX legem omni multitudini, 3. Eſdræ. 9.

QVIA ſpeculi noſtri profunda ſoliditas & ſolida profunditas ius ipſum eſt, vti prius monuimus in Epiſtola ad Lectorem: Iudex enim ex eo quod talis ius debet & ſapere, & dicere, cùm proprium ſit iuſtitiæ obiectum ex D. Thoma 2. 2æ. *q.* 57. *art.* 1. Cùm ergo Inquiſitor iudex ſit Eccleſiaſticus, ius Eccleſiaſticum debet & ſapere & dicere: Inde ergo ſequitur quòd totum Inquiſitionis Officium in ipſo iure fundetur poſitiuo, quod nihil aliud eſt quam determinatio iuris naturalis ex D. Thoma, *quod l.* 2. 8. *c. fin.* Cùm autem ius feratur in bonum communitatis, eius eſt præſcribere ius Eccleſiaſticum, qui præeſt Eccleſiæ, ſummi ſcilicet Pontificis Romani Chriſti Vicarij, D. Petri ſucceſſoris legitimi, cui ſubeſſe eſt de neceſsitate ſalutis ex D. Thoma *opuſc.* 1. *ca.* 66. & ſancto Antonino *in ſum.* 3. *p. tit.* 22. *cap.* 6. §. 5. *imo peccatum paganitatis*

incurrit quisquis dum Christianum se esse asserit, Sedi Apostolicæ obedire contemnit dist. 81. C. Si qui sunt, & Deuteron. 17. dicitur *si difficile & ambiguum apud te iudicium prospexeris, &c. Veniésque ad Sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: quaréque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum ex Israel: cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.* Vbi dicit Glos, *quòd condemnationis sustinet sententiam, qui contemnit Summi Pontificis obedientiam, tanquam si contemneret Dei omnipotentiam*, quales contemptores fuerunt Vvicletus & Lutherus apud Card. Turrecremata *in sum. de Ecclesia lib. 4. part. 2. cap. 38.* & Roffensem *art. 30.* Dogmatizantes cum Vvaldensibus decretales Epistolas Apocryphas, impias, seductorias, & Christo esse aduersarias, quas decretales qui contemnit imitandos tales hæreticos sibi sumit. Igitur, *nulli fas sit sine status sui periculo vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ Sedis decreta temerare. Quia violatores Canonum voluntariè, grauiter à Sanctis Patribus iudicantur, & à Sancto Spiritu, instinctu cuius ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare Spiritum Sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sacros Canones non necessitate compulsi, sed libenter (vt dimissum est) aliquid aut proterue agunt, aut loqui*

præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemantium in Spiritum Sanctum, quia (vt iam prælibatum est) contra eum agit, cuius nutu & gratia sancti Canones editi sunt 25. q. 1. Sic ergo omnes sanctiones Apostolicæ Sedis accipiendæ sunt tanquam ipsius diuina voce Petri firmatæ. Enim verò quia in speculum & exemplum Romana Ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, præposita est; ab omnibus quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuò quidem & irrefragabiliter obseruandũ est. Et nulli fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium, quod vestram sequi oportet charitatem. Sit ergò ruinæ suæ dolore prostratus quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis; nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, sed exors à sancto fiat ministerio; nec de eius iudicio quisquam posteà curam habeat: quoniam iam damnatus à sancta & Apostolica Ecclesia suâ inobedientiâ atque præsumptione à quoquam esse non dubitetur, quia maioris excommunicationis deiectione est abijciendus, cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, quia non solum præfatæ sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam aliis ne præterirent insinuare. Sitque alienus à diuinis & Pontificalibus Officiis, qui noluerit præceptis Apostolicis obtemperare. In canonicis scripturis Ecclesiarum Catholicarum quamplurium diuinarum scripturarum selectissimus indagator auctoritatem sequatur: inter quas sanè sunt illæ, quas ab Apostolica Sede habere, & ab ea alij meruerunt accipere epistolas dist. 19. *generali decreto censemus & constituimus, vt execrandum anathema sit, ac velut prævaricator fidei Catholicæ*

ſemper apud Deum reus exiſtat quicunque Regum ſeu Epiſcoporum vel potentum, deinceps Romanorum Pontificum decretorum cenſuram in quoquam crediderit vel permiſerit violandam 25. q.1. Decretorum ergo, decretalium, & totius accepti iuris tanta eſt & inuiolabilis auctoritas: quæ de poteſtate & iuriſdictione Inquiſitorum ſic ſtatuunt; & in hæreticos, eorum complices, fautores, & receptatores, ac ſacro-ſanctum Inquiſitionis Officium quomodolibet impedientes in titulis de hæreticis in volumine maiori, in ſexto, Clementinis & extravagantibus ſequentes pœnas conſtituunt.

SAPIENTIÆ CAP. 6.

PRÆBETE aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis Miniſtri Regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem Iuſtitiæ, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium duriſsimum, in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.

DECRETALES TITVLI DE HAERETICIS DE VOLVMINE MAIORI.

STEPHANVS PAPA OMNIBVS EPISCOPIS.

INFIDELIS EST, QVI NON habet certitudinem fidei: & infideli non est credendum in praeiudicium alterius.

CAPVT I.

DVBIVS in fide, infidelis est. Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.

LEO PAPA.

ERRARE IN FIDE CONVINCITVR qui alios errantes cùm potest, ab errore non reuocat.

CAPVT. II.

QVI alios, cùm potest, ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.

AVGVSTINVS DE FIDE CATHOLICA.

HÆRETICVS PERSEVERANS æternaliter damnatur, cui nec prodeſt Baptiſmus, nec eleemoſyna, vel Martyrium, vel aliud quodcunque bonum, quoàd hoc vt conſequatur vitam æternam.

CAPVT III.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, omnem Hæreticum, vel Schiſmaticum, cum diabolo & Angelis eius, æterni ignis incendio participandum niſi ante finem vitæ, Catholicæ fuerit incorporatus & redintegratus Eccleſiæ (& poſt pauca.) Omni homini, qui Eccleſiæ Catholicæ non tenet vnitatem, neque Baptiſmus, neque eleemoſyna quantumlibet copioſa, neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta, proficere poterit ad ſalutem.

GREGORIVS ANASTASIO ANTIOCHENO.

DAMNATO AVCTORE, DAMNANTVR eius ſcripturæ, & libri & opera.

CAPVT IV.

FRATERNITATIS tuæ: & infra. Cum Cæleſtius atque Pelagius, in epheſina Synodo ſint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

EX CONCILIO AFRICANO.

EPISCOPUS HÆREDEM instituens hæreticum, consanguineum, vel extraneum, vel paganum, etiam post mortem excommunicatus nuntiatur: hoc dicit secundum communem & veriorem intellectum: & ut faciat ad titulum potest intelligi, quod ex hoc præsumatur Hæreticus.

CAPVT V.

SI quis Episcopus hæredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut Paganos pértulerit: saltem post mortem ei anathema dicatur; atque eius nomen inter Dei Sacerdotes nullomodo recitetur.

EX EODEM.

LOQUITUR DE EADEM MATERIA cum præcedenti: & extenditur quod ibi dictum fuit de Episcopis, ad Presbyteros & alios Clericos.

CAPVT VI.

IN eos, qui Catholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint, Episcopi vel Presbyteri nihil conferant. Denique hoc, quod de Episcopis & Presbyteris dictum est, debet de reliquis Clericis exaudiri.

ALEXANDER III. RHEMEN. ARCHIEPISCOPO.

CHRISTVS FVIT VERVS DEVS, & verus homo: sentiens oppositum Hæreticus est, & excommunicatus.

CAPVT VII.

CVM Christus perfectus Deus & perfectus sit homo: mandamus, quatenus sub Anathemate interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Christum non esse aliquid secundùm quod homo: quia sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens.

EX CONCILIO LATERANEN.

HÆRETICI, RECEPTATORES, ET fautores eorum excommunicati sunt: & decedentes in hoc peccato, in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.

CAPVT VIII.

SICVT ait beatus Leo: & infra.] Quia in partibus Tholosanis Hæreticorum, quos alij Catharos, alij Patarenos, & alij aliis nominibus vocant, inualuit damnanda peruersitas: eos, & defensores & receptatores eorum anathemati decernimus subiacere: & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserit, neque sub priuilegiorum nostrorum quibuscumque in-

dultorum obtentu, neque ſub alia quacumque occaſione oblatio pro eo fiat, aut inter Chriſtianos accipiat ſepulturam.

LVCIVS III.

HÆRETICVS MALE SENTIENS vel malè docens de Sacramentis Eccleſiæ, excommunicatus eſt, & conuictus, niſi ſe correxerit, & errorem abiurauerit; ſi Clericus eſt, degradetur, & curiæ ſæculari tradatur: per quam etiam Laicus punietur. Eadem etiam eſt pœna ſuſpectis de hæreſi, ſi ſe non correxerint: & relapſis omnino audientia denegatur, ſæculares principes, qui iurare nolunt de Eccleſia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, & terræ eorum ſupponuntur interdicto: ciuitates verò ipſorum reſiſtentes, aliarum commercio, & Epiſcopali dignitate priuantur: exempti verò ſubſunt ordinariis ſuper his, quæ contra hæreticos inſtituuntur.

CAPVT IX.

AD abolendam: & infra. Vniuerſos, qui de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de Baptiſmate ſeu de peccatorum confeſsione, matrimonio, vel reliquis Eccleſiaſticis Sacramentis aliter ſentire, aut docere non metiuntur, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia præ licat & obſeruat: & generaliter quoſcunque eadem Romana Eccleſia vel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas, cum Concilio Clericorum, vel Clerici ipſi ſede vacante cum con-

cilio (ſi oportuerit) vicinorum Epiſcoporum, hæreticos iudicauerint; vinculo perpetui anathematis innodamus: & infra. Præſenti nihilominus ordinatione ſancimus, vt quicumque manifeſtè fuerint in hæreſi deprehenſi, ſi Clericus eſt, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuſcatus, totius Eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudetur: & ſic omni officio & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico, ſæcularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus niſi continuò poſt deprehenſionem erroris, ad fidei Catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publicè conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, niſi (pro vt dictum eſt) abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita, confeſtim ad fidem confugiat orthodoxam ſæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus, pro qualitate facinoris vltionem: & infra. Qui verò inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles: niſi ad arbitrium Epiſcopi, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. Illos quoque, qui poſt abiurationem erroris, vel poſtquam ſe (vt diximus) proprij antiſtitis examinatione purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari iudicio, ſine vlla penitus audientia decernimus relinquendos: & infra. Statuimus inſuper, vt Comites, Barones, Rectores, & Conſules Ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta communitatem Epiſcoporum, præſtito corporaliter iuramento promittant, quòd fideliter & efficaciter cum ab eis fuerint requiſiti, Eccleſiam contra hære-

ticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & posse suum, Si verò id obseruare noluerint, honore quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum: vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio Ciuitatum, & Episcopali se nouerit dignitate priuandam: & infra. Si qui verò fuerint, qui à lege diœcesanæ iurisdictionis exempti, soli subiaceant Sedis Apostolicæ potestati, nihilomimus in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant iudicium: & eis in hac parte tanquam à Sede Apostolica delegatis (non obstantibus libertatis suæ priuilegiis) obsequantur.

INNOCENTIVS TERTIVS.

BONA HÆRETICORVM CONFISCANTUR, & in terris Ecclesiæ applicantur fisco Ecclesiæ: in terris Imperij, iudicis sæcularis fisco, & procedit etiamsi Catholicos habent filios.

CAPVT. X.

VERGENTIS in senium sæculi corruptelam: & infra. In terris verò temporali nostræ iurisdictioni subjectis, bona Hæreticorum statuimus publicari: & in aliis idem præcipimus fieri, per Potestates & Principes sæculares: quos ad id exequendum (si fortè

negligentes extiterint) per cẽſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compelli volumus & mandamus. Nec ad eos bona eorum vlteriùs reuertantur, niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus Hæreticorum conſortium, miſereri aliquis voluerit: vt tempora lis ſaltem pœna corripiat, quem ſpiritualis non corrigit diſciplina. Cùm enim ſecundùm legitimas ſanctiones reis majeſtatis punitis capite, bona confiſcentur eorum, filiis ſuis vitâ ſolummodo ex miſericordia conſeruata: quantò magis qui aberrantes in fide, Domini Dei Filiũ Ieſum Chriſtum offendunt, à capite noſtro, quod eſt Chriſtus, Eccleſiaſtica debent diſtrictione præcidi, & bonis temporalibus ſpoliari: cùm longè ſit grauiùs æternam, quàm temporalem lædere majeſtatem. Nec huiuſmodi ſeueritatis cenſuram orthodoxorum exhæredatio filiorum, quaſi cuiuſdam miſerationis prætextu debet vllatenus impedire: cùm in multis caſibus (etiam ſecundùm diuinum iudicium) filij pro patribus temporaliter puniẽtur: & iuxta canonicas ſanctiones, quandoque feratur vltio, non ſolum in authores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum.

IDEM.

ADVOCATI VEL NOTARII Hæreticis, vel eorum defenſoribus fauentes, aut ſub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis inſtrumenta ſcribentes, infames ſunt, & ab illo officio ſuſpenſi.

CAPVT XI.

SI aduersùs nos terra consurgeret: & infra. Quia plus timeri solet quod specialiter iniungitur, quàm quod generalitet imperatur: vobis aduocatis & Scriuanijs fitmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorumdem in aliquo præstetis auxilium, consilium, vel fauorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine, vestrum patrocinium præbeatis: & pro ipsis publica instrumenta, vel scripta facere nullatenus attentetis. Quòd si contra præsumpseritis, ab officio vestro suspensos, perpetuæ vos decernimus infamiæ subjacere.

IDEM VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBVS, TAM IN VRBE METEN. QVAM IN eius Diœcesi constitutis.

LAICI NON PRÆDICENT, NEC occulta conuenticula faciant, nec Sacerdotes reprehendant.

CAPVT XII.

CVM ex injuncto: & infra. Licet autem desiderium intelligendi diuinas scripturas, & secundùm eas studium adhortandi reprehendendum non sit, sed potiùs commendandum: in eo tamen apparent quidam Laici, meritò arguendi, quòd occulta conuenticula celebrant, officium prædicationis Christi sibi vsurpant,

Sacerdotum ſimplicitatem eluſunt, & eorum conſortium aſpernantur, qui talibus non inhærent. Deus enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, vt Apoſtolos ſuos in mundum vniuerſum prædicaturos Euangelium omni creaturæ miſſurus, eis præceperit apertè dicens: Quòd dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta: & infra. Sicut enim multa ſunt membra corporis, omnia verò non eundem actum habent: ita multi ſunt ordines in Eccleſia: ſed non omnes idem habent officium: quia ſecundum Apoſtolum, alios Dominus dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios autem Doctores, &c. Cùm igitur Doctorum ordo ſit quaſi præcipuus in Eccleſia, non debet ſibi quiſquam indifferenter prædicationis officium vſurpare. Nam ſecundùm Apoſtolum, quomodo prædicabunt: niſi mittantur; Et veritas ipſa præcepit Apoſtolis: Rogate Dominum meſsis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Quòd ſi fortè quis argutè reſpondeat: quia tales inuiſibiliter mittuntur â Deo, etſi non viſibiliter mittantur ab homine, cùm inuiſibilis miſsio multo ſit dignior, quàm viſibilis: & diuina longè melior quàm humana poteſt rationabiliter reſponderi, quòd cùm interior illa miſsio ſit occulta, non ſufficit cuiquam nudè tantùm aſſerere, quòd ipſe ſit miſſus à Deo, cùm hoc quilibet hæreticus aſſeueret: ſed oportet, quòd aſtruat illam inuiſibilem miſsionem per operationem miraculi, vel ſcripturæ teſtimonium ſpeciale. Vnde cùm Dominus vellet mittere Moyſem in Ægyptum ad filios Iſrael, vt crederent ei, quòd mitteretur ab ipſo

dedit ei ſignum, vt conuerteret, virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioannes quoque Baptiſta, ſpeciale ſuæ miſsionis teſtimonium protulit de ſcriptura dicens: Ego vox clamantis in deſerto: dirigite viám Domini, ſicut ait Etaias Propheta: & infra. Licet autem ſcientia ſit valde neceſſaria Sacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum propheticum: labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius: non eſt tamen ſimplicibus Sacerdotibus, etiam à Scholaſticis detrahendum, cùm in eis Sacerdotale officium debeat honorari propter quod Dominus in lege præcepit: Diis non detrahes, Sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem Deorum nomine nuncupantur: & infra. Nec quiſquam ſuæ præſumptionis audaciam illo defendat exemplo, quòd aſina legitur reprehendiſſe Prophetam. vel quòd Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato; Cùm aliud ſit fratrem in ſe peccantem occultè corripere, (quod quiſque tenetur efficere ſecundùm regulam Euangelicam, in quo caſu ſanè poteſt intelligi, quòd Balaam fuit correptus ab aſina) & aliud eſt Patrem ſuum delinquentem reprehendere manifeſtè, quod vtique nulli licet ſecundum Euangelicam veritatem: nam qui etiam dicit fratri ſuo: fatuus, reus erit Gehennæ ignis. Rurſus aliud eſt, quod prælatus ſponte de ſua confiſus innocentia, ſubditorum ſe accuſationi ſupponit, (in quo caſu præmiſſum Domini verbum debet intelligi) & aliud eſt, quod ſubditus, non tàm animo reprehendendi, quàm detrahendi exurgit temerarius in prælatum, cùm ei potius incumbat neceſsitas obſequendi; quòd ſi fortè neceſsitas poſtularet, vt Sa-

cerdos tanquam inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, agendum est ordinatè apud Episcopum ad cuius officium tàm institutio, quàm destitutio Sacerdotum noscitur pertinere.

IDEM IN CONCILIO GENERALI.

EXCOMMVNICATI SVNT OMNES Hæretici quibuscumque nominibus nominentur, hoc dicit vsque ad §. damnati.

CAPVT XIII.

EXCOMMVNICAMVS itaque & anathematizamus omnem hæresim extollentem se aduersùs hanc sanctam orthodoxam & Catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes Hæreticos, vniuersos quibuscũque nominibus censeantur: facies quidem diuersas habentes, sed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipsum, *Damnati de hæresi per sæcularem iudicem puniuntur. & bona Laicorum Hæreticorum confiscantur, & Clericorum bona applicantur Ecclesiis, vbi beneficiati erant, Hoc dicit vsque ad §. qui autem Abb.* Damnati verò præsentibus sæcularibus potestatibus, aut eorum balliuis relinquantur animaduersione debita puniendi. Clericis priùs à suis ordinibus degradatis: ita quòd bona huiusmodi damnatorum, si Laici fuerint, confiscentur: si verò Clerici, applicentur ecclesiis, à quibus stipendia receperunt. *Si suspectus de hæresi se non*

non purgat ad arbitrium superioris, excommunicatur; & existens per annum in excommunicatione, vt Hæreticus damnatur, hoc dicit vsque ad §. moneantur Abbas Sic. Qui autem inuẽti fuerint sola suspicione notabiles: nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam, ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut Hæretici condemnentur. *Potestates sæculares, perpetui vel temporales iurare tenentur, vniuersos Hæreticos ab Ecclesia damnatos pro viribus exterminare, & temporalis Dominus non purgans terram suam Hæreticis, excommunicatur: & si perstiterit in excommunicatione per annum, nuntiatur Papæ, qui fideles eius à iuramento absoluet: & eius terram fidelibus exponet: saluo iure principalis Domini, nisi & ipse sit in culpa. Hoc dicit vsque ad §. Catholici. Abbas Sic.* Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur sæculares potestates, quibuscumque fungantur officiis, vt sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos Hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebũt: ita quòd amodo quandocumque quis fuerit in potestatem siue perpetuam, siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Si verò Dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate per Metropolitanum, & cæteros comprouinciales

Episcopos, excommunicationis vinculo innodetur: & si satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc summo Pontifici, vt extunc ipse Vasallos ab eius fidelitate denuntiet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis Hæreticis absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent; saluo iure Domini Principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege seruatâ circa eos, qui non habent Dominos Principales. *Crucesignati ad exterminationem Hæreticorum, gaudent priuilegio concesso crucesignatis in subsidium terræ sanctæ. Hoc dicit vsque ad §. credentes. Abb.*
Catholici verò, qui crucis assumpto charactere ad Hæticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceduntur.
Hic ponitur pœna credentium, receptatorum, & defendentium Hæreticos. Primo Laicorum, secundò Clericorum, vsque ad §. quia Abbas.
Credentes præterea, Receptatores, Defensores, & Fautores Hæreticorum excommunicationi decernimus subjacere: firmiter statuentes, vt postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit, intra annum, ex tunc ipso iure factus sit infamis, nec ad publica officia seu concilia, nec ad eligendos aliquos, ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatẽ, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si fortè iudex

extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem: nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta per ipſum confecta nullius ſint momenti, ſed cum auctore damnato damnentur: & in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si verò Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: vt in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, poſtquam ab Eccleſia fuerint denotati, euitare cõtempſerint; excommunicationis ſententia vſque ad ſatisfactionem idoneam percellántur. Sanè Clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus Eccleſiaſtica Sacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant tradere ſepulturæ, nec eleemoſynas aut oblationes eorum recipiãt: alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regulares quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia illa in Diœceſi non ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare. *Nullus debet ſibi officium prædicandi aſſumere, niſi ſuper hoc ſibi à iure vel à Sede Apoſtolica, vel à Diœceſano Epiſcopo licentia concedatur: aliàs excommunicaturi & niſi reſipuerit alia pœna imponitur. Hoc dicit vſque ad §. adiicimus. Abb.* Quia verò nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutem eius (iuxta quod Apoſtolus ait) abnegantes, auctoritatem ſibi vendicant prædicandi, cùm idem Apoſtolus dicat: Quomodo prædicabunt niſi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non miſsi, præter auctoritatem ab Apoſtolica ſede, vel Catholico Epiſcopo loci ſuſceptam publicè, vel priuatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerint excom-

municationis vinculo innodentur: & nisi quàm citiùs resipuerint, alia competenti pœna plectentur. *Archiepiscopi & Episcopi inferiorum suorum prouincias & diœceses suspectas habentes de hæresi saltem semel in anno per se, vel per alios idoneos visitent: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinis, ad reuelandos Hæreticos, & occulta conuenticula celebrantes: quos reuelatos relapsos canonicè punient, & renitentes iurare, vt Hæretici condemnentur. Hoc dicit vsque ad §. volumus Abbas.* Adjicimus insuper vt quilibet Archiepiscopus vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneásque personas bis aut saltem semel in anno propriam Parrochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, vel plures boni testimonij viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam iurare cõpellat, quòd si quos ibidem Hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes seu à communi conuersatione fidelium, vita & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus, ad præsentiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipso tanquam Hæretici reputentur. *Episcopus negligens in hæresi persequenda a dignitate Episcopali est remouendus, & alius idoneus est subrogandus. Hoc dicit vsque ad fi. Abb. Sic.* Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda

Episcopi per Diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint effugere vltionem. Si quis enim Episcopus, super expurgando de sua Diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus; cùm id certis indicijs apparuerit ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit Hæreticam confundere prauitatem.

GREGORIVS IX. ARCHIEPISCOPO MEDIOLANEN.

LAICI CVIVSCVMQVE PROFESSIONIS sint, prædicare non debent.

CAPVT XIV.

SICVT in vno corpore: & infra. Cùm igitur nonnulli Laici prædicare præsumant, & verèdum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum occultè subintrent. Nos attendentes, quòd Doctorum ordo est in Ecclesia Dei quasi præcipuus: mandamus, quatenus cùm alios Dominus Apostolos dederit, alios Prophetas, alios verò Doctores, interdicas Laicis vniuersis, cuiuscunque ordinis censeantur, vsurpare officium prædicandi.

IDEM.

HOC CAP. VSQVE AD §. SI QVI autem. habetur in C. excommunicamus: supra eo. tit.

in princ. vide ſumma, & declara, prout ibi fuit dictum.

CAPVT XV.

EXCOMMVNICAMVS & anathematizamus vniuerſos Hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Ioſſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcunque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipſum. Damnati verò per Eccleſiam ſæculari iudicio relinquantur, animaduerſione debita puniendi: Clericis priùs à ſuis ordinibus degradatis. *Si in hæreſi deprehenſi volunt redire ad fidem, detrudendi ſunt in perpetuo carcere ad pœnitentiam peragendam: & credentes erroribus Hæreticorum, Hæretici ſunt. Hoc dicit.* Si qui autem de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, Hæreticos ſimiliter iudicamus.

IDEM.

LIBERANTVR AB OMNI obligatione, qui Hæreticis tenebantur adſtricti.

CAPVT XVI.

ABSOLVTOS ſe nouerint à debito fidelitatis Domini, & totius obſequij, quicunque lapſis

manifestè in hæresim aliquo pacto quacúnque firmitate vallato tenebantur adstricti.

DECRETALES
TITVLI DE HAERETICIS
DE SEXTO LIBRO.

GREGORIVS NONVS RHEMENSI Archiepiscopo & suis Suffraganeis.

PROPTER CRIMEN HÆRESIS Clericum in quibuscunque sacris Ordinibus constitutum, solus eius Episcopus degradare poterit. Hoc dicit Domi.

CAPVT I.

QVONIAM Episcoporum numerus ad degradationem Clericorum à Canonibus constitutus non potest de facili conuenire: concedimus vt Sacerdotem, vel alium Clericum in sacris ordinibns constitutum (cùm pro hæresi fuerit sæculari curiæ relinquendus, aut perpetuo immurandus) conuocatis Abbatibus, aliisque prælatis & religiosis personis, ac litteratis suæ

Diœceſis, de quibus expedire videbitur, ſuus ſolus poſſit Epiſcopus degradare.

ALEXANDER IV.

EXCOMMUNICATIONEM INCURRIT ſepeliens ſcienter Hæreticos, vel eorum Receptatores, Defenſores, vel Fautores; nec abſoluitur, niſi exhumet eorum corpora: locus verò priuatur ſepultura. Hoc dicit vſque ad §. inhibemus. Domi.

CAPVT. II.

QVICVMQVE Hæreticos, credentes, Receptatores, Defenſores, vel fautores eorum, ſcienter præſumpſerint Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, vſque ad ſatisfactionem idoneam, excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere. Nec abſolutionis beneficium mereantur, niſi propriis manibus publicè extumulent, & proijciant huiuſmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua careat ſepultura. *Excommunicari debent Laici publicè, vel occultè diſputantes de fide. Hoc dicit Dom.* Inhibemus quoque, ne cuiquam Laicæ perſonæ liceat publicè vel priuatim, de fide Catholica diſputare. Qui verò contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. *Non valet promotio Hæreticorum, eis Credentium, Fautorum, Receptatorum, & Defenſorum eorum, nec filiorum ſuorum, vſque ad ſecundam generationem, ad beneficia Eccleſiaſtica, vel officia publica. Hoc dicit Domi.* Hæretici autem

Credentes, Receptatores, Defensores, & Fautores eorum, ipsorúmque filij vsque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quòd si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. *Priuati sunt habentes beneficia Ecclesiastica, ad preces Hæreticorum: & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperunt. Hoc dicit. Dom.* Adhæc quoscúnque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, & quæcúnque alia Ecclesiastica beneficia sunt adepti: exnunc priuamus taliter acquisitis, volentes, quòd tales & habitis careant perpetuò: & si receperunt illa scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. *Nulla est emancipatio filiorum, vel subditorum per Hæreticos facta: etiamsi postea vitium detegatur. Hoc dicit. Domi.* Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem etiam huiusmodi apparuerit ante ipsam à via veritatis ad hæreticæ superstitionis inuium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui iuris: cùm dignum sit, vt propter tanti atrocitatem delicti, filij esse in parentum Hæreticorum desierint potestate.

IDEM INQVISITORIBVS HÆRETICÆ PRAVITATIS.

FILII VEL HÆREDES PETENTIVM in infirmitate sua hæreticorum consolationem, non

admittuntur ad probandum, quòd non ſana mente vel perdita loquela ſuſceperint, ſi conſtat quòd erant ſanæ mentis, vel ſi priùs ſuſpecti, vel diffamati erant de hæreſi: aliàs admittuntur, ſcilicet per teſtes fide dignos, non ſuſpectos. Hoc dicit. Dominicus.

CAPVT III.

FILII vel Hæredes illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt Hæreticos conſolaturos, vt ab eis per manus impoſitionẽ conſolationem reciperent, ſecundùm peſsimam conſuetudinem eorundem, ſicque viam fuerint vniuerſæ carnis ingreſsi: ad probandum quòd ipſi defuncti conſolationem illam, imò veriùs deſolationem non ſanæ mentis effecti ſuſceperint, vel poſt perditam iam loquelam (cùm tamen moris ſit) vt dicitur apud eos, quòd nullum taliter conſolentur, qui non ſit ſanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: ſi dum viuebant, diffamati erant de hæreſi, vel ſuſpecti: aut legitimè conſtiterit, quòd ſanæ mentis exiſtentes, huiuſmodi Hæreticos petierunt. Aliqui admitti poterunt prædicti filij, vel hæredes ad probandum præmiſſa. Non tamen per vxores, filios, familiares, vel de ſuis aliquos: ſed per teſtes alios fide dignos, & ſpecialiter fidei Zelatores.

IDEM EISDEM.

RELAPSI IN HÆRESIM SUNT tradendi curiæ seculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis Sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ. Hoc dicit. Domi.

CAPVT IV.

SVPER eo, quòd scriptum legitur, Ecclesia nulli claudit gremium redeũti: quódque ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprij antistitis examinatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari decernuntur iudicio, sine vlla penitus audientia relinquendi: cùm scripturæ huiusmodi videantur sibi inuicem aduersari, quid tenendum sit, per sedem edoceri Apostolicam postulastis. Nos itaque Inquisitioni vestræ de fratrum nostrorum consilio respondemus, quòd taliter deprehensis, etiamsi (vt dictum est) sine vlla penitus audientia relinquendi sint iudicio sæculari: si tamen post modum pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita Sacramenta pœnitentiæ ac Eucharistiæ deneganda.

IDEM EISDEM.

EXCOMMVNICATI, PARTICIPES, & Socij criminis admittuntur in teſtes contra Hæreticos, ſi ſciunt veriſimiliter veritatem deponere. Hoc dicit. Domi.

CAPVT V.

IN fidei fauorem. Concedimus vt in negotio Inquiſitionis Hæreticæ prauitatis excommunicati & partipes, vel Socij criminis, ad teſtimonium admittantur: Præſertim in probationum aliarum defectum, contra Hæreticos, Credentes, Fautores, Receptatores, & Defenſores eorum, ſi ex veriſimilibus coniecturis: & ex numero teſtium, aut perſonarum) tam deponentium, quàm eorum contra quos deponitur qualitate, ac alijs circunſtantiis, ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur.

IDEM EISDEM.

ORDINARII, VEL EORVM DELEGATI, & Inquiſitores ſine pœna excommunicationis facere habent executionem iuſtitiæ contra Hæreticos per habentes iuriſdictionem ſæcularem in loco: licet excommunicati ſint, vel de facto tantùm illam iuriſdictionem poſſideant. Hoc dicit. Domi.

CAPVT VI.

PRÆSIDENTES regimini alicuius regni, prouinciæ, ſiue loci (licet excommunicati vel de facto tantùm, & non de iure iuriſdictionem habentes, ac eorum officiales ad requiſitionem ordinariorum, vel delegatorum ipſorum, aut Inquiſitorum Hæreticæ prauitatis non valentium ſine moræ diſpendio, vel negotij periculo recurſum habere ad ſuperiores, qui legitimè in locis ipſis poſsint iuſtitiam exequi) poſſunt & debent contra Hæreticos, Credentes, Fautores, & Defenſores eorum, iuſtitiam & ſuum officium exercere. Nec requirentes huiuſmodi excommunicatos, propter hoc ſententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen Præſidentibus prælibatis, vel Officialibus eorundem propterea in aliis caſibus intelligatur conceſſum aliquid, vel permiſſum.

IDEM EISDEM.

EXCOMMUNICATUS, PROPTER contumaciam non reſpondendi ſuper hæreſim, de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnatur vt Hæreticus. Hoc dicit. Domi.

CAPVT VII.

CVM contumacia (in cauſa præſertim fidei) ſuſpicioni præſumptionem adiiciat vehementem,

ſi ſuſpectus de hæreſi vocatus à vobis, vt de fide reſpondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quòd parere ſubterfugit ; aut contumaciter ſe abſentat) per vos fuerit innodatus, quam ſi per annum animo ſuſtineat pertinaci, ex tunc velut Hæreticus condemnetur.

IDEM EISDEM.

ABIVRANS IN IVDICIO HÆRESIM propter vehementem præſumptionem : ſi iterato labitur (licèt non fuiſſet probatum plenè) relapſus dicitur : ſecus ſi leuis erat præſumptio. Hoc dicit vſque ad §. eum verò. Dominicus.

CAPVT VIII.

ACCVSATVS de hæreſi, vel ſuſpectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens ſuſpicio orta erat, ſi hæreſim in iudicio abiurauit, & poſtea committit in ipſa, cenſeri debet quadam iuris fictione relapſus : licet ante abiurationem ſuam, hæreſis crimen plenè probatum non fuerit contra ipſum. Si autem leuis & modica ſuſpicio illa fuerit (quanquam ex hoc ſit grauiùs puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna puniri. *Culpabilis in vno articulo hæreſis, generaliter poſtea abiurando relapſus dicitur, ſi committit etiam in alium articulum ſeparatum. Hoc dicit Domi.* Eum verò, qui in vna hæreſis ſpecie, vel ſecta commiſit, aut in vno fidei articulo, ſeu Eccleſiæ Sacramento errauit, & poſt-

modum hæresim simpliciter, vel generaliter abiurauit: si extunc in aliam etiam hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu Sacramento committat, volumus vt relapsum in hæresim iudicari. *Qui post abiurationem hæresis, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur facto, vel verbo, Hæreticis communicat in rebus hic prohibitis, relapsus dicitur. Hoc dicit Domi.* Ille quoque de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem constiterat, vel nunc constat, si post illam Hæreticos receptet, deducat, visitet, siue associet, aut dona, vel munera eis donet, vel mittat, seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit, etiam sine adoratione (vt verbis vestris vtamur) meritò debet iudicari relapsus, cùm illum ex approbati à se priùs erroris consequentia, non sit dubium id feciſſe. *Testis in causa hæresis, falsum deponens, licet periurus sit, probat dicendo contrarium: dumtamen ex indiciis constet dictum non corruptionem, sed veritatem continere. Hoc dicit.* Licet verò periuri à testimonio, etiam post pœnitentiam repellantur: Si tamen ij, qui coram Inquisitoribus iurantes, tàm de se, quàm de alijs super facto hæresis dicere veritatem, eam celando dejerent, & postmodum velint corrigere dictum suum, contra se ac alios complices suos deponendo: cùm crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum velle corrigere, ac modo (quæ priùs tacuerant) reuelare in fauorem fidei (nisi aliud obsistat) stari debet tàm contra se, quàm contra reliquos attestationibus eorúndem. *Inquisitores super*

hæresi deputati, non se intromittant de diuinationibus vel sortilegiis non sapientibus hæresim manifestam. Hoc dicit. Domi. Sanè cùm negotium fidei (quòd summè priuilegiatum existit) per occupationes alias non debeat impediri: pestis Inquisitores Hereticæ à Sede Apostolica deputati, de diuinationibus, aut sortilegiis (nisi hæresim saperent manifestè) intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos. *Inquisitores hæresis, de quæstionibus vsurarum se intromittere non possunt. Hoc dicit.* De quæstionibus præterea vsurarum motis, etiam contra illos, quibus restitutionem vsurarum in pœnitentia pro hæresis crimine iniunxerunt, ac illi se & sua ad hoc faciendum in iudicio Ecclesiæ obligarunt, intromittete se non possunt: ne per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur. *Inquisitores possunt compellere Hæredes Fautorum Hæreticorum (qui tamen Hæretici non erant) ad implendam pœnitentiam iniunctam, in bonis temporalibus: secus si mortui sint, antequam fuerit pœnitentia iniuncta. Hoc dicit. Domi.* Si verò pro ijs, quæ in hæresi receptando, vel defendendo Hæreticos seu eis fauendo, non tamen existens Hæreticus quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum Inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendam ab eis pœnitentiam, & complendam: & eâ licèt iniuncta, non tamen peracta decesit, si per huiusmodi pœnitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem in bonis eius temporalibus exequendum: ad complementum ipsius, per Inquisitores cogi debent Hæredes, vel alij, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerint. Porrò si propter huiusmodi

di Hæreticorum receptationem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendam pœnitentiam, quam Inquisitores ipsi iniungere vellent, bona sua obligauerit eisdem: & antequam pœnitentia ei iniungeretur, decesserit: eius hæredibus non est latisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. *Post mortem Hæretici, declarari potest eum Hæreticum fuisse ad finem confiscandi. Domi.* In eo verò casu, quo hæredes ad successionem non debent ob hæresim sui auctoris admitti: non obstante, quòd auctore ipso viuente, hoc non fuerit (interueniente ipsius morte) per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem eiusdem nihilominus procedatur. *Clerici instruentes testes, ne Inquisitores veritatem inuestigent, puniri possunt per eos; & religiosi grauiùs puniuntur. Hoc dicit. Domi.* Sacerdotes insuper & alij Clerici, qui negotium Inquisitionis instruendo citatos Hæreticos, vel eorum Credentes, de cælanda veritate vel dicenda falsitate, seu eos indebitè liberando, inuenti fuerint impedire: cùm non sit dubium, eos ipsa facere in fauorem Hæreticæ prauitatis) per Inquisitores à talibus compesci possunt, & pœnâ debita castigari, tàm per captionem personarum, quàm aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. Religiosi etiam sunt immurationis pœnâ vel alia grauius puniendi quàm sæculares: si inuenti fuerint in hæresi, vel consimilibus deliquisse.

VRBANVS IV.

NON VALENT STATVTA, PER

quæ Inquiſitoris hæreſis officium impeditur, vel retardatur.

CAPVT IX.

STATVTVM ciuitatis, caſtri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium Inquiſitionis Hæreticæ prauitatis directè, vel indirectè (ne in eo liberè procedi valeat) contigerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius exiſtere firmitatis: ipſiúſque ciuitatis; vel loci Dominum, poteſtatem, capitaneum, Conſules, vel Rectores, per quem, vel quos, eadem ciuitas ſeu locus regitur, quocúmque nomine cenſeantur, ad ſtatutum huiuſmodi loci diœceſano, vel eius Vicario, aut Inquiſitori, ſeu Inquiſitoribus labis præfatæ, ſine moræ diſpendio exhibendum: & ſi tale inuẽtum fuerit, reuocandum omnino, vel ſaltem eatenus moderandum, quòd per illud Inquiſitionis proceſſus non impediantur, vel aliquatenus retardentur, per cenſuram Eccleſiaſticam decernimus compellendos.

CLEMENS IV. INQVISITORIBVS HÆRETICÆ PRAVITATIS.

OFFICIVM INQVISITORIS HÆRESIS, morte concedentis non expirat, etiam quoad negotia priùs non cæpta, vel exorta. Hoc dicit.

CAPVT. X.

NE aliqui dubitationem ſolicitam excitantes, in dubium reuocent, an officium Inquiſitionis Hæreticæ prauitatis, ſolicitudini veſtræ intra certos limites ab Apoſtolica Sede commiſſum expiret per mortem Romani Pontificis, qui commiſit: Præſenti declaramus edicto ipſum officium, non ſolùm quoad negotia viuente mandatore incœpta, immò etiam, quoad integra & non cœpta; & quod plus eſt, quantùm ad ea, quæ tunc nequaquam emerſerant in fauorem fidei, poſt committentis obitum perdurare.

IDEM EISDEM.

INFORMAT INQVISITORES AD Deum, vt eius timorem hominum metui anteponant in procedendo ſimul, vel ſeparatim contra Hæreticos, & ſuos Fautores: & etiam in eos abſoluendo, cùm verè redierint.

CAPVT XI.

VT officium Inquiſitionis contra Hæreticos in prouincia, in qua vobis idem officium eſt commiſſum, auctoritate Apoſtolica poſsitis efficaciùs adimplere, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vbique in præfata prouincia, ſimul vel ſeparatim, aut ſingulariter (pro vt negotij

vtilitas ſuadebit)contra Hæreticos, Credentes, Receptatores, Fautores, & Defenſores eorum; necnon contra infamatos de hæreſi, vel ſuſpectos iuxta ſanctiones canonicas (hominum metu diuino timori poſtpoſito) procedatis. Si verò aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Eccleſiæ vnitatem: ei iuxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eidem, quod iniungi talibus conſueuit, prouiſo ſolerter, ne ſimulata conuerſione redeant fraudulenter, & vos (imò ſeipſos) fallentes ſub agni ſpecie lupum gerant. *Inſtruit Inquiſitores, in modo examinationis teſtium, & in perſonis, quæ teſtificatæ ſcribere debeant. Hoc dicit.* Verùm, quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi (vt in reos ſine vllo proferatur errore duræ ac dignæ ſeueritas vltionis) volumus & mandamus, vt in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſúmque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas Religioſas & diſcretas perſonas, in quarum præſentia per publicam (ſi commodè poteſtis habere) perſonam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorũdem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas quoque huiuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, quæ in commiſſo vobis officio ad Scriuiarij, ſeu Tabellionis officium pertinent, teneri diſtrictè præcipimus, cùm per vos fuerint requiſiti, omnes & ſingulos veſtri ordinis fratres, qui dum eſſent in ſæculo, tabellionis officium habuiſſe, aut exercuiſſe noſcuntur, & illos etiam quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotij fidei fuit ab Apoſtolica Sede commiſſum: & in poſterum committetur, concedentes huiuſmodi fra-

tribus, necnon & aliis Religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in sæculo, tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt, quibusuis etiam Clericis sæcularibus officium ipsum habentibus (etiamsi ijdem fratres Religiosi & clerici sunt in sacris ordinibus constituti) exercendi liberè officium ipsum, quoad præmissa, non obstante statuto aliquo contrario canonis vel ordinis, quocunque vallato munimine potestatem. *Instruit Inquisitores, circa personas, per quas impediri posset vel differri Inquisitionis negotium. Hoc dicit.* Compescendi præterea monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita Prædicatores Quæstuarios (vbi contigerit pro Inquisitionis seu fidei negotio, congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio, quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet (quorum interest tantùm charitatiua subsidia suppliciter petere, ac indulgentiam, si fortè habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrûm concedimus auctoritate præsentium facultatem. Denique vt circa præmissa plenè vobis & singulis vestrûm coercionis expedita & inuiolabilis adsit auctoritas, volumus, vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij sæcularis: contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: Non obstantibus aliquibus priuilegiis vel indulgentiis, quibuscunque personis cuiusuis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum specialiter, vel generaliter sub quacunque verborum expressione, vel forma,

à memorata ſede conceſsis, vel in poſterum concedendis: cùm ex huiuſmodi, vel aliis priuilegiis, vel indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio, velimus obſtaculum interponi: & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Statuimus inſuper, vt poteſtas, capitaneus, ſeu Rector, vel Conſules, ſeu quiuis alij, qui ciuitati præſunt, vel loco alteri ad præſens, aut præerunt in futurum, ad requiſitionem diœceſanorum, vel Vicariorum ſuorum, ſeu Inquiſitorum hæreticæ prauitatis iurent præcisè attendere inuiolabiliter, & obſeruare, ac facere à ſuis ſubditis obſeruari, toto tempore ſui regiminis, in terris ſuæ iuriſdictioni regiminiſue ſubiectis conſtitutiones contra Hæreticos, Receptatores, Fautores, & Defenſores eorum, ipſorumque filios & nepotes à Sede Apoſtolica promulgatas, ac etiam approbatas: quas qui iurare noluerit, & ſeruare, vt infamis & tanquam Hæreticorum fautor, ac de fide ſuſpectus officio & honore ſui regiminis ſpolietur: nec vlteriùs poteſtas, Capitaneus, Conſul, vel Rector habeatur in aliquo, aut de cætero in aliquam dignitatem, vel officium publicum vlteriùs aſſumatur: & quæ vt poteſtas, balliuus, Conſul, vel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

BONIFACIVS VIII. INQVISITORIBVS HÆRETICÆ PRAVITATIS.

COMPREHENDIT ISTA DECRETALIS plura vtilia pro expediendo officio Inquiſitorum.

Dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denuntiationes. Dat potestatem procedendi contra illos, qui de sua in aliam prouinciam se transtulerunt. Dat potestatem repetendi libros & processus, commutandi & mitigandi pœnas, priuandi, & priuatos nuntiandi officiis & honoribus Hæreticos, Fautores, & Defensores eorum: ita tamen quòd hoc fiat de diœcesanorum vel in eorum absentia Vicariorum suorum consilio, nisi idem scienter talibus beneficia contulissent. Hoc dicit, Ioan. And.

CAPVT XII.

VT commissi vobis officij debitum vtiliùs & vberiùs exequamini, sanctæ memoriæ Inn. Alex. & Clementis prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, vobis & vestrûm singulis committendi citationes & denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet Hæreticos, Credentes, Receptatores, Defensores, & Fautores eorum tuleritis. Aduocandi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis assistant: & in huiusmodi ferendis sententijs præbeant consilium opportunum, ac eis, quòd super his vobis humiliter pareant in virtute obedientiæ iniungendi: conuocandi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorúmque locorum (prout dicto negotio fidei videritis expedire) & contra illos quos in prouincia in qua vobis Inquisitionis officium est commissum, hæresis crimen constiterit commisisse (licet ad alias partes se transferendos duxerint) procedendi; nec non faciendi a quibuslibet assignari vobis libros seu quaternos, & alia

ſcripta, in quibus Inquiſitiones factæ ac proceſſus per quoſcunque auctoritate Sedis Apoſtolicæ vel legatorum eius habiti contra Hæreticos continentur: & illorũ qui veſtris mandatis obedientes, humiliter ſtant propter Hæreſim in carcere vel muro recluſi pœnam vnà cum prælatis, quorum iuriſdictioni ſubſunt, mitigandi, vel mutandi, cùm videritis expedire: Priuandi præterea, vel priuatos nuntiandi dignitatibus ac aliis beneficiis Eccleſiaſticis de Diœceſanorum, vel eis abſentibus Vicariorum ſuorum conſilio & officijs publicis ac honoribus quibuſcunque eoſdem Hæreticos, Credentes, Receptatores, & Defenſores ipſorum, eorúmque filios & nepotes plenam concedimus facultatem. Sunt autem Diœceſani in priuando tales, vel nuntiando priuatos beneficiis huiuſmodi requirendi: Niſi fortè conſtaret legitimè, quòd ijdem ſcienter huiuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent: tunc enim eos in his requirendos non eſſe cenſemus, ſed potiùs à ſuo iudice puniendos.

IDEM.

CHRISTIANI AD IUDAISMVM tranſeuntes & redeuntes Hæretici reputantur. Hoc dicit, ſecundùm Zeuz.

CAPVT XIII.

CONTRA Christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint Iudæorum (etiamsi huiusmodi redeuntes dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolutè, aut præcisè coacti baptizati fuerunt) erit tanquam contra Hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos seu Iudæos conuicti: & sicut contra Fautores, Receptatores, & Defensores Hæreticorum: sic contra Fautores, Receptatores, & Defensores talium est procedendum.

IDEM

NON CONFISCANTUR DOTES vxorum innocentium, propter hæresim maritorum. Hoc dicit, secundùm Zeuze.

CAPVT XIV.

DECREVIT fœlicis recordationis Innocentius Papa quartus, quòd propter hæresim maritorum, vxorum Catholicarum, dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus: nisi fortè mulieres ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos Hæreticos tunc sciebant.

IDEM.

FILII HÆRETICORVM VSQVE AD secundam lineam paternam, ad primam verò maternam sunt inhabiles ad beneficium Ecclesiasticum, vel officium sæculare; si patres ante mortem, Ecclesiæ reincorporati non fuerint. Hoc dicit, secundum Domi.

CAPVT XV.

STATVTVM fœlicis recordationis Innocentij & Alexandri Prædecessorum nostrorum: ne videlicet Hæretici, Credentes, Receptatores, Defensores & Fautores eorum, ipsorúmque filij vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, quòd si secus actum fuerit, sit irritum & inane: primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam verò ad primum duntaxat volumus hoc extendi. Hoc sanè de filiis & nepotibus Hæreticorum, Credentium & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur: non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse: quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

IDEM.

INQVISITOR PAPÆ SVPER hæreſi ſine ſpeciali mandato non inquirit contra Epiſcopum: ſed ſi eum culpabilem ſciuerit, nuntiabit Papæ. Hoc dicit. Ioann. Andr.

CAPVT XVI.

INQVISITORES hæreticæ prauitatis, ab Apoſtolica Sede, ſeu alio, vel aliis quibuſlibet deputati, de huiuſmodi crimine inquirere contra Epiſcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos: niſi in literis commiſsionis Apoſtolicæ, quòd hoc poſsint, contineatur expreſsè. Si tamen Inquiſitores ipſi, Epiſcopos, vel alios Superiores Prælatos ſciuerint, vel inuenerint circa crimen Hæreſeos commiſiſſe, aut eos de hoc diffamatos exiſtere vel ſuſpectos; id tenebuntur Sedi Apoſtolicæ nuntiare.

IDEM.

NON DEROGATVR ORDINARIIS ſuper proceſſu Hæreticorum, licet Papa generaliter alteri deleget. Et ſuper eodem facto Epiſcopus & Inquiſitor poſſunt procedere communiter vel diuiſim, vel proferre ſententiam, in qua ſi diſcordant, debent

Papæ referre. Et Epiſcopi qualitercunque procedant debent ſeruare modum Inquiſitoribus impoſitum. Hoc dicit. Domin.

CAPVT XVII.

PER hoc, quòd negotium Hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apoſtolica Sede generaliter in aliqua Prouincia, ciuitate, vel diœceſi delegatur, diœceſanis Epiſcopis, quin & ipſi auctoritate ordinaria, vel delegata (ſi habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari. Verùm vt dictum Inquiſitionis negotium efficaciùs, meliùs, vtiliúſque procedat: concedimus, quòd per Epiſcopos ipſos, & per Inquiſitores, de facto eodem inquiri valeat communiter, vel diuiſim: & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus, vt per hoc poſſit meliùs veritas inueniri: & niſi hoc caſu Inquiſitores in ſententiæ prolatione Diœceſanis, vel econtra duxerint deferendum, per vtroſque ſimul ſententia proferatur: in qua ferenda, ſi non conuenerint, per vtroſque negotium ſufficienter inſtructum ad Sedem Apoſtolicam remittatur. Siue autem ordinaria, ſiue delegata Epiſcopi poteſtate procedant: illum in procedendo modum obſeruent, quem Inquiſitores poſſunt & debent per iura communia, vel per ſpeciales conceſſiones ſeu ordinationes Sedis Apoſtolicæ obſeruare.

IDEM.

EPISCOPIS ET INQVISITORIBVS hæreſis non reſiſtant, ſed omnino pareant domini temporales: & de eo crimine non cognoſcant: aliàs prout dicitur hic puniuntur. Hoc dicit ſecundùm Zeu.

CAPVT XVIII.

VT Inquiſitionis negotium contra hæreticam prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei noſtris temporibus proſperetur, leges quaſdam per Fredericum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ perſiſtentem Eccleſiæ promulgatas (quatenus Dei & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promouent, Hæreticorum exterminium proſequuntur, & ſtatutis canonicis non obſiſtunt) approbantes, & obſeruari volentes: vniuerſos ſæculi poteſtates & dominos temporales, ac Prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorúmque locorum Rectores, quibuſcunque dignitatibus, vel officiis, aut nominibus cenſeantur, requirimus & monemus, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei diœceſanis Epiſcopis & Inquiſitoribus Hæreticæ prauitatis à Sede Apoſtolica deputatis, aut in poſterum deputandis pareant, & intendant in hæreticorũ, credentiũ, fautorũ, receptatorũ, & defenſorum ipſorũ inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligẽti, cũ ab eis fuerint requiſiti & vt præfatas

personas pestiferas in potestatem seu carcerem Episcoporum, aut Inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi, vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorundem Dominorum potestatem, vel Rectorum districtum ducant, vel duci faciant sine mora: vbi per viros Catholicos à præfatis Episcopis, seu Inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub arcta & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per Ecclesiæ iudicium terminetur. Vtque de hæresi à diœcesano Episcopo, vel Inquisitore seu Inquisitoribus condemnatos præfati potestates, Domini temporales, siue Rectores, vel eorum Officiales, seu nuntij sibi relictos statim recipiant indilatè animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum: cùm tam secundùm ordinationem prædecessorum nostrorum, quàm secundùm legem Imperialem appellationis, & proclamationis, beneficium expressè sit Hæreticis & Credentibus, ac eorum Receptatoribus, Fautoribus, & Defensoribus interdictum. Prohibemus quoque districtiùs potestatibus, dominis temporalibus, & Rectoribus eorumdemque Officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cùm merè sit Ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere liberent; aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, promptè (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent: vel aliàs diœcesanorum, aut Inquisi-

torum iudicium, ſententiam ſeu proceſſum directè, vel indirectè impedire præſumant. Si quis verò de prædictis poteſtatibus, dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum officialibus, ſeu balliuis contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio ſæpefactis diœceſano Epiſcopo, vel Inquiſitoribus incumbenti, ſe opponere fortè præſumpſerit, vel ipſum aliquatenus impedire; necnon & qui ſcienter in prædictis dederit auxilium, conſilium, vel fauorem, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum: quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, extunc velut Hæreticus condemnetur.

IDEM.

BONA HÆRETICORVM IPSO IVRE ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehenſio bonorum fieri non debet per Dominum ſæcularem, niſi prius pronuntiatum fuerit ſuper crimine, per iudicem Eccleſiaſticum, qui hoc poſſit. Ioann. And.

CAPVT XIX.

CVM ſecundùm leges ciuiles nefarias naturæ contrarias inceſtas nuptias contrahentes, eo ipſo ſuarum Dominium rerum perdant: & mulier humanam legem tranſgrediens, & (præſertim parentibus ſuis non

tes : concedimus, quod in Inquiſitionis hæreticæ prauitatis negotio procedi poſſit ſimpliciter & de plano, & abſqz aduocatorum ac iudiciorum ſtrepitu & figura: Iubemus tamen, quòd ſi accuſatoribus vel teſtibus, in cauſa hæreſis interuenientibus, ſeu deponentibus (propter potentiam perſonarum contra quas inquiritur) videant epiſcopus vel Inquiſitores graue periculum imminere, ſi contingat fieri publicationem nominum eorum: ipſorum nomina non publicè ſed ſecretò coram diœceſano epiſcopo, vel eo abiente ipſius vicario, quod Inquiſitores procedunt: quando verò procedit epiſcopus, coram Inquiſitoribus, ſi haberi commodè poſſit copia eorundem, ac nihilominus ſiue epiſcopus, ſiue Inquiſitores proceſſerint, aliquibus aliis perſonis prouidis & honeſtis, iuriſque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totum proceſſum ſuper quo deliberandum eſt, ſerioſè manifeſtari, ac integraliter explicari, & de ipſorum conſilio, ad ſententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: ſícque (non obſtante, quòd illis, contra quos huiuſmodi depoſuerunt, nomina ipſorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis inſtruendam, plena fides depoſitionibus teſtiũ eorundẽ. Et vt eorundẽ accuſatorum & teſtium periculis, efficaciùs occurratur, & cautiùs in Inquiſitionis negotio procedatur, præſentis conſtitutionis auctoritate permittimus, quòd Epiſcopus vel Inquiſitores, ſecretum poſſint indicere illis quibus (vt præmiſſum eſt) proceſſum huiuſmodi explicabunt: & in eos ſi arcana conſilij, ſeu proceſſus, ſibi ſub ſecreto ab eiſdẽ Epiſcopo vel Inquiſitoribus patefacta, præter eorum licentiam alijs patefecerint, excommu-

nis ſententiam, quam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant (ſi eis expedire videbitur) promulgare: ſic tamen, quòd Inquiſitores Epiſcopum, vel Epiſcopus Inquiſitores non excommunicent hac de cauſa, obedientiæ diſtricto præcepto ad ſecretum huiuſmodi teneantur. Ceſſante vero periculo ſupradicto, accuſatorum & teſtium nomina (prout in alijs fit iudicijs) publicentur. Cæterùm in his omnibus præcipimus, tàm Epiſcopos quàm Inquiſitores puram & prouidam intentionem habere, ne ad accuſatorum vel teſtium nomina ſupprimenda vbi eſt ſecuritas, periculum eſſe dicant: nec in eorum diſcrimen ſecuritatem aſſerant, vbi tale periculum immineret, ſuper hoc eorumdem conſcientias onerantes. Conſtitutiones verò, ordinationes, & mandata alia prædeceſſorum noſtrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, conceſſa, ſed etiam ad conſulta reſponſa, quæ conſtitutionibus ſupraſcriptis ſuper eadem editis prauitate non obuient, in ſuo volumus robore permanere.

* *
*

DECRETALES

TITVLI DE HAERETICIS IN CLEMENTINIS.

CLEMENS V. IN CONCILIO VIENNEN.

PRÆMITTIT CONSTITVTIONIS causam. Ioann. Andr.

CAPVT I.

MVLTORVM querela Sedis Apostolicæ pulsauit auditum, quòd nonnulli Inquisitores per Sedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes, sic interdum extendunt suæ potestatis officium, vt quod in augmentũ fidei per circumspectam eiusdem Sedis vigilantiam, salubriter est prouisum (dum sub pietatis specie grauantur innoxij) cedat in fidelium detrimentum. *Ponit constitutionem, de officio Inquisitionis exercendo, per Diœcesanos, & Inquisitores. Primo ponens quinque, quæ potest alter sine altero. Secundo tria, quæ non potest, & decretum apponit submittens quomodo impeditus*

vel inter esse nolens committit alij; vel consentit. Ioann. Andr. Propter quod ad Dei gloriam & augmentum eiusdem fidei, vt negotium Inquisitionis huiusmodi, eo prosperetur fœliciùs, quo deinceps eiusdem labis indago solenniùs, diligentiùs, & cautiùs peragetur: ipsum tam per Diœcesanos Episcopos, quàm per Inquisitores à Sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio vel timore ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri: Sic quòd quilibet de prædictis sine alio citare possit & arrestare siue capere ac tuæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus, manicis ferreis, si ei vilum fuerit faciendum: super quo ipsius conscientiam oneramus, necnon inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundùm Deum, & Iustitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri siue arcto; qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad tententiam procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo Diœcesano, aut eius officiali, vel Episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui adinuicem copiam habere valeant intra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisierint, non valebit. Et si secùs præsumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure. Verùm si Episcopus, vel eius capituli (Sede vacante) delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorumdem, propter præmissa nequeat aut nolit personaliter conuenire: possit Episcopus vel eius, seu capituli (Sede vacante) delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo, vel eius delegato, seu Sede vacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputa-

eus ſuper illis, committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per literas conſilium & conſenſum. *Prouidet circa muros, vel carceres Hæreticorum, ipſorum claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Ioann. Andr.* Sanè, quia circa cuſtodiam carcerum hæreticalium, qui muri in quibuſdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos volentes ſuper hoc prouidere; ſtatuimus, vt quilibet talis carcer vel murus, quem de cætero Epiſcopo & Inquiſitori prædictis volumus fore communem, duos cuſtodes habeat principales, diſcretos, inluſtrios & fideles: vnum quem volet Epiſcopus & prouidebit eidem; alium de quo voluerit Inquiſitor, cui etiam prouidebit: & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum, & fidum poterit habere miniſtrum. In quolibet etiam conclaui eiuſdem carceris ſiue muri, erunt duæ claues diuerſæ, quarum vnam vnus, aliam alius tenebit prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi, quæ incarceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere, vel ſubdelegare miniſtro. *Ponit iuramentum cuſtodum miniſtrorum ſuorum, & notariorum, & aliorum officialium. Ioannes And.* Porrò coram Epiſcopo, vel capitulo Sede vacante & Inquiſitore, prædictis vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradictis, antequam ſuum officium exequantur, iurabunt ad ſancta Dei Euangelia corporaliter à ſe tacta, quòd in cuſtodia immuratorum & aliorum pro crimine ſupradicto, in ſua cuſtodia poſitorum & ponendorum, omnem diligentiam & ſolicitudinem quam poterunt fideliter adhibebunt. Et quòd prouiſionem quam incarcerati recipiunt, ex ordinatione communi

& illud quod à parentibus, & amicis, vel alijs perſonis fidelibus offeretur eiſdem (niſi Epiſcopi & Inquiſitoris vel ſuorum Commiſſariorum ordinatio refrageretur) ipſis fideliter & abſque diminutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum & coram eiſdem perſonis miniſtri cuſtodum priuſquam ſuum exerceant officium, exhibebunt. Et quia ſæpe contingit, Epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis Inquiſitoribus non communes: volumus, & diſtrictè præcipimus, vt cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine cuſtodiam per Epiſcopos, vel ſ. de vacante per capitulum deputandi, & eorum miniſtri coram dictis Inquiſitoribus, vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile iuramentum. Notarij quoque Inquiſitionis coram Epiſcopo & Inquiſitore, vel ſubſtitutis ab eis iurabunt ſuum officium fideliter exercere. Et idem fiet de alijs perſonis neceſſarijs ad prædictum officium exequendum. *Punit Epiſcopos, Inquiſitores, & eorum ſubſtitutos, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio. Hoc dicit, Ioann. And.* Verùm qnia nimis eſt graue ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: graue eſt quoque & damnatione digniſsimum malitiosè inſontibus eandem imponere prauitatem: Epiſcopo & Inquiſitori prædictis, ac aliis ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt ſic diſcretè & promptè contra ſuſpectos vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedant, quòd malitiosè aut fraudulenter tantam labem, ſeu quòd ipſos in executione officij

Inquiſitionis impediat, falsò alicui non imponant. Quòd ſi odij gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu contra iuſtitiam, & conſcientiam ſuam omiſerint contra quenquam procedere, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, aut obtẽtu eodem prauitatem ipſam vel impedimentum officij ſui alicui imponendo, cùm ſuper hoc præſumpſerint quoquomodo vexare (præter alias pœnas pro qualitate culpæ imponendas eiſdem) Epiſcopus aut Superior ſuſpenſionis ab officio per triennium, alij verò excommunicationis ſententias eo ipſo incurrant. A qua quidem excommunicationis ſententia, qui eandem incurrerint, niſi per Romanum Pontificem nequeant (præterquam in mortis articulo, ex tunc ſatisfactione præmiſſâ) abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio ſuffragante. *Confirmat antiquæ iura huic conſtitutioni non obuia. Ioann. And.* Alia ſanè, quæ circa præmiſſum Inquiſitionis officium, à noſtris ſunt Prædeceſſoribus inſtituta (quatenus præſenti decretò non obuiant) ſacri approbatione concilij roborata, in ſua volumus firmitate manere.

IDEM IN EODEM.

PRIMO PONENS CONSTITUTIONIS cauſam, determinat ætatem Inquiſitorum. Secundò vnit Inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum Clericorum Eccleſiarum bona confiſcant. Tertiò præcipit No-

tariis Officialibus & Sociis, vt hoc facientes, reprehendant, & Superioribus denuntient, si probare possunt. Quartò prohibet Inquisitoribus abusum armorum, & circa quantitatem Officialium. Hoc dicit. Ioann. Andr.

CAPVT II.

NOLENTES splendorem solitum negotij fidei per actus in discretos & improbos quorumuis Inquisitorum hæreticæ prauitatis, quasi tenebrosi fumi caligine obscurari: hoc sacro concilio approbante statuimus nullis exnunc, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerint, officium Inquisitionis prædictæ committi Inquisitoribus. Et tam ipsorum, quàm Episcoporum, seu capitulorum sede vacante super hoc deputatis Commissariis quibuscunque districtiùs iniungentes, ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant: nec scienter attentent Ecclesiarum bona, ob Clericorum delictum prædicti occasione officij fisco etiam Ecclesiæ applicare. Quòd si secus in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis tententiæ eos subiacere decernimus ipso facto à qua non possint absolui præterquam in mortis articulo, donec illis à quibus extorserint, plenè satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis priuilegiis, pactis, aut remissionibus super hoc valituris. Notarij verò & Officiales dicti officij, necnon Fratres & Socij Inquisitorum & Commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut Commissarios secretè nouerint talia commisisse (si indignationem Dei

& Apoſtolicæ Sedis vitare voluerint & offenſam) ipſos grauiter arguere & corrigere ſtudeant in ſecreto. Quòd ſi taliter ea ſciuerint, vt ea probare valeant, ſi ſit opus, hæc prælatis Inquiſitorum & Commiſſariorum eorumdem, ad quos id pertinebit, nuntiare ſollicitè debeant. Qui equidem Prælati, Inquiſitores & Commiſſarios prædictos reos inde repertos ab officijs amouere, & amotos alias punire debitè, ſeu corrigere teneantur. Prælatis autem Inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia nuntiari per prædictos locorum ordinarios volumus, quibus vt ea in Apoſtolicæ Sedis notitiam perferant, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus & mandamus. Porrò Inquiſitoribus ipſis, diſtrictiùs inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſsione portationis armorum, nec Officiales niſi ſibi neceſſarios habeant tales, qui ſe conferant ad ſua cum Inquiſitoribus ipſis officia exequenda.

IDEM IN EODEM.

DAMNAT SECTAM BEGVARDORVM, & Beguinarum Alemania, & octo ipſius errores excitans Diœceſanorum & Inquiſitorum officium contra illos. Hoc dicit. Ioann. And.

CAPVT III.

AD noſtrum (qui deſideranter in votis gerimus, vt Fides Catholica noſtris proſperetur tempori-

bus, & prauitas Hæretica de finibus fidelium extirpetur) non ſine diſplicentia grandi peruenit auditum, quòd ſecta quædam abominabilis quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinæ vulgariter appellantur in regno Alemaniæ (procurãte ſatore malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens & aſſerens doctrinâ ſuâ ſacrilegâ & peruersâ, inferiùs deſignatos errores. Primò, videlicet, quòd homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur pœnitus impeccabilis, & ampliùs in gratia proficere non valebit: nam (vt dicunt) ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri. Secundò, quòd ieiunare non oportet hominem, nec orare poſtquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet. Tertiò quòd illi, qui sũt in prædicto gradu perfectionis, & in ſpiritu libertatis, non sũt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ obligantur: quia (vt aſſerunt) vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Quartò, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem, ſecundùm omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata. Quintò, quòd quælibet intellectualis natura, in ſeipſa naturaliter eſt beata: quòdque anima non indiget lumine gloriæ, ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum. Sextò, quòd ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe virtutes. Septimò, quòd mulieris oſculum (cùm ad hoc ſua natura non inclinet) eſt mortale pec-

catum: Actus autem carnalis (cùm ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt maximè cùm tentatur exercens. Octauò, quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debent aſſurgere nec eidem reuerentiam exhibere: aſſerentes, quòd eſſet imperfectionis eiſdem ſi à puritate & altitudine ſuæ contemplationis, tantùm deſcenderent, quòd circa miniſterium ſeu Sacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſsionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ Majeſtatis offendunt, & graue in ſe continent periculum animarum. Cùm autem ex debito commiſsi nobis officij, huiuſmodi ſectam deteſtabilem, & præmiſſos ipſius execrandos errores (ne propagentur vlteriùs, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur) extirpare ab Eccleſia Catholica neceſſariò habeamus: Nos ſacro approbante concilio, ſectam ipſam, cum præmiſsis erroribus damnamus & reprobamus omnino, inhibẽtes diſtrictiùs, nequis ipſos de cæterò teneat, approbet vel defendat: Eos autem qui ſecùs egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. Porrò Diœceſani & illarum partium Inquiſitores Hæreticæ prauitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ huiuſmodi commorantur, ſuum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita & conuerſatione ipſorum, qualiterve ſentiant de articulis fidei, & Eccleſiæ Sacraemntis. In illos verò, quos culpabiles repererint (niſi abiuratis ſponte prædictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant vltionem.

DECRETALES

XIV. SVMPTAE DE DIVERSIS TITVLIS DECRETALIVM, SEXTI ET CLEMENTINARVM Inquisitionis officio congruentes.

CLEMENS V. IN CONCILIO VIENNEN.

Et habetur in Clementinis, tit. de vsuris, cap. vnico, §. vltimo.

PERTINACITER ASSERENS exercere vsuras non esse peccatum, Hæreticus est. Ioann. And.

EX graui ad nos: & infrà. Sanè, si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras non esse peccatum, decernimus eum velut Hæreticum puniendum: locorum nihilominus ordinariis & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtiùs iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omittant.

EX DECRETALIBVS
TIT. DE PVRG. CANO.

INNOCENTIVS TERTIVS SENONEN. ARCHIEPISCOPO.

PROPTER MAGNITVDINEM criminis infamatus ſuſpendi poteſt nedum ab officio, ſed etiam à beneficio donec ſe purgauerit. Hoc primò. Et augetur propter hoc numerus compurgatorum. Hoc ſecundò. Ex cauſa interdum poſt purgationem præſtitam ſuſpenditur quis ad tempus. Hoc tertiò. Et deficiens in purgatione punitur, vt conuictus. Hoc quartò.

CAPVT. X.

INTER ſollicitudines noſtras, illa debet eſſe præcipua, vt capiamus vulpeculas: & infrà. Licet ergo Eccleſiaſtica conſtitutio tales ab officio tantum vſque ad purgationem canonicam doceat ſuſpendendos, quia tamen, eum etiam à beneficio propter immanitatem criminis ſuſpendiſti, nolumus improbare. Nec illud etiam improbamus, quòd licet contra eum nullus accuſator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluiſti pleniùs inquirere veri-

tatem. Attendentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam, quæ contra decanum facere videbantur, cùm propter eorum quodlibet ei purgatio esset indicenda: & seruantes iustitiam, & molientes rigorem purgationem ei xiiij. manus sui ordinis duximus etiam indicendam. Ipsum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi noscitur infamatus: Mandamus, quatenus accitis tecum Niuernen. & Parisiẽ. Episcopis, indictam ei purgationem accipias: ita tamen vt qui ad eius purgationẽ processerint comprobandam, sint fide Catholici, & vita probati, qui conuersationem & vitã ipsius non tam moderno tempore nouerint, quàm transacto: purgatione verò receptâ, beneficium ei restituere non postponas. In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis scienter habuisse digno scitur, eum ab officio volumus manere suspensum: donec scandalum sopiatur, ita tamen vt publicè familiaritatem Hæreticorum abiuret. Præcipias insuper ei districtè, vt in prædicta & aliis villis circumpositis profiteatur & prædicet fidem Catholicam ac confundat & detestetur hæreticam prauitatem, sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in bonam famam, & omne scandalum & suspicio de Catholicorum mentibus deleatur. Quòd si forsan in purgatione defecerit, eum Ecclesiasticæ disciplinæ mucrone percellas, & ab officio & beneficio depositum ad agendam pœnitentiam in arctum monasterium detrudere non omittas.

EX DECRETALIBVS

TIT. DE PRÆSVMPTION.

INNOCENTIVS III. NIVERNEN. EPISCOPO ET ARCHIDIADONO Biturícen.

PROPTER PRÆSVMPTIONEM etiam vehementem non debet quis de graui crimine condemnari.

CAPVT XIV.

LITTERAS veſtras recepimus continentes, quòd cùm cauſa, quæ vertitur inter altiſsiodoren. Epiſcopum & quoſdam Burgenſes de charitate, quos idem Epiſcopus de hæreſi impetebat, vobis & Abbati collon. à Sede Apoſtolica delegata fuiſſet, vtraque pars vos duos ſub certa pœna ſibi arbitros ſtatuerunt, delegatâ nihilominus vobis poteſtate reſeruatâ. G. autem lator præſentium vnus ex illis hæreſim ſuam fuerat publica voce confeſſus & de fratre ſuo ſimiliter recognouerat quòd eodem ſecum laborabat errore: & in-

fra. Nos verò prædictum G. ſuſpectum de hæreſi vehementer habuimus: tùm quia quod ante dixerat, poſtea ſe dixiſſe negauit: tùm quia vel mendacium priùs dixit in fratrem aſſerendo illum Hæreticum: vel periurium poſtea commiſit in Deum, purgando illum de hæreſi: quorum vtrúmque reddit illum valdè ſuſpectum, quanquam veriſimiliùs videbatur quòd eo tempore quo tanquam verè pœnitens ab hæreſi reuertebatur ad fidem, tàm graue mendacium non dixiſſet, præſertim in fratrem quem tanquam chariſsimum non aſſeruiſſet Hæreticum, niſi fuiſſet accenſus zelo fidei orthodoxæ. Vnde præſumitur quòd cùm poſteà purgauit illum de hæreſi, turpiter deierauit. Quocirca mandamus quatenus cùm propter ſolam ſuſpicionem (quamuis vehementem) nolumus illum de tàm graui crimine condemnari: talem & tantam ſecuritatem recipiatis ab ipſo præter iuratoriam cautionem, quòd timore pœnæ corporalis debeat coërceri: diſcretam ei pœnitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere vtrum in tenebris ambulet: an in luce, vtrúmve ſit verè pœnitens, an fictè conuerſus. Et ſi eum hoc modo verum Catholicum cognoueritis, non ſinatis ipſũ indebitè moleſtari. Alioquin eum tãquam Hæreticum condemnet.

* * *

EX

EX DECRETALIBVS TIT. DE POENIS.

HONORIVS TERTIVS PRAEPOSITO ARCHIDIACONO ET H. CANONICO SVESION.

DOMINO EXCOMMVNICATO, manente, subditi fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea perstiterit, & monitus non paruerit Ecclesia, ab eius debito absoluuntur.

CAPVT XIII.

GRAVEM capituli laudu. recepimus quæstionem, quòd cùm comes Registren. pro multis iniurijs, quàs irrogarat eisdem per iudices à Sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus; idem per duos annos & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claues Ecclesiæ contemnendo. Licet igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis: volentes tamen nobilitati parcere Comitis supradicti. Discretioni vestræ mandamus, quatenus si comes prædictus post commonitionem vestram non paruerit plenè iuri, vos Ecclesias in quibus aliquod ius habere dignoscitur, ab eius debito absoluentes, fideles ipsius (quandiu in ex-

communicatione perſtiterit) ab eius fidelitatis iuramento denuntietis pœnitus abſolutos.

EX DECRETALIBVS
TIT. DE VERBOR. SIGNIF.

INNOCENTIVS III. COMITI TOLOSAN.

DICIT QVI DICVNTVR HÆRETICI manifeſti, quorum bona confiſcantur.

CAPVT. XXVI.

SVPER quibuſdam mandatorum articulis: & infra. Tua deuotio poſtulauit à nobis, qui ſunt dicendi Hæretici manifeſti. Super quo tibi duximus reſpondendum, illos intelligendos eſſe manifeſtos Hæreticos, qui contra fidem Catholicam publicè prædicant, aut profitentur, ſeu defendunt eorum errorem: vel qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt, vel confeſsi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate: quorum bona propria confiſcantur, & ipſi iuxta ſanctiones legitimas puniuntur.

EX DECRETALIBVS
TIT. DE OFF. ET POT. IVD. DELEGATI.

ALEXANDER III. CARNOTEN. EPISCOPO.

DELEGATVS PAPÆ IN CAVSA sibi commissa, iurisdictionem habet super ordinarium, & quemcunque maiorem.

CAPVT XI.

SANE quia nos, & infrà. Tuæ quæstioni duximus respondendum, quòd iudex à nobis delegatus vices nostras gerit: Vnde in causa illa Superior est & maior illis, quorum causam suscepit terminandam. Ideoque si Episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius, in causa quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit secundùm qualitatem poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia, à iudice delegato compelli: ita quòd iudex secundùm negotij qualitatem temperatè procedens, Episcopo vel ingressum Ecclesiæ, vel Sacerdotale officium interdicat aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suam pertinet specialiter interdicto supponat.

EX DECRETALIBVS
TIT. DE SENT. EXCOM.

HONORIVS III. EPISCOPO BONON.

EXCOMMVNICAT HÆRETICOS ET quoscunque violatores Ecclesiasticæ libertatis.

CAPVT XLIX.

NOVERIT fraternitas tua: & infrà. Excommunicamus omnes Hæreticos, vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur: & Fautores, & Receptatores, & Defensores eorum: Necnon & qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem: nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri. Item excommunicamus Statutarios & Scriptores Statutorum ipsorum: necnon Potestates, Consules, Rectores & Consiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta & consuetudines editæ fuerint, vel seruatæ: necnon & illos qui secundùm ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

EX DECRETALIBVS TIT.

DE TESTIB. ET ATTEST.

GREGORIVS NONVS.

ITERVM EXCOMMVNICANDVS est testis, qui obscurè deposuit, suppletu, ex iudicis officio.

CAPVT LIII.

CVM clamor validus contra Acherontin. Archiepiscopum super Simonia, & alijs criminibus ascendisset, Melfiten. & Rubeñ. Episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & infrà. Verùm quia apertis attestationibus L. & G. super Simonia ita deposuere confusè, quòd ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mandamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter: & tàm eorum, quàm aliorum quos receperitis, testificata, sub sigillis vestris, nobis fideliter referatis.

EX DECRETALIBVS

TITVL. DE VERBOR. SIGNIFICATION.

INNOCENTIVS TERTIVS PRIORI SANCTI FRIDIANI LVCAN.

APPELLATIONE ECCLESIASTICÆ censuræ comprehenditur excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum.

CAPVT XX.

QVÆRENTI quid per cenſuram Eccleſiaſticam debeat intelligi, cùm huiuſmodi clauſulam in noſtris literis apponimus: Reſpondemus, quòd per eam non ſolùm interdicti, ſed ſuſpenſionis & excommunicationis ſententia valet intelligi: niſi iudex diſcretus (rerum & perſonarum circumſtantijs indagatis) ferat quam magis viderit expedire.

EX CLEMENTINIS
TITVL. DE VERBOR. SIGNIF.

CLEMENS V. IN CONCILIO VIENNEN.

DETERMINAT ET DECLARAT quid significent hæc verba inserta in iudicialibus commissionibus, quæ fiunt à Principe, vel à iure: scilicet quòd procedatur simpliciter & de plano, & sine strepi- & figura iudicij. Ioan. And.

CAPVT II.

SÆPE contingit, quòd causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significatione verborum, à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem huiusmodi (quantum nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt iudex cui taliter causam committimus, necessariò libellum non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure, procedere valeat, amputet dilationum màteriam, litem quantùm poterit faciat breuiorem, exceptiones appel-

lationes dilatorias & fruſtratorias repellendo, partium aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia, teſtiúmque ſuperfluam multitudinem refrænando. Non tic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ & defenſiones legitimæ admittantur. Citationem verò ac præſtationem iuramenti de calumnia, vel malitia ſiue de veritate dicēda, ne veritas occultetur, per commiſsionem huiuſmodi intelligimus non excludi. Verùm quia iuxta petitionis formam pronuntiatio ſequi debet pro parte agentis, & etiàm rei, ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, ſiue in ſcriptis, ſiue verbo: actis tamen continuo (vt ſuper quibus poſitiones & articuli formari debeant, poſsit haberi plenior certitudo, & vt fiat diffinitio clarior) inſerenda. Et quia poſitiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confeſsiones & articulos ad clariorem probationem vſus longæuus in cauſis admiſit: Nos vſum huiuſmodi obſeruari volentes ſtatuimus, vt iudex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium voluntate procedat (ad dandum ſimul vtrosque terminum dare poſsit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes vti volunt in cauſa, poſt dationem articulorum, diem certam quandocunque ſibi videbitur, valeat aſsignare: eo ſaluo, quòd vbi remiſsionem fieri contingeret pro teſtibus producendis, poſsint etiàm inſtrumenta produci, aſsignatione huius modi non obſtante. Interrogabit etiam partes ſiue ad earum inſtantiam, ſiue ex officio, vbicunque hoc æquitas ſuadebit. Sententiam verò diffinitiuam (citatis ad id, licet non peremptoriè, partibus) in ſcriptis, & (pro vt magis ſibi pla-

euerit) ſtans vel ſedens proferat: etiam (ſi ei videbitur) concluſione non factâ, prout ex petitione & probatione, & alijs actitatis in causa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis caſibus, in quibus per aliam conſtitutionem noſtram, vel aliàs procedi poteſt ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicij volumus obſeruari. Si tamen in præmiſsis caſibus ſolemnis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obſeruetur, non erit proceſſus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.

Data Auinione 13. Kal. Decemb. Pont. noſtri Ann. 2.

EX DECRETALIBVS

TIT. DE ACCVS. INQVIS. ET DENVNT.

INNOCENTIVS III. IN CONCILIO GENERALI.

SVPERIOR CONTRA SVBDITVM maximè prælatum, de his tantùm inquiret, ſuper quibus præceſſit infamia: & tunc vocabit eum, & tradet capitula, & nomina, & teſtium dicta publicabit, & ipſius legitimas exceptiones admittet: & probato graui crimine, eum ab adminiſtratione remouebit. In regularibus verò Prælatis ad vnguem ſeruandus non eſt hic ordo. Et quanquam in hac ſummatione, modica videatur agi differentia inter Prælatos &

ſubditos, contra quos inquritur: tamen facienda eſt, vt patet in litera.

CAPVT XXIV.

QVALITER & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus, ex auctoritatibus noui & veteris teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſtea proceſſerunt canonicæ ſanctiones, ſicut olim apertè diſtinximus, & nunc ſacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio quòd villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum ſuum quaſi diſsipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo, quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ; Iam enim non poteris ampliùs villicare, Et ita in geneſi Dominus ait: deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifeſtè probatur, quòd non ſolùm cùm ſubditus, verùm etiàm cùm prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit: non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis: non ſemel tantùm ſed ſæpe quod clamor innuit & diffamatio manifeſtat, debet coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentiùs perſcrutari, vt (ſi rei popoſcerit qualitas) canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tamquam idem ſit accuſator & iudex, ſed quaſi denunciante fama vel deferente clamore officij ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligentiùs tamen eſt obſeruandum in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Et quia non

poſſunt omnibus complacere, cùm ex officio ſuo teneantur non ſolùm arguere, ſed etiam increpare, quin etiàm interdum ſuſpendere: nonnunquam verò ligare, frequenter odium multorum incurrunt & inſidias patiuntur. Et ideò ſancti Patres prouidè ſtatuerunt, vt accuſatio Prælatorum non facile admittatur, ne concuſsis columnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolùm falſæ, ſed etiám malignæ criminationi ianua præcludatur, Verùm ita voluerunt prouidere prælatis ne criminarẽtur iniuſtè, vt tamen cauerent ne delinquerent inſolenter: contra morbum vtrumque inuenientes medicinam congruã, videlicet vt criminalis accuſatio quæ ad diminutionem capitis, id eſt degradationem intenditur, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cùm ſuper exceſsibus ſuis quisquam fuerit infamatus, vt iám clamor aſcendat, qui diutiùs ſine ſcandalo diſsimulari non poſsit, vel ſine periculo tolerári, abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum & puniendum eius exceſſus, non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur affectu: quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, etſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino: quod eſt ſecundùm ſententiam Euangelicam à villicatione villicum amoueri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. debet igitur eſſe præſens, is contra quem facienda eſt Inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit: & exponenda ſunt ei illa capitula de quibus fuerit inquirendum, vt facultatẽ habeat defendendi ſeipſum & non ſolũ dicta ſed etiam nomina ipſa teſtiũ ſunt ei (vt quid, & à quo ſit dictum appareat) publicanda: necnon exceptiones

& replicationes legitimæ admittẽdæ: ne per ſuppreſsionẽ nominũ, infamandi; per exceſsionum verò excluſionem, deponendi falſum, audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque ſubditorum exceſſus, tantò diligentiùs debet prælatus aſſurgere, quantò damnabiliùs eorum offenſas deſereret incorrectas. Contra quos, vt de notorijs exceſsibus taceatur: & ſi tribus modis poſsit procedi: per accuſationem videlicet, denuntiationem, & Inquiſitionem ipſorum: vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leue compendium ad graue diſpendium veniatur: ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio, ſic & denuntiationem charitatiua monitio, & Inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire: illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, ſententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem, circa regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum (cùm cauſa requirit) faciliùs & liberiùs à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri.

* *
*

EX LIBRO SEXTO

TIT. DE POENIS.

BONIFACIVS OCTAVVS BITTEREN. EPISCOPO.

DOCET HÆC DECRET ALIS QVIBVS assistentibus fieri debeat degradatio, de quibus vestibus, ornamentis, libris, & instrumentis in degradatione fiat explicatio, & quibus vtatur ipse degradans. Ioann. And.

CAPVT II.

DEGRADATIO qualiter fieri debeat à nobis tua fraternitas requisiuit. Super quo tibi taliter respõdemus, qnòd verbalis degradatio seu depositio ab ordinibus vel gradibus ecclesiasticis, est à proprio episcopo sibi assistente in degradatione clericorum, in sacris constitutorum ordinibus, certo episcorum numero diffinito à canonibus faciendo; quanquam proprij episcopi sententia sine aliorum episcoporum præsentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. Actualis verò siue solemnis, cœlestis militiæ militis, id est, clerici degradatio (cùm ad

eam fuerit procedendum) fiet vt exanctorizatio eius, qui militiæ deſeruit armatæ, cui militaria detrahuntur inſignia, ſícque à militia remotus caſtris rejicitur, priuatus conſortio, & priuilegio militari. Clericus igitur degradandus veſtibus ſacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud inſtrumentum, ſeu ornamentum ad ordinem ſuum ſpectans, ac ſi deberet in officio ſuo ſolemniter miniſtrare, ad epiſcopi præſentiam adducatur: cui Epiſcopus publicè ſingula, ſiue ſint veſtes, calix, liber, ſeu quæuis alia (quæ illi iuxta morem ordinandorum clericorum in ſua ordinatione ab Epiſcopo fuerint tradita, ſeu collata) ſingulariter auferat, ab illo veſtimento ſue ornamento, quod datum vel traditum fuerat vltimò inchoando, & deſcendendo gradatim, degradationem continuet vſque ad primam veſtem, quæ datur in collatione tonſuræ túncque racatur caput illius ſeu tondeatur, ne tonſuræ ſeu clericatus veſtigium remaneat in eodem. Poterit autem Epiſcopus in degradatione huiuſmodi vti verbis aliquibus ad terrorem illis oppoſitis, quæ in collatione ordinum ſunt prolata: dicendo preſbytero hæc vel ſimilia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi veſtem Sacerdotalem, & te honore Sacerdotali priuamus: ſicque in remotione reliquorum inſignium ſimilibus verbis vtens, in ablatione vltimi, quod in collatione ordinum primum fuit infraſcripto vel alio ſimili modo pronũciet, ſiue dicat: auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus Sancti, ac noſtra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, ſpoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & priuilegio clericali

EX DECRETALIBVS

TIT. DE DOLO ET CONTVM.

INNOCENTIVS III.

SI PROCEDITVR PER VIAM INQVISITIONIS contra absentem contumaciter, etiam lite non contestata, testes recipi possunt. & sententia diffinitiua ferri; etiam per viam depositionis, si hoc meretur delictum.

CAPVT VIII.

VERITATIS est verbum organo dominicæ uocis emissum: & infra. Sicut canonici curien. in nostro auditorio retulerunt. H. Curien. Episcopus ecclesiam suam, non solùm dilapidando depressit sicut publica prædicabat infamia, sed etiam homicidio, incestu, alijsque criminibus polluit: & infra. Super his commisimus, primò causam Tridon. Episcopo, & abbati montis sanctæ Mariæ, & præposito de insula: Secundò quoque Brixiensi Episcopo, & ipsis abbati & præposito: & infra verùm cùm Episcopus ipse priorum iudicum præsentiam adire per contumaciam contempsisset, auctoritate nostra fuit per ipsos iudices ab

officio beneficiòque ſuſpenſus: & infra. Tandem verò coram iudicibus canonica citatione vocatus, præſentiam ſuam difficulter exhibuit: ſed friuolam tunc excuſationem malitia concepta prætendens, experiri cum canonicis in iure neglexi. Qua de cauſa, nos de conſilio fratrum noſtrorum ſuſpendentes Epiſcopum ipſum, vel potiùs ſuſpenſionē à iudicibus factam autoritatē Apoſtolica cōfirmantes. Tertio ſuper his Cumano Epiſcopo & abbati Sancti A. cauſam ad ſuperandam malitiam ipſius Epiſcopi commiſimus audiendam: qui partibus citatis cùm nec per ſe, nec per reſponſalem idoneum comparuerit, in eundem propter inobedientiam excommunicationis ſententiam protulerunt: Teſtes ex parte veſtra (quem admodum in mandatis à nobis acceperant) admittentes, ſcilicet abbates, priores, præpoſitos, & alios religioſos viros: per quos quemlibet articulum criminum prædictorum conſtat fuiſſe probatum: & infra. Nos igitur videntes ordinem iudiciarium, in hoc facto fuiſſe ſeruatum; conſiderato præterea, quòd poſt ſententias in ſe datas celebrare præſumpſerit: cùm multi prælati eccleſiarum, contra eundem Epiſcopum ſcripſerint, nec vnus pro eo defendendo vel aliquatenus excuſando: in nomine Domini cum Apoſtolo omnem inobedientiam vlciſci volentes, licet abſentes corpore, præſentes tamen ſpiritu, iuxta verbum eiuſdem Apoſtoli tulimus ſententiam perpetuæ depoſitionis in ipſum: & eum tàm à pōtificali, quàm ab omni officio ſacerdotali priuantes, ſine ſpe reſtitutionis aliqua duximus condemnandum. Ea nihilominus in irritum reuocantes, quæcumque poſt inhibitionem ſedis Apoſtolicæ ſeu factam ſuſpenſionem

EX DECRETALIBVS

TITVL. DE VERBOR.

SIGNIFICATION.

INNOCENTIVS TERTIVS

EPISCOPO PARISIEN.

CLERICVS TRADITVR CVRIÆ SÆCVlari; quia degradatur ſæculari poteſtate præſente, cui denuntiatur vt in ſuum forum illum recipiat. Hoc dicit vſque ad §. pro illo.

CAPVT XXVII.

NOVIMVS expedire, vt verbum illud, quod in antiquis canonibus, & in noſtro decreto contra falſarios edito continetur, videlicet, vt clericus per eccleſiaſticum iudicem degradatus, ſæculari tradatur curiæ puniendus: apertiùs exponamus. Cùm enim quidam anteceſſorum noſtrorum, ſuper hoc conſulti

diuersa responderint, & quorumdam sit opinio à pluribus approbata, vt clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue, non solùm damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio clericali, sæculari foro per consequentiam applicetur: cùm ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebranda sæculari potestate presente, ac pronuntiandum eidem cùm fuerit celebrata, vt in suum forum recipiat degradatum: & sic intelligitur tradi curiæ sæculari: pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur. *Falsarius perpetuo carceri mancipatur, vt in dolore pœnitentiam agat.* Pro illoverò falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerē ad agendā pœnitentiam ipsum includas, pane doloris, & aqua angustiæ sustentandum, vt commissa defleat, & flenda vlteriùs non committat.

EXTRAVAGANTES

ALIQVOT DIVERSORVM ROMANORVM PONTIFICVM Inquiſitionis officio congruentes.

DE HAERETICIS

BENEDICTVS XI. INQVISITORIBVS HÆRETICÆ PRAVITATIS.

DECLARAT PER DECRETALEM, hoc eodem tit. lib. 6. bona Hæreticorum per Diœceſanos vſurpari vetans

CAPVT I.

EX eo quòd quædam nouella conſtitutio ſuper negotio Hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa VIII. Prædeceſſore noſtro edita continet: quòd in ipſo negotio, per Diœcelanos Epiſcopos, & Inquiſitores ſuper eodem facto inquiri valeat

communiter vel diuisim: & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus: Nos consulere voluistis, quando & quotiens sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem de fratrum nostrorũ consilio, intelligendo diœcesanos & Inquisitores tũc demũ diuisim procedere: cũ ij & illi separatim, non quando Episcopi tantum, vel Inquisitores tantùm procedunt: Consultationi vestræ breuiter respondemus, quòd quando vtrique procedunt sejunctim, sibi debẽt in fine tantùm, dum nil restat agendum, nisi quòd solùm sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset videri per legem ciuilem, quòd sicut quando aliquis ex actitatis coram alio, debet ferre sententiam, vt puta, quando administrator delegat causam sibi sententiâ reseruatâ: saltem in principio, id est contestatione, rursus in medio, & semel in fine, quæ sunt examinata audire debet: ita & in casu præsenti vbi ex actis coram alio habitis, alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recensеat: quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admisit. Vnum sanè casum excipimus, si alter commodè non possit procedere, nisi alterius actis visis. Ex hac enim causa semel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. Verùm quia nonnulli diœcesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis Inquisitionis officio deputatæ propter expensas: quas dum inquirunt in sæpe dicto negotio faciunt, a vobis exigere moliuntur: hoc tanquam iuri abionum (cùm ordinarij sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus. Rationem autem

ijdem Diœceſani prouẽtuum obuenientium ex Inquiſitionis officio à vobis, non obſtante aliqua conſtitutione, conſuetudine vel mandato contrarijs non expoſcant: ſed eam cameræ noſtræ, vel alij, cui nos vel ſucceſſores noſtri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis, quæ generaliter obſeruari iubemus.
Dat. Lateranen. VI. nonas Mart. Pontificatus noſtri anno primo.

EXTRAVAGANS
DOMINI IOANNIS XXII.

TRES ERRORES MAGISTRI IOANNIS de Poliaco Doctoris Pariſienſis circa materiam confeſſionis ſacramentalis, & poteſtatem abſoluendi hîc damnantur. Eoſdem etiam errores damnauit Caliſtus III. Romæ per extrauagan. incipien. Inter cætera, quæ habetur inter Priuilegia Fratrum Ord. Prad. fol. 122.

CAPVT II.

VAS electionis doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuerſum, præſumptuoſam illorum audaciam refrænare ſollicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes in errores proprios prolabuntur, non plus ſapere, quam opor-

tet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrina ſuggeſſit: Et iuxta Sapientis eloquium: Quiſque ſuæ prudentiæ modum ponat. Sanè dudùm, cùm dilectum filium magiſtrum Ioannem de Poliaco ſacræ Theologiæ doctorem certis ex cauſis de fratrum noſtrorum cõſilio ad noſtram præſentiam vocauiſſemus: fide digna relatio ad noſtrum perduxit auditum, quòd ipſe in quibuſdã articulis tangẽtibus pœnitentiæ Sacramẽtũ non ſobriè, ſed perperàm ſapiebat infraſcriptos articulos periculoſos continentes errores, docens publicè in ſuis prædicationibus, & in ſcholis. Primò ſi quidem aſtruens, quod confeſsi fratribus habẽtibus licentiã generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundò quòd ſtante, omnis vtriuſque ſexus, edicto in concilio generali, Romanus Pontifex non poteſt facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quem dicit eſſe parrochialem curatum. Immò nec Deus poſſet hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertiò, quòd Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeſsionem: immò nec Deus, quin confeſſus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe (vt præmittitur) proprium curatum. Nos igitur ſcire volentes, ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, articulorum præmiſſorum copiam eidem magiſtro Ioanni fecimus aſsignari, & ad ſui defenſionem plenariam audientiam ſibi præbuimus tàm in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia in conſiſtorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad huiuſmo-

di officium deputatis. Verùm licet præfatus magiſter dictos articulos & contenta in ipſis defendere niteretur: aſſerebat tamen ſe paratum credere & tenere in præmiſsis & alijs, quæ tenēda & credēda eſſe ſedes Apoſtolica diffiniret. Nos igitur attendentes, quòd prædictorum articulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarū perniciem animarū: ipſos per Prælatos Magiſtros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipſi etiam cùm dictis fratribus noſtris collationem ſolertem & examinationē habuimus ſuper his. Per quas quidem collationem & examinationem ſuper his habitas, comperimus præmiſſos articulos doctrinam non ſanam, ſed periculoſam multùm & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & ſingulos, idem Magiſter Ioannes, veris ſibi rationibus opinioni dudum ſuæ habitæ contrarijs demonſtratis, in conſiſtorio reuocauit: aſſerens ſe credere eos non veros, ſed ipſorum contrarium verum eſſe, & dicens ſe neſcire rationibus ſibi factis, in contrarium reſpondere. Ideóque ne per aſſertionem, prædicationem, & doctrinam huiuſmodi in errorem (quod abſit) animæ ſimplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum, tanquam falſos & erroneos, & à doctrina ſacra deuios, auctoritate Apoſtolicâ condemnamus, & reprobamus, de fratrum noſtrorum conſilio prædictorum, doctrinam contrariam veram, & contrarium eſſe Catholicum aſſerentes: ſcilicet, quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm ſi ea aliàs confeſsi fuiſſent eorum proprio Sacerdoti iuxta concilium generale. Optantéſque veritatis vias notas

esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, Fe. Re. Alexand. IV. & Clemens. IV. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigijs innitendo, vniuersis & singulis districtiùs inhibemus, ne quisquam præmissos articulos, per eos (vt præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipsorum, vt pote à Catholicis mentibus respuenda, tenere audeat seu defensare, quomodolibet vel docere. Quo circa vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis: & singulis vestrûm, in ciuitatibus & Diœcesibus vestris conuocato clero & populo communiter omnia præmissa & singula per vos seu per alios solemniter publicetis: nos etiam eidem Magistro Ioanni mandamus, quòd in scholis & sermone Parisius, prædictos articulos & contenta in eis tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, assueratione constanti publicè debeat reuocare, quod se facturum dictus Magister Ioannes efficaciter repromisit. Dat. Auinione viij Kal. Augusti. Pontificatus nostri anno quinto.

IDEM.

INQVISITORES HÆRETICÆ pranitatis censuras Ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales & nuntios Sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali: sed de eorum excessibus, informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

CAPVT III.

CVM Mathæus de Pontinian. Ordinis Prædicatorum, Inquiſitor hæreticæ prauitatis in Regno Siciliæ auctoritate Apoſtolica deputatus, friuolâ occaſione quæſitâ, ac noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis reuerentiâ & honore poſtpoſitis in dilectum filium magiſtrum Guillermum de Baleto Archidiaconum Foroliuien. Capellanum noſtrum, campaniæ maritinæque Rectorem, excommunicationis ſententiam, inconſultis motibus non ſine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cætero talium præſumptoribus obuiare; vniuerſis & ſingulis, tàm ordinariis, quàm delegatis iudicibus ac Inquiſitoribus prauitatis eiuſdem, & alijs vniuerſis & ſingulis, quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apoſtolica diſtrictiùs inhibemus, & mandamus expreſsè, ne contra noſtros & Apoſtolicæ Sedis Officiales, vel nuntios, aut ipſorum aliquem, quauis occaſione vel cauſa, abſque noſtra & Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, eis per Sedis ipſius literas concedenda, plenam faciente de tenore præſentium mentionẽ, procedere quoquomodo præſumant, aut in eos vel ipſorum aliquem excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſeu quaſuis alias ſententias promulgare. Nos enim, exnunc decernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mandatum huiuſmodi contigerit attentari. Volumus tamen quòd dioœceſani & Inquiſitores prædicti ſuper ijs, quæ negotium tangunt fidei, alij verò ſuper ijs, quæ rem tangunt vel publicam vel priuatam, ſiue ordinarij ſiue delegati, quacunque

auctoritate fuerint, prout posset ad eorum officium pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos indebitè forsan attentatum extiterit, se plenius informare: idque nobis significare studeant, vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auinione xij. Kalend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

EXCERPTA EX CONCILIO TARRACONENSI PRO OFFICIO INQVISITIONIS HÆRETICÆ prauitatis.

CVM nos Petrus miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconensis Inquisitionem incæptam per bonæ memoriæ B. Barchinon. Espiscopum contra hæreticam prauitatem in ciuitate Barchinionen. Vellemus effectui mancipare, inter Iurisperitos, qui nobiscum aderant, dubitationes hinc inde variæ emerserunt. Quare, vt circa factum hæresis, & inquisitionis de cætero fiendæ in prouincia Tarraconẽsi clariùs procedatur, collationibus inde factis cũ venerabili fratre Raymondo de Pegña forte Pœnitentiario Domini Papæ, & alijs prudentibus, in processu sententiarum hæreticorum, fautorum, suspectorum, relapsorum

& pœnitentijs eorum ſecundùm diſcretionem nobis à Domino datam, ita duximus proceden dum. In primis quæritur: qui dicantur hæretici, qui ſuſpecti, qui credentes, qui fautores, qui receptatores, qui defenſores, & qui relapſi: cùm iſta genera hominum in canone explicentur. Et videtur quòd hæretici ſunt, qui in ſuo errore perdurant: ſicut ſunt Inzabbatati, qui dicunt in aliquo caſu non eſſe iurandum: & poteſtatibus eccleſiaſticis vel ſæcularibus non eſſe obediendum: Et pœnam corporalem non eſſe infligendam in aliquo caſu, & ſimilia. Credentes verò dictis hæreſibus ſimiliter hæretici ſunt dicendi. Suſpectus de hæreſi poteſt dici, qui audit prædicationem, vel lectionem inzabbatatorum: vel qui flexit genua orando cum eis: vel qui dedit oſculum eis: vel qui credit ipſos inzabbatatos eſſe bonos homines: vel ſimilia, quæ poſſunt probabiliter ſuſpicionem inducere. Et poteſt dici ſuſpectus ſimpliciter eſſe, qui ſemel orauit, vel alterum fecit de prædictis cum eis. Si verò pluries audiuiſſet prædicationem, vel lectionem, vel oraſſet, vel aliquid aliud de prædictis feciſſet cum eis, poſſet dici vehementer ſuſpectus. Si autem prædicta omnia feciſſet, maximè ſi pluries, poſſet vehementiſsimè dici ſuſpectus. Iſta ideo dicimus, vt diſcretus iudex purgationem poſsit grauare, vel moderare, provt magis viſum fuerit expedire. Celatores credimus eos, qui viderunt inzabbatatos in platea, vel in domo, vel in alio loco, & cognouerunt eos inzabbatatos, & non reuelauerunt eos, cum haberent aptitudinē reuelandi eos Eccleſiæ vel Iuſtitiæ, vel alijs, qui poſſent eos capere. Occultatores dicimus, qui fecerunt pactum de non reuelando Hære-

ticos, vel inzabbatatos: vel alias procurauerunt, quòd non reuelarentur. Receptatores ſunt, qui ſcienter bis, vel vltra receperunt Hæreticos, vel Inzabbatatos in domo ſua, vel in alio loco ſuo. Receptaculum credimus eſſe domum, vel hoſpitium, vbi Hæretici, vel Inzabbatati bis, vel pluries conuenerunt ad prædicationem, vel lectionem: vel etiam vbi Hæretici, vel Inzabbatati pluries hoſpitantur. Defenſores dicimus, qui ſcienter defendunt Hæreticos, vel Inzabbatatos, verbo, vel facto, vel quocunque ingenio in terris ſuis, vel alibi, quominus Eccleſia poſsit exercere ſuum officium ad extirpandam Hæreticam prauitatem. Fautores credimus omnes ſupradictos poſſe dici ſecundum magis & minus: & etiam qui aliàs quocunque modo eis dederint conſilium, auxilium, vel fauorem. Et omnes Fautores credimus poſſe dici ſuſpectos, ita quòd debent ſe purgare, & abiurare hæreſim, & omnem Fautoriam; & debent ſanctæ Matri Eccleſiæ reconciliari. Relapſos dicimus illos, qui poſt abiuratam hæreſim, vel renunciatam, reuertuntur in priſtinam credentiam hæreſis. Eodem modo dicimus relapſos in fautoriam illos, qui poſt abiuratam hæreſim, vel fautoriam benefaciunt Hæreticis, vel celant eos. Et omnes prædictos dicimus excommunicatos maiori anathemate: exceptis ſuſpectis ſine fautoria, ſi fortè inueniantur. Dubitatio oritur apud quoſdam: vtrum relapſi in credentiam, & Hæretici dogmatizantes, ſi poſt quàm fuerint deprehenſi, voluerint pœnitere, relinqui debeant iudicio ſæculari? & videtur nobis quòd non, ſed in quocunque caſu tales ad intruſionem ſunt condemnandi. Item ſi multitudo Hæreticorum, ſeu credẽtium fuerit multa,

& parati ſunt hæreſim abiurare, diſcretus iudex ſecundũ magis & minus iuxta prouiſionem Apoſtolicæ Sedis, pœnas canonicas poterit infligere talibus, & ſic pœnam intruſionis vitare: vel etiam ſi multitudo non eſt tanta, circa Credentes diſcretus iudex conſideratis circunſtantijs poterit moderari provt viderit expedire. Prouiſo tamen, quòd perfecti Hæretici, vel dogmatizantes eorum errores, vel Credentes relapſi in credentiam poſt abjuratam hæreſim, vel renunciatam, in perpetuo carcere intrudantur: hæreſi primitùs abiuratâ, & abſolutione habitâ excommunicationis, vt ibi ſaluent animas ſuas: & alios de cætero non corrumpant. Item quæritur: vtrùm ille, qui dedit oſculum Inzabbatato, vel Hæretico, & credebat, vel ſciebat eum Inzabbatatum: vel orauit cum eo, & celauit eum; vel audiuit prædicationem ſuam, vel lectionem ab eo, & credidit talem eſſe bonum hominem, ſit iudicandus credens eius erroribus; Et dicimus quòd non: ſed talis condemnetur tanquam Fautor, vel occultator, & Benefactor, & vehementer ſuſpectus, quòd credit eius erroribus; niſi adeo eſſet literatus, vel diſcretus, quòd non poſſet ignorantiam prætendere: quod arbitrio diſcreti iudicis duximus relinquendum. Item quæritur: quis ante Inquiſitionem incœptam fuiſſet confeſſus Sacerdoti ſuo de hæreſi, vel fautoria, & vocatur modo ab Inquiſitoribus; in caſu iſto credatur confeſſori ſuo: & ſi inuentus fuerit bene confeſſus per confeſsionem Sacerdotis, licet Sacerdos malè fecerit, quia ipſum non remiſit ad Epiſcopum: ille talis confitens per talem confeſsionem euitet pœnam temporalem: niſi inueniatur in falſa pœnitentia: vel relapſus poſt pœnitentiam: vel publicè dif-

famatus. Si autem allegat manifeſtam pœnitentiam, vel reconciliationem : probet per duos teſtes. Si quos verò, conſtat ante inchoatam Inquiſitionem de his fuiſſe confeſſos, debent publicè abiurare hæreſim, & aliam ſolemnitatem facere: niſi ita ſit ſecretum factum, quòd non habeat contra ſe famam, vel teſtes : & tamen in vtróque caſu ſunt ab omni poena temporali immunes. Si verò aliqui vocati ab Inquiſitoribus, deierant tempore ſuæ depoſitionis : & poſtea ad inſtantiam Inquiſitorum, vel metu probationum diſcooperiunt veritatem, ſed dicunt quòd hæc tacuerunt propter verecundiam vel timorem: tales credimus periuros, quia qui ſcienter falſum dicit, vel verum tacet, periurus eſt: & ideo pænitentia canonica eſt ei grauior imponenda. Hæretici perſeuerantes in errore, relinquantur curiæ ſæcularis iudicio. Perfecti verò Hæretici ſi conuerti voluerint, & dogmatizantes, abſolutione præhabitâ, & abiuratione factâ, perpetuo carceri intruduntur. Credentes autem Hæreticorum erroribus ſolemnem faciant pænitentiam, hoc ſcilicet modo: quòd in Feſto omnium Sanctorum proximè venturo, & in prima Dominica Aduentus, in die Natalis Domini, Circunciſionis, Epiphaniæ, ſanctæ Mariæ Februarij, Sanctæ Mariæ Martij, & per omnes dies Dominicos Quadrageſimæ, ſint in proceſsionibus ad Sedem, & ibi diſcalciati in braccis & camiſia : præterquam in die ſanctæ Mariæ Februarij, & in Ramis Palmarum : vt reconcilientur in Eccleſia Parochiali, in proceſsionibus publicè diſciplinati per Epiſcopum, vel ſacerdotem Eccleſiæ. Item in quarta Feria in capite ieiunij veniant ſimul ad Sedem, & ſint eodem modo &

ſecundùm formam iuris diſcalciati in braccis, & camiſia, & expellantur ab Eccleſia, vt ſint extra Eccleſiam per totam quadrageſimam: ſed tamen ad fores Eccleſiæ, & quòd ibi audiant officium. Et in die cœnæ Domini ſint diſcalciati in braccis, & camiſia ante fores Eccleſiæ, & tunc ſecundùm canonica inſtituta publicè reconcilientur Eccleſiæ. Et hanc pœnitentiam de quarta feria, & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de die cœnæ, faciant quandiu vixerint quolibet anno. Sed in diebus Dominicis Quadrageſimæ, factâ recõciliatione exeant Eccleſiam, & ſtent ad fores vſque in diem cœnæ; & portent duas cruces perpetuò ante pectus, quæ non ſint eiuſdem coloris cum veſtibus: & portent ita, vt videri poſsint ſolemniter pœnitentes: ita tamen quòd non abſtineant ab ingreſſu Eccleſiæ in Quadrageſima vltra decem annos. Pœnitentia illorum, qui ſunt relapſi in fautoriam, ſimiliter erit ſolemnis: vt de credentibus proximè dictum eſt, in diebus omnibus ſupradictis; hoc excepto, quòd cruces portare, & pœnitentiam de Mercurio cinerum, & ſancto die Iouis faciant ſolummodò per decennium. Pœnitentia illorum, qui non ſunt relapſi in fautoriam, ſed ſunt fautores, & vehementiſsimè ſuſpecti, erit eodem modo ſolemnis in teſto omnium Sanctorum, Natalis Domini Epiphaniæ, ſanctæ Mariæ Februarij, per omnes dies Dominicos Quadrageſimæ. Et aliam pœnitentiam de Feria quarta Quadrageſimæ, & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de reconciliatione in die cœnæ, vt ſupra dictum eſt, faciant per ſeptemnium. Pœnitentia illorum, qui ſunt

fautores, & vehementer ſuſpecti, erit ſolemnis eodem modo in feſto omnium Sanctorum, Natalis Domini, Sanctæ Mariæ Februarij, Ramis Palmarum: & aliam pœnitentiam de quarta Feria Quadrageſimæ, & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam: & de reconciliatione in die cœnæ, vt ſupradictum eſt, faciant per quinquennium. Pœnitentia illorum, qui ſunt fautores, & ſuſpecti, erit ſolemnis eodem modo in feſto omnium Sanctorum, ſanctæ Mariæ Februarij, Ramis Palmarum: & aliam pœnitentiam ae quarta Feria Quadrageſimæ: & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam: & de reconciliatione in die cœnæ, faciant per triennium. Intelligitur tamen, quòd mulieres veſtitæ veniant, & diſciplinentur. Hanc autem pœnitentiam faciant omnes prædicti in feſtiuitatibns & diebus præordinatis in ciuitate iſta, vel loco noſtro, & non alibi, vſque ad feſtum Paſchæ: illi ſcilicet, qui non ſunt ciues. Forenſes autem faciant eam in parochijs ſuis, & non alibi: præterquam in Feria quarta in capite Quadrageſimæ, & in die cœnæ Domini: in quibus veniãt omnes ad ſedem, vel ad locum Eccleſiæ ſuæ: in ſequentibus verò temporibus Quadrageſimalibus, decennalem pœnitentiam, ſeptennalem, quinquennalem, & triennalem: quam debent facere in quarta Feria in introitu Quadrageſimæ, & in die cœnæ Domini, ſecundùm diuerſitatem culparum, vt iam diffinitum eſt: faciant omnes tàm ciues, quàm forenſes in ſede ciuitatis ſuæ, & non alibi: niſi ex iuſta & rationabili cauſa, & de ſpeciali licentia Epiſcopi, vel Vicarij ſui. Et tunc in locis, ad quæ de licentia

vel locum

Episcopi iuerint, faciant coram Episcopo illius loci, vel locum eius tenente eandem pœnitentiam: portantes literas Episcopi, vel Vicarij sui continentes pœnitentiam, quam facere debent. Et reportet etiam ille, qui pœnitentiam fecerit, literas Episcopi illius loci ad N. talis diœcesis, de peracta pœnitentia testimonium continentes. Quòd si forte casu fortuito, sine fraude tamen & dolo, in illis duobus diebus non possent ad cathedralem Ecclesiam peruenire: cum redierint in duabus alijs solemnitatibus assignatis eis iuxta arbitrium Episcopi, publicè disciplinentur apud Sedem N. secundùm formam illorum duorum dierum. Si hæreticus pœniteat, & secreto absoluatur, Ecclesiæ inre solemnitatibus reseruatis, cùm iam non sit hæreticus, formabitur sic sententia: Pateat omnibus, quòd per ea, quæ in Inquisitione inuenta, probata, & acta sunt, liquidò nobis constat, quòd talis fuit deprehensus in hæresim, & postmodum reuersus ad Ecclesiæ vnitatem, agentes misericorditer cum eodem, ipsum ad perpetuum carcerem condemnamus secundùm canonica instituta. Si autem nondum sit absolutus sic formabitur: Pateat omnibus, & cætera. Quòd talis est deprehensus in hæresim, & vult reuerti ad Ecclesiæ vnitatem, agentes misericorditer cum eodem, &c. Si verò non vult pœnitere, sed in errore perdurat, præsente iudice sæculari, sententia sic formetur: Pateat omnibus, quòd per ea quæ in Inquisitione inuenta, probata, & acta sunt, liquidò nobis constat, quòd talis est deprehensus in hæresim per Ecclesiam condemnatam, & ipsum tanquam hæreticum condemnamus. Contra fautores sententia

ſic formatur: Pateat omnibus, quòd per ea, quæ inuenta, probata, & acta ſunt in Inquiſitione, liquidò nobis conſtat, quòd talis eſt deprehenſus in fautoriam: & denuntiamus ipſum excommunicatum, & ſuſpectum de hæreſi: & ſi per annum contemſerit ſatisfacere, ſubjaceat pœnis concilij generalis: & ſi defecerit in purgatione, & in excommunicatione per annum ſteterit, vt hæreticus condemnetur. Suſpectus de hæreſi purgabit ſe publicè in hunc modum: Ego talis iuro per Deum omnipotentem, & perhæc ſancta Dei Euangelia, quæ in manibus meis teneo, coram vobis Domino tali Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, & coram alijs vobis aſsiſtentibus, quòd non ſum, vel fui inzabbatatus, Waldenſis, vel Pauper de Lugduno, nec hæreticus in aliqua ſecta hæreſis per Eccleſiam damnata; nec credo, nec credidi eorum erroribus, nec credam aliquo tempore vitæ meæ: immò profiteor, & proteſtor, me credere, & ſemper inpoſterum crediturum fidem catholicam: quam ſancta Romana Eccleſia & Apoſtolica publicè tenet, docet, & prædicat; & vos Domine Archiepiſcope, vel Epiſcope, & cæteri Prælati Eccleſiæ vniuerſalis tenent, prædicant publicè, atque docent. Compurgatores iurabunt per hunc modum. Ego talis iuro per Deum, & per hæc ſancta quatuor Dei Euangelia, quæ manibus meis teneo, me firmiter credere, quòd talis non fuit Inzabbatatus, Valdenſis, nec pauper de Lugduno, nec hæreticus, nec credens eorum erroribus: & credo firmiter eum in hoc verum iuraſſe.

In hoc Concilio celebrato antequam Sextus, Clementinæ & extrauagantes receptæ in iure prodirent; multa

multa ſunt iam antiquata & abolita, multa penitùs extincta; Plurima tamen vtiliſsima ſanciuntur circa nonnullas dubitationes, pœnitentias hæreticis iniungendas, & ſententias pronuntiandas: cui concilio interfuit Compilator decretalium, Summi Pontificis Capellanus & Pœnitentiarius, electus in Archiepiſcopum Tarraconenſem Magiſter poſteà Generalis ordinis Prædicatorum Religioſiſsimus ſanctus Raymundus de Pegña forte, Religioſorum exemplar & ſpeculum, indefeſſus illius ſpeculi ſpeculator quod eſt ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius, Sapientiæ. Huius ſancti veſtigijs inhærentes Reuerendi Patres & Confratres dilectiſsimi in ſanctæ Inquiſitionis officio cooperatores, ſtatè aſsidui ac indefeſsi ſpeculatores: ecce vobis exhibetur ſancti ſpeculum officij, impolitum quidem nec diaphanopacum. Non ſpeculum ſed res in ſpeculo quæritur; coarctatas rerum amplitudines modica refert ſpeculi facies, quæ vobis tantùm deriuatam ab alijs doctoribus lucem reflectet; ſed oſtendet lucis originem, licet opus maculatum ſeu non benè terſum maculas deteget. Et quia radius reſilit perpendiculariter è ſpeculo in lucem primam, reuerberato cupio hæc omnia radio ad gloriam Dei reſilire qui eſt ſuperbenedictus in ſæcula. Et ille det vt ad ſe redeam vobis relinquens memorabile illud Tobiæ ſenioris Teſtamentum: Audite filij mei Patrem veſtrum: ſeruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita ſunt illi: & filijs veſtris mandate vt faciant iuſtitias. Tob. 14. & nolite timere: nam ſcient errantes ſpiritu intellectum, & muſsitatores diſcent legem.

Isaiæ 49. Estote autem factores verbi Iac. 1. & non auditores tantùm: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Fiat, fiat.

QVIS MIHI TRIBVAT AVDItorem, vt desiderium meum audiat omnipotens: & librum scribat ipse qui iudicat.

Iob. 31.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX IN VNIVERSVM SPECVLVM INQVISITIONIS BISVNTINÆ.

Biurandæ hæreſeos forma gallica. pag. 773
Circa Abiuraturos quomodo ſe gerere debeat Inquiſitor. pag. 773
Abiuraturus quomodo ſe debeat gerere. pag. 773
Abſoluere poteſt Inquiſitor ſine Epiſcopo p. 661
Abſolutio quando & quomodo facienda. pag. 660
Abſolutio ab inſtantia iudicij, vel à toto. pag. 660
Abſoluitur ab inſtantia iudicij, contra quem non eſt facta ſufficiens probatio. pag. 661
Abſolutus à toto iterum poteſt iudicari & condemnari. p. 661
Apoſtoli ſunt petendi ab appellante & quomodo. p. 221 & ſeq.
Apoſtoli debent dari aperti. pag. 223.
Appellatio non permittitur in crimine læſæ majeſtatis. p. 209
Appellare reo licet ab interloquutorijs ſententijs Inquiſ. p. 212
Appellationis priuilegium à ſententia diffinitiua Inquiſitoris interdictum eſt hæreticis & eorũ fautoribus. p. 208. 209. 528.
Appellatio rei ab Inquiſitore debet fieri ad Papam. pag. 213.
Appellatione factâ à iudice ſuſpecto iudex non debet dimittere, quin procedat. pag. 214
Appellatio vt ſit valida ante ſententiam diffinitiuam, decem requiruntur & afferuntur. pag 215
Appellatio, ne fiat cauſa differendi negotium eſt cauendum. pag. 217. 218
Appellationi friuolæ iudex non debet deferre. pag. 218

Appellatio fit friuola quinque modis. pag. 219
Appellatio quando, & quomodo à iudice acceptanda. p 219 & ſeq. in Appellatione, iudex à quo appellatur poteſt procedere, & quando. pag. 216
Appellatio dupliciter eſt fruſtratoria. pag. 224
Appellans cogitur recedere ab appellatione legìtima, quando iudex reuocat grauamen. pag. 215
Appellanti terminus poteſt conſtitui, & quando. pag. 216
Appellantem iudex non poteſt arctare ad redeundum. pag. 217
Appellanti fruſtratoriè, dandi ſunt Apoſtoli refutatorij. p. 225
Appellatio debet continere cauſam probabilem. pag. 225
Appellatio non eſt neceſſe vt legatur à iudice, benè tamen eius copia tradetur. pag. 225

B

BEneficia poteſt Inquiſitor apprehendere vacantia, vſque ad reditus ducentorum ſcutorum. pag. 330
Beneficij ſancto Officio vniti, onera ſunt ſupportanda. pag. 337. & 361
Bibliopolæ vendentes libros prohibitos, qua pœna puniantur. pag. 577
Bibliopolæ tenentur conſignare libros Prohibitos Inquiſitori, ſub pœna excommunicationis. pag. 578. & 584
Bibliopolæ libros hæreticos vendentes excommunicantur, & qua pœna plectantur. pag. 612. & ſeq.
Bibliopolæ tenentur dare Catalogum ſuorum librorum Inquiſitori, alioqui puniuntur exilio. pag. 613
Bibliothecas Impreſſorum, Librariorum, quorumuis priuatorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum viſitare poteſt Inquiſitor, cum auxilio, ſi opus ſit ſæculari. pag. 615. & ſeq.
Biſuntinæ Inquiſitionis antiquitas. pag. 128. 129. & ſeq.
Biſuntina Inquiſitio inſtituta ab Innocentio quarto. pag. 129
Biſuntina Inquiſitio contra Vualdenſes. pag. 129. & 139
Biſuntina Inquiſitio quanti fuerit curæ Pontificibus Romanis. pag. 142
Biſuntina Inquiſitio valet per totam Dœceſim, & totum comitatum Burgundiæ. pag. 29. & 368
Blaſphemiæ quænam pertineant ad Iuriſdictionem Inquiſitoris. pag. 429

Blaſphemi pertinaces habendi ſunt vt hæretici, & tradendi curiæ ſæculari. pag. 430
Blaſphemi qui teneantur abiurare. pag 430
Blaſphemi lege veteri morte plectuntur, & iure ciuili. pag. 431
Blaſphemus laicus pœna pecuniaria per canones plectitur. pag. 431
Blaſphemiæ atroces, qua pœna plectantur. pag. 431
Blaſphemantibus pub'ica pœnitentia imponitur. pag 432
Bona temporalia Inquiſitionis ab omni grauamine exempta ſunt. pag. 326
Bona Inquiſitionis ſunt conſeruanda etiàm cum inuocatione brachij ſæcularis. pag. 335. & 360
Bonorum Inquiſitoris ſupremus Dominus eſt Papa, & Inquiſitoris officiarij ſunt vſufructuarij pag. 363
Bona quælibet Inquiſitoris ſunt in protectione Papæ. pag. 467
Bona Inquiſitionis, mortuo Inquiſitore adminiſtrat procurator. pag. 364
Bonorum Inquiſitionis curatores, ſunt Cardinales. pag. 364
Brachium ſæculare dare tenentur Magiſtratus in capturam & cuſtodiàm hæreticorum. pag. 735
Brachium ſæculare poteſt inuocare Inquiſitor de Iure. pag. 734
Brachio ſæculari cùm quis traditur, pro eo rogare debet Inquiſitor. pag. 704
Brachio ſæculari qualiter reus ſit tradendus. pag. 703
Brachio ſæculari poteſt quis tradi die feſto. pag. 685
Brachium ſæculare aduocare poteſt Inquiſitor. pag. 147. 171. 137. 144
Brachio ſæculari relinquuntur hæretici damnati per Eccleſiam. pag. 210
Bullas Pontificum licet incorrectas ſequi poteſt & interpretari Inquiſitor. pag. 732
Bullarum Apoſtolicarum tranſumpta cuius valoris. pag. 580. 585. 590. 595. 600. 607
Bullæ, vide Extrauagantes.
Bulla Cœnæ, vide Excommunicatio.
Bulla cœnæ Domini relata. pag. 95
Bulla cœnæ Domini abrogat omnia in contrarium. pag 106
Bullam cœnæ Domini tenentur Ordinarij ſingulis omnis publicare. pag 107
Bullæ variæ Pontificium Romanorum ad Inquiſitorem Biſuntium. pag. 128. vſque ad 367

Bulla cruciata. pag. 457
Bullam contra iniuriantes Inquiſitorem debent publicare & obſeruare Ordinarij. pag. 469

C

CÆlum homini non imperat, ſed inſeruit. pag. 536
Capturã hæreticorũ negligẽs videtur eſſe fautor. p. 560
Carceri duro non poteſt tradere Inquiſitor ſine Epiſcopo. pag 260
Carceres proprios & commuues poteſt habere Inquiſitor. p. 643
Carcerum cuſtodes quales & quot eſſe debeant. pag 643
Carceris communis duæ debent eſſe claues. pag. 643
Carceres Inquiſitorum ſunt ad cuſtodiam, non ad pœnã. p. 644
Carcerum Inquiſitoris quanta ſit aſperitas. pag. 645
Carceres communes ſunt ad pœnam. pag. 544
Cardinalis ſancti Nicolai, primus Inquiſitorũ protector. p. 35
Cardinales Inquiſitores generales ſunt duodecim. pag. 41
Cardinales ad indicem deputati. pag. 593
iudicant de dubijs circa indicem ortis. pag. 594
poſſunt prohibere libros. pag. 594
libri quos prohibẽt, vtique debẽt haberi pro prohibitis p. 594
Caroli V. Romanorũ Imperatoris zelus aduerſus lutherũ. p. 59
Caroli Molinæi ſcripta, quàm pernicioſa. pag. 597
quomodo ab Eccleſia prohibita. pag. 598
etiàm expurgata non licet legere, niſi ſub pœna excommunicationis, & ſuſpicione de hæreſi. pag. 598
Caroli Molinæi ſcripta retinere non poſſunt etiàm Cardinales Inquiſitores. pag. 599
vno igne ſiunt repurganda. pag. 599
Licentia legendi eadem nulli omnino fit homini, niſi ſubſcripta ſit manu Pontificis. pag. 599
Quæ ſcripta poſsint permitti. pag. 599
Intra menſem Inquiſitori conſignanda. pag. 600
Comburenda ab Inquiſitore ſine mora. pag. 600
Caroli Molinæi operum prohibitionem tenentur publicare Ordinarij. pag. 601
Caſus reſeruatos in Bulla cœnæ ſolus Pontifex abſoluit, niſi extra mortis articulum. pag. 104
Catechiſmo aſſiſtentes lucrantur indulgentias. pag. 163

Catechiſtæ fuerunt Paulus, Origenes, Cyrillus, Auguſtinus, Gregorius, Nicenus, Ioannes Gerçon, Caſſianus, Ludouicus, Granatenſis, Caniſius, Coſterus. pag. 162
Cauſæ difficiles Inquiſitionis ad Cardinales remittendæ. pag. 205. & 262.
Chriſtus paſſus ab vndeçimo Kalendas Aprilis. pag. 435
Citatus ab Epiſcopo tenetur comparere coram Inquiſitore, ſi cum coram ipſo citet. pag. 127
Circüſtantiæ manifeſtantes delatorẽ ſunt ſupprimendæ. p. 179 aliquæ tamen ſunt manifeſtandæ. Ibid.
Claudius electus acceptat dari Beneficium Inquiſitori. pag. 340
Clerici arioli damnantur carcere perpetuo. pag. 500
Clericus hæreticus omni officio & beneficio careat. pag. 211
Clerici ducentes vxorem, de hæreſi ſuſpecti, & ab Inquiſitore puniuntur. pag. 420
Clericus hæreticus contumax, eſt degradandus, & relinquendus brachio ſæculari. pag. 585
Clericus non relapſus, hæreticus tamen & pœnitens non degradetur. pag. 702
Clerum & populum conuocare poteſt Inquiſitor. pag. 243
Clericos impedientes S. Officiũ punire poteſt Inquiſitor. p. 454
Commiſſarius Romanæ Inquiſitionis eſt ſemper ex ordine prędicatorum. pag. 42
Communitas quælibet tenetur Inquiſitori prouidere de ſecuro conductu. pag. 273
Cõmunitas vel ciuitas non poteſt impedire ſacrũ Officiũ. p. 148
Communitates tenentur adeſſe & conſulere Inquiſitori & ducatum præſtare. pag. 304
Committere poteſt alteri Inquiſitor citationes, teſtium examinationes, denunciationes ſententiarum. pag. 142
Compeſcere per cenſuram Eccleſiaſticam quid ſignificet. pa. 237
Concilia Prouincialia contra hæreticos edita, vim legis obtinent. pag. 8
Concilia, Toloſanum, Biterrenſe & Narbonenſe contra hæreticos celebrata, vbi nunc ſint reperta. pag. 8
Concilium lateranenſe quando celebratum. pag. 610
Concilium tridentinum contra hæreſes ſufficit. pag. 583
Concilij Tridentini vtilitas. pag. 587
Concionatores debent exhibere exemplo, quod prædicant verbo. pag. 129. 130. & ſeq.
Concionatorum inſtructio mirabilis ex ſancto Vincentio. p. 133

Concionatorum vita qualis esse debeat. pag. 130. & seq.
Concionator non quærat verborum flosculos. pag. 132
Concionatores quomodo erunt proficui.
Coucioni Inquisitorum assistentes lucrantur indulgentias quadraginta dierum. pag. 146
Condemnationum executio intra quod tempus fieri debeat. pag. 296
Conductum securum Inquisitoribus prouidere tenentur sub pœna excommuncationis, Ecclesiasticæ quæuis & sæculares potestates, Capitula, Conuentus, exempti aut non exempti. pag. 268. & seq.
Confessarij debent habere transumptum Bullæ cœnæ Domini. pag. 107
Confessarius quomodo se gerat in confessione vtiliter. pag. 133
Cõfessarius quomodo sit suspectus vehemẽter de hæresi. p. 427
Confiscata sunt ipsò iure bona hæreticorum. pag. 341
Confiscationes in sancto officio Inquisitionis. pag. 39
Confiscationes in vtilitatem Inquisitionis. pag. 342
Confraternitates instituũt Inquisitores contra hæreticos. p. 373
Consuetudo cuiuslibet Inquisitionis, quatenus obseruanda. pag. 10
Consuetudo tribuere potest Inquisitoribus, vt contra blasphemos procedant. pag. 11
Consuetudo, Priuilegium & etiam Iurisdictionem tribuit. p. 11
Consuetudo præponderat sacris Canonibus. pag 11
Consuetudo rationabilis, quæ dicatur. pag. 11
Consuetudo contraria non abrogat potestatẽ Inquisitoris. p. 141
Consuetudo mala est rescindenda. pag. 141
Consuetudinem veritas semper excludit. pag. 142
Constitutiones Papales contra hæreticos. pag. 282
Consultores Romanæ Inquisitionis generalis qui. pag. 42
Consultorum suffragia non sunt decisiua sed consultiua. p. 185
Contradictores sancti Officij, Inquisitor potest compescere per censuras Ecclesiasticas. pag. 145. 154. 156 171. 245
Conuentus Bisunt. Prædicatorum dictus centum Fratrum. p. 137
Conuentum Bisunt. Prædicatorum fundauit Capitulum sancti Ioannis. pag. 137
Conuentus Prædicatorum Bisunt. est quartus inter Quinquaginta nouem franciæ. pag. 138
Conuentus Bisunt. Prædicatorum tulit suffraganeos, Generales Ordinis duos. pag. 139

Conuocare Clerum populum poteſt Inquiſitor. pag. 169
Credentes erroribus hæreticorum, Excommunicationis ſententiæ ſubjacent. pag. 210
De credentibus hæreticorum qui ſcripſerint. pag. 546
Credentes hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi. pag. 547
Credentes hæreticorum qui. pag. 547
Credentes hæreticorum ſunt duplices. pag. 547. & ſeq.
Credentes hæreticorum quidam ſunt hæretici. pag. 547
Credentes hæreticorum ſunt excommunicati, infames & inteſtabiles. pag. 548
Credentes hæreticorum non poſſunt iudicare, patrocinari, inſtrumenta facere. pag. 548
Credentes hæreticorum priuantur Eccleſiaſtica ſepultura. p. 548
Credentes hæreticorum excommunicantur Bulla cœnæ. p. 549
Credentes hæreticorum formales ſunt triplices. pag. 549
Credentes hæreticorum quomodo deprehendendi. pag. 549. 551
Credentes hæreticorum non formales, qui ſunt. pag. 550
Credentes hæreticorum, hæretici iudicantur. pag. 210
Credentes non formales ſunt ſuſpecti, non verò hæretici, & ideò purgandi canonicè. pag. 550
Crimina probantur indicijs. pag. 641
Cruceſignatorum confraternitas cæteris antiquior & nobilior. pag. 187
Cruceſignati inſtituti ab Innocentio tertio, ad ſubſidium terræ ſanctæ. pag. 187
Cruceſignati familiares Diui Petri, inſtituti ab Honorio tertio. pag 187
Cruceſignati inſtituti ſuaſione ſancti Dominici pro conſeruando patrimonio Eccleſiaſtico. pag. 188
Cruceſignatis inſtitutiones datæ & quæ à ſancto Dominico. pag. 188
Cruceſignatorum ſuperiores, magiſtri generales Prædicatorum. pag. 189
Cruceſignatorum vota, veſtes, & horæ canonicæ. pag. 189
Cruceſignati rigorosè examinabuntur ante ſuſceptionem. p. 189
Cruceſignati recepti ſub protectione Papæ. pag. 189
Cruceſignatorum expeditiones in italia contra hæreticos. pag. 189
Cruceſignati poſſunt abſolui ab Inquiſitore aut Vicario ſemel in vita & in morte ab omnibus etiam caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini. pag. 190

Cruceſignati poſſunt abſolui ab omnibus cenſuris etiam papalibus per Inquiſitorem & ab irregularitatibus, eorúmque vota poſſunt commutari exceptis terræ ſanctæ & perpetuis. p. 191
Cruceſignati, tempore interdicti, poſſunt intereſſe diuinis, & Eccleſiaſticæ mandari ſepulturæ. pag. 191
Cruceſignati fiunt participes omnium indulgentiarum, quæ ſunt in ſtationibus Romanis. pag. 191
Cruceſignati crucem ſuſceptam non poſſunt deponere ſine licentia Papæ. pag. 192
Crucem debent prædicare Inquiſitores. pag. 193
Cruceſignatos conſignat Inquiſitor, conceſsâ illis ſolitâ indulgentiâ. pag. 193
Cruceſignati communicant indulgentijs eorum, qui tranſeunt in ſubſidium terræ ſanctæ. pag 193
Cruceſignatorum priuilegia confirmat Clemens VII. & Pius V. pag. 195 & ſeq.
Cruceſignati, ad quæ parati eſſe debeant, dum ab Inquiſitore crucem ſunt recepturi. pag. 199
Cruces cruceſignatorum benedicendi modus. pag. 200. 201
Cruceſignati votum emittunt coram Inquiſitore, & quomodo. pag. 201. 202
Cruceſignatos abſoluendi modus. pag. 203. 204
Crucis verbum debet prædicare Inquiſitor contra hæreticos. pag. 455
Cruceſignatorum pro terra ſancta, priuilegia latè explicata. pag. 457. & ſeq.
Cruceſignati ſunt in protectione Sedis Apoſtolicæ. pag. 461
Cruceſignati cogi non poſſunt ad ſoluendas iuratas vſuras. pag. 461
Cuſtodes Carcerum quomodo ſuum exerceant Officiū. p. 687

D

DÆmonem conſulens & eius reſponſa ſuſcipiens eſt hæreticus. pag. 415
Damnatorum de hæreſi, filij ad nullum Officium vel beneficium admittantur. pag 295
Damnatorum de hæreſi nomina in quatuor libris ſcribantur. pag. 294. 295
Debitorum, quæ Inquiſitores contraxerint, cauſæ coram Car-

dinalibus agitandæ. pag. 44
Decani publicare tenentur bullas pro penſione Inquiſitoris. pag. 334. 359
Decani & dignitates tenentur publicare bullas indemnitatis mendicantium. pag. 348
Decanis mandatur vt procurent ſolui penſionem Inquiſitori. pag. 334
Decimas non eſſe ſoluendas qui tenet, hæreticus eſt. pag. 416
Defenſores hæreticorum banniuntur. pag. 310
Defenſor hæreticorum quis pag. 562
Defenſor hærericorum punitur vt hæreticus. pag. 562
Defenſores hæreticorum per annum excommunicati, iure ſunt infames. pag. 563
Defenſores hæreticorum ſunt excommunicati. pag. 210
Degradatio qualiter fieri debeat. pag. 699
Degradatio in crimine hæreſis poteſt fieri ſine ſolemnitate iuris. pag. 701
Degradationi intereſſe debent Abbates, vel dignitates Eccleſiaſticæ. pag. 701
Degradandus eſt is, qui perpetuò immuratur. pag. 702
Degradari debet relapſus ſicut abſens contumax. pag. 703
Delatorum nomina in ſancto officio non ſunt publicanda. pag. 172 177 & ſeq.
Delatores vide teſtes & nomina.
Delegatus poteſt compellere omnes clericos ad exequendum quæ præcipit. pag. 238
Delegatus poteſt ſubdelegare. pag. 369
Delegatus iuriſdictionem habet in omnes impedientes ſanctum Officium. pag 463
Delegatus repræſentat perſonam Papæ. pag. 465
Depoſitiones teſtium quomodo conſcribendæ. pag 221
Diabolus quatenus prænoſcat futura. pag. 534 & ſeq.
Diaboli præſtigiæ magicæ pag. 509
Diei Dominicæ prærogatiuæ. pag. 435
Dies Dominicus primus muudi. pag. 435
Die Dominica mamna pluit. pag. 435
Die Dominica lux apparuit. pag. 435
Die Dominica ieiunium eſt prohibitum. pag. 436
Diuinationis initium, & quot eius genera. pag. 494
Diuinationis duo genera ars & furor. pag. 494
Diuinatores ab Eccleſia ſunt extranei. pag. 491

Diuinatores, qua pœna plectendi. pag. 510. & seq.
Diuinatorum vanitas. pag. 534
Diuinatio à Dæmone. pag. 534.
Doctores sunt ab omni onere immunes. pag. 342
Sanctus Dominicus Patriarcha Ordinis Prædicatorum. In prologo institutor sancti Rosarij. Ibid.
Auctor Magisterii sacri Palatij, & primus Magister. Ibid.
Sanctus Dominicus Auctor sancti Officij Inquisitionis, & primus Inquisitor. Ibid. 45
Sanctus Dominicus Prælatus Crucesignatorum. pag. 189
Domus hæreticorum destruendæ. pag. 311
Dubia contra hæreticos interpretatur Inquisitor. p. 402. & seq.
Dubietas in fide quænam, faciat hæresim. pag. 416
Dubius in fide, infidelis est. pag. 416

E

ECclesiæ perturbatorum punitio. pag. 93
Edicta dubia interpretari potest Inquisitor. p. 402. & seq.
Edicta contra hæreticos solus Inquisitor potest publicare. pag. 405
Eleemosynarum collectores quales esse debeant, ne æstimentur quæstuarij. pag. 157
Episcopus & Inquisitor procedunt diuisim, & separatim contra hæreticos. pag. 258
Episcopus sine Inquisitore quid possit, & quid non sine eo. p. 259
Episcopus procedens in crimine hæresis, tenetur seruare modum procedendi Inquisitionis. pag. 266
Episcopus legere non potest libros prohibitos. pag. 581
Episcopo procedente contra exemptos, vel non exemptos, ad quem ab ipso Episcopo sit appellandum. pag. 213
Episcopus solus multa olim poterat facere contra hæreticos, quæ nunc non potest. pag. 6
Episcopus vel Vicarius, seu Inquisitor damnatos de hæresi recipiant puniendos. pag. 291
Episcopus excommunicatur, si non abroget statuta contra Inquisitorem. pag. 407
Episcopus potest cognoscere de sacrilegijs. pag. 512
Episcopus non potest procedere contra Inquisitorem, nec è contra. pag. 631

Epiſcopus & Inquiſitor debent condemnare coniunctim. p.671
Epiſcopi & Inquiſitoris comparatio. pag. 124. & ſeq.
Epiſcopus & Inquiſitor procedunt in ſimul ad condemnandum hæreticos. pag. 241
Epiſcopus debet inſurgere contra hæreticos. pag 250
Epiſcopus non poteſt creare Inquiſitorem. pag. 250
Epiſcopi delegatio non derogat Inquiſitori. pag. 251
Epiſcopatus onus Angelis formidabile. pag. 252. 254
Epiſcopatum reformidarunt Anguſtinus, Hieronimus, D. Thomas. S. Antoninus. pag. 252. & ſeq.
Epiſcopus debet adiuuare Inquiſitorem. pag. 257
Epiſtola Principis regale ius facit, & omnes ligat. pag. 20
Error contra fidem ſeptuplex. pag. 412
Euchariſtiam non ſumens ſingulis annis, eſt hæreticus. pag. 414
In examine quam prudens eſſe debeat Inquiſitor. pag. 642. & ſequentibus.
Excommunicare poteſt Inquiſitor. pag. 237
Excommunicatos poteſt denunciare Inquiſitor per Parochias. pag. 238
Excommunicationem, quam incurrunt ſe immiſcentes cauſæ Inquiſitionis, ſolus Papa abſoluit. pag. 397
Excommunicantur Epiſcopus & Inquiſitor, ſi permittant laicos de hæreſi cognoſcere. pag. 398
Excommunicatum mortuum damnari, eſt de fide. pag. 414
Excommunicationem non eſſe timendam, qui dicit, eſt hæreticus. pag. 416
Excommunicatus per annum pertinax, eſt ſuſpectus de hæreſi. pag. 422
Excommunicatus pertinax per annum in cauſa hæreſis eſt inteſtabilis. pag. 311
Excommunicatum Inquiſitorem abſoluere poteſt eius ſocius, & contra. pag. 648
Excommunicatus per annum in cauſa hæreſis, cenſetur hæreticus. pag. 706
Excommunicati per annum etiam audiendi. pag. 706
Excommunicati in cauſa hæreſis ab Inquiſitore, ſupponuntur Banno. pag. 706
Excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini hæretici, eorum fautores, credentes, receptatores, defenſores, eorum libros legentes, retinentes, Imprimentes, defendentes. pag. 96

Vniuerſitates appellantes à Romano Pontifice, ad Concilium vniuerſale. pag. 96
Pyratæ, Curſarij, Latronculi maritimi. Ibid.
Bona naufragantium diripientes. pag. 97
Pedagia iniuſta imponentes. pag. 97
Falſarij literarum Apoſtolicarum. pag. 97
Infidelibus contra Chriſtianos auxiliantes. pag. 97
Romipetas infeſtantes. pag. 98
Prælatos Eccleſiaſticos inſequentes. pag. 99
Infeſtantes eos qui ad ſedem Apoſtolicam recurrunt. p. 99
Qui friuolè ab Apoſtolico iudice ad laicum appellant. pag. 99. & 100.
Qui auocant cauſas ſpirituales à iudice Eccleſiaſtico. p. 101
Qui perſonas Eccleſiaſticas præter ius ad ſuum tribunal trahunt. pag. 101
Impedientes Iuriſdictionem Eccleſiaſticam. pag. 102
Qui vſurpant Iuriſdictionem, fructus, reditus, & prouentus Eccleſiaſticos. pag. 102
Vectigalia Eccleſiaſticis perſonis & bonis imponentes ſine licentia Pontificis. pag. 103
Sæculares, qui banniunt, capiunt, aut ſententiant Eccleſiaſticos. pag. 103
Occupantes terras Pontificias. pag. 104
Excommunicari & interdici poſſunt omnes etiam exempti, ab Inquiſitore. pag. 171
Excommunicatus pro hæreſi, ſi non curauetit abſolui, ipſo iure eſt infamis, nec poteſt teſtari. pag. 210
Excommunicato participans excommunicatur. pag. 227
Excommunicatus ab Inquiſitore non poteſt abſolui ab Epiſcopo. pag. 246
Excommunicatos ab Inquiſitore ſolus Inquiſitor, aut Papa poteſt abſoluere extra mortis articulum. pag. 246
Excommunicationes, quas fert Inquiſitor contra ſæculares non auxiliantes, ratas habet Papa. pag. 276
Excommunicare Magiſtratus ſæculares propter tria poteſt Inquiſitor. pag. 278 & ſeq.
Excommunicantur per Inquiſitorem Magiſtratus non ſeruantes ſtatuta contra hæreticos. pag. 281
Excommunicatur quicunque moleſtat Inquiſitorem in bonis. pag. 333
Excommunicatum à Papa poteſt abſoluere Inquiſitor. p. 402

Excommunicãtur omnes, qui ſe immiſcent cauſis Inquiſitionis ſine requiſitione Inquiſitoris. pag. 394. & ſeq.
In exemptos procedere poteſt Inquiſitor. pag. 372
Exempti nullum poſſunt librum edere ſine licentia Epiſcopi & Inquiſitoris. pag. 617
Exemptorum Priuilegia. pag. 621
Exempti ſubſunt iuriſdictioni Inquiſitoris. pag. 622. 626
Exempti ſuperiores, non poſſunt punire ſubditos in cauſa hæreſis. pag. 624
Extrauagantes vide. Bullæ.
Extrauagantes cur ſic appellatæ. pag. 2
Extrauagantiũ authoritatem, qui authores explicarint. p. 2 & 25
Extrauagantes omnes contra hæreticos editæ ſemper durant. pag. 3. & 21
Extrauagãtes quando obuiant iuribus, titulis de hæreticis. p. 6
Extrauagantes editæ contra hæreticos, quando inualidæ. pag. 7
Extrauagantes cùm certæ ſunt, iuri communi præponderant. pag. 12
Extrauagans, cùm dubitatur an ſit autentica, quid agendum. pag. 13
Extrauagans quando præponderet iuri communi. pag. 13
Extrauagantium authoritas quot modis poſſit probari, pag. 15.
Extrauagantis authoritas ex plumbo pendente. pag. 16
Extrauagantes pro Officio ſanctæ Inquiſitionis, ſunt authenticæ, & quare. pag. 16
Extrauagans in archiuo publico reperta, authentica eſt, & fidem facit Ibid.
Extrauagantes repertæ in Bibliotheca vaticana, & archiua Inquiſitionis Romanæ, fidem faciunt. pag. 17
Extrauagantes à Notario ſubſcriptæ, & ſigillatæ ab aliqua perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta fidem faciunt. Ibid.
Extrauagantes an ſint leges generales, & vbique debeant obſeruari. pag. 18. & ſeq.
Extrauagantes in fauorem fidei, licet ad vnam perſonam aut locum dirigantur, ab omnibus ſeruari debent. pag. 20
Extrauagantes contra hæreticos editæ, cur fratribus alicuius ordinis fuerint quandoque directæ. pag 19
Extrauagantes contra hæreticos, cur ad certa loca ſæpè deſtinentur. pag. 20. & 22
Extrauagantes editæ contra ſtryges ſiue lamias directæ ad particulares Inquiſitores, valent vbique. pag. 20

Extrauagantes,an mortuo eorum authore expirent. pag.21
Extrauagantes pro officio Inquiſitionis, explicant iuris titulos de hæreticis. pag. 22
Extrauagantes Pontificum ſunt certiſſimi iuris interpretes.Ibid.
Extrauagantes pro officio Inquiſitionis impreſſæ ſunt iuſſu Cardinalium Inquiſitorum. pag. 25
Eymerici & Zanchini doctrina certiſſima, quia nititur extrauagantibus. pag. 23

F

FAllaciæ hæreticorum in examinatione, decem. pag.642
Familiares Diui Petri cogi non poſſunt ad ſoluendas iuratas vſuras. pag. 461
Fatum nullum. pag. 537
Fautores hæreticorum qui, & quotuplices. pag. 555. & ſeq.
Faũtores hæreticorum banniuntur. pag. 310
Fautores hæreticorum, Inquiſitoris Iuriſdictioni ſubduntur. pag. 424
Fides eſt omnino ad ſalutem neceſſaria. pag. 591
Fidem quiſque defendere tenetur. pag. 185
Fidem promouere omnes tenentur. pag. 599
Forma abſoluẽdi ſæculares magiſtratus excõmunicatos. p. 717
Forma abſoluendi. pag. 669
Forma abiurandi hæreſim. pag. 773. & ſequentibus.
Forma abſoluendi abiurantem hæreſim. pag. 775. & ſeq.
Forma accuſandi. pag 690
Forma citandi conuictum de hæreſi fugitiuum. pag. 682
Forma condemnandi falſos teſtes in crimine hæreſis. pag.677. & ſequentibus.
Forma condemnãdi hæreticũ pertinacem non relapſum p.672
Forma decernendi torturam. pag. 647
Forma excommunicandi magiſtratus ſæculares contumaces ſuper iuramento non præſtando. pag. 715
Forma inſtituendi vicarium generalem. pag. 388
Forma inſtituendi Vicarium ſpecialem. pag. 389
Forma inſtituendi procuratorem fiſcalem. pag. 690
Forma interdicendi terras Inquiſitori rebelles. pag. 722
Forma iuramenti magiſtratuum ſæcularium. pag. 711
Forma petendi iuramentum à magiſtratu ſæculari. 710

Forma priuandi officijs publicis. pag. 727
Forma profeſſionis fidei omnibus Cathedralibus, Superioribus, Eccleſijs præficis, & animarum curam gerentibus facienda, forma aſſignata à ſancta Sede Apoſtolica. pag. 769. & ſequentibus.
Forma profitendi fidem, à Paulo IV. tradita. pag. 777. & ſeq.
Forma relaxandi interdictum. pag 725
Forma ſententiandi lamias. pag. 487. ad 491
Forma ſententiandi hæreticum pertinacem mortuum. pag. 676
Forma tradendi relapſum impœnitentem brachio ſæculari. pag. 759. & ſequentibus.
Forma tradendi relapſum verè aut fictè, pœnitentem tamen, brachio ſæculari. pag. 756. & ſequentibus.
Forma ſententiandi hæreticum perſiſtentem in negatiua. p. 680
Forma vocandi magiſtratus ſæculares ad obedientiam p. 707
Futura ſolus Deus cognoſcit. pag. 539
Futura dæmon non ſcit. p. 534
Futura homo non poteſt cognoſcere. pag. 533
Futura quatenus licet præcognoſcere. pag. 534

G

Genethliaci, qui geneſes hominum conſiderant. pag. 495
Genethliacorum vanitates. pag. 535
Gerardus in Cõuentu Prædicatorũ Biſunt. lector. p. 139
S. Gregorius damnauit igne libros hæreticorum. pag. 569
Gubernatores impedientes, ne Inquiſitor procedat contra prædicatores ſcandaloſos, excommunicantur, & ſuis bonis priuantur. pag. 161

H

Hæreſiarcha qui dicendus. pag. 416. 562
Hæreſis quid ſit. pag. 409
Hæreſis formalitatem quatuor conſtituunt pag 411. 412
Hæreſis detrimenta. pap. 410
Hæreſis crimen atrociſſimum, & pluſquàm læſæ majeſtatis. pag. 307. 410
Hæreſis eſt crimen merè Eccleſiaſticum. pag. 410. 524

de Hæreſi cognoſcere nullis licet quouis prætextu, niſi Epiſcopis & Inquiſitoribus. pag. 396
Hæreſis plenaria cognitio ſpectat ad Inquiſitorem. pag. 648
De hæreſi qui ſcripſerint. pag. 418
Hæreſis cognitio pertinet ad ſummum Pontificem. pag. 68
Hæreſis competentes iudices Epiſcopus & Inquiſitor. pag. 258
Hæreticales articuli. pag. 412. & ſeq.
Hæretici, quomodo ſunt capiendi. pag. 737. & ſeq.
Hæretici capiendi ex conſilio peritorum. pag 737
Hæretici manifeſti quinam ſint dicendi. pag. 737
Hæretici vbique puniri poſſunt & capi. pag. 739
Hæretici redeuntes ſunt admittendi ad pœnitentiam. p. 49. 241
Hæretici à Romanis Pontificibus damnati. pag. 52. & ſeq.
Hæretici diſſidiorum parentes. pag. 61
Hæretici ter in anno Romæ anathematizantur. pag. 109
Hæretici quanta pariant detrimenta. pag. 109. 111
Hæretici ſerpunt ſicut cancer, callidi ſicut vulpe culæ. p. 143. & 152
Hæretici pœnitentes ſunt immurandi. pag. 210
Hæretici in Eccleſiaſtico loco ſepulti, ſunt extumulandi. p. 211.
Hæretici ſunt ab omnibus denunciandi Inquiſitori *ſub* pœna excommunicationis. pag. 212
Hæretici ſunt infames. pag. 309
Hæretici exterminandi. pag. 310
Hæretici in Burgundia. pag. 129. 144. 153. 166. 132
Hæretici banno ſupponuntur. pag. 284
Hæretici expenſis communitatis capti deducuntur. pag. 285
Hæretici ſeorſum ab alijs in tuto carcere cuſtodiātur. p. 290. 291
Hæretici capti, iudicibus Eccleſiaſticis præſententur. pag. 291
Hæretici redeuntes aliàs immurandi. pag. 302
Hæretici, fidei ſacramenta & vitæ damnantes, per Inquiſitores, & quoſcúmque ad id aptos cuſtodiantur, donec ſententia mortis detur per Eccleſiaſticam cenſuram. pag. 302
Hæretici fugientes vbique plectendi. pag. 303
Hæretici priuari debent omnibus officijs & honoribus. pag. 404
Hæretici in iudicum tracti fidem mentientes, morte damnantur. pag. 303
Hæretici damnati in iure. pag. 416. & ſeq.
Hæretici quàm pernicioſi. pag. 305. & ſeq.
Hæretici priuantur patrocinio. pag. 558
Hæretici morte puniuntur. pag. 308
Hæretici igne plectuntur. pag. 308

Hæretici, quomodo decipiant conuerſatione. pag. 573
Hæreticis non licet appellare. pag. 208. & ſeq. 211
Hæreticis ſacramenta non ſunt exhibenda. pag. 211
Hæreticis in iudicio conſtitutis fidem mentientibus non permittitur appellatio. pag. 303
Hæretico nec Baptiſmus, nec eleemoſyna, nec martyrium prodeſt. pag. 410
Hæreticorum quanta virulentia. pag. 47. 48
Hæreticorum templa ingredi, conciones audire, ritibus communicare, non licet Catholicis. pag. 112
Hæreticorum eleemoſynæ reijciendæ. pag. 211
Hæreticorum filiorum nulla eſt emancipatio. pag. 212
Hæreticorum domus deſtruantur. pag. 289. 292
Hæreticorum bona in ipſorum domibus contenta, capientium fiunt. pag. 290
Hæreticorum bona qualiter diuidantur. pag. 297
Hæreticorum bona confiſcata venduntur, & per quos. pag. 297
Hæreticorum filij exhæredantur vſque ad ſecundam generationem, & omnibus officijs priuantur. pag. 304. 310
Hæreticorum bona confiſcantur. pag. 307. 309
Hæreticorum receptores, fautores, &c. & filij ipſorum vſque ad ſecundam generationem ad Eccleſiaſticum beneficium ſeu officium ſunt inepti. pag. 212
Hæreticos, qui ſe transferunt extra Iuriſdictionem Inquiſitoris, vbique punire poteſt Inquiſitor. pag. 740
Hæreticos denunciatos vitare omnes tenentur ſub pœna excommunicationis. pag 211
Hæreticos incarceratos nullus poteſt liberare niſi de mandato Inquiſitoris. pag. 451
Hæreticos denunciare omnes tenentur. pag. 557
Hæreticos vnúſquiſque capere poteſt ad cuſtodiam. pag. 305
Hæreticos exterminare tenentur Principes. pag. 616
Hæreticos ſepelientes excommunicantur. pag. 211
Hæreticos ab Eccleſia denotatos punire debet Magiſtratus. pag. 310
Hæreticum manifeſtum quiuis poteſt capere, & ſi reſiſtit, occidere. pag. 737
Hæreticum eſt negare peecatum mortale eſſe mortale, quod eſt mortale. pag. 413
Hæreticus capi poteſt etiàm in Eccleſia. pag. 742
Hæreticus inſignis qualiter capiendus. pag. 745

Hæreticus qui dicendus. pag. 411
Hæreticus debet eſſe pertinax. pag 412
Hæreticus per hæreticum poteſt conuinci. pag. 311
Hæreticus non poteſt appellare. pag. 528
Hæreticus non relapſus debet recipi ad pœnitentiam. pag. 685
Hæreticus contumax tradendus brachio ſæculari. pag 685
Haruſpices qui. pag. 494
Haruſpices qua pœna plectendi. pag. 510
Hydromantici qui. pag. 505

I

IMperatores leges contra hæreticos latas obſeruari præceperunt. pag. 4
Imperator tantùm, eſt defenſor fidei. pag. 56. & ſeq.
Imperator eſt verus fidei propugnator, primarius filius ſanctæ matris Eccleſiæ & aduocatus. pag. 61
Imperator nullatenus de cauſis fidei & hæreſi cognoſcit ex ipſo Imperatoris Caroli V. reſcripto. pag. 68
Imperator Apoſtolicas conſtitutiones obſeruat. pag. 67
Impedientes ſanctum Officium condemnantur vt hæretici. pag. 524
Impedientes directè & indirectè qui ſint. pag. 475
Impedientes quilibet ſanctum officium per Reges, & crucеſignatos compeſcantur. pag. 148
Impedientes quilibet etiamſi ſit communitas, ciuitas, vel perſona cuiuſuis conditionis tãquã defenſores & fautores hæreticorũ, ſine appellatione ſubſunt proceſſui Inquiſitionis. p. 193
Impedientes indirectè quinam ſint. pag. 475
Contra impeditores quinam ſcripſerint. pag. 476
In impedientes procedit Inquiſitor veluti in fautores. pag 244
Impedientes Inquiſitionis officiũ, ſunt ſuſpecti de hæreſi. p. 450
Impediẽtes Inquiſit. officiũ ſubsũt iuriſdictioni Inquiſitoris. 450
Impedientes ſunt duplicis ſpeciei, directè vel indirectè. p. 450
Impedientes, S. Officium excommunicantur excommunicatione Papali. pag. 451. & ſequentibus.
Impedientes quilibet, bonis ſuis priuantur. pag. 452
Impedientes, S. Officium habentur tanquam fautores hæreticorum. pag. 453. 170
Impedientium S. Officium quæ ſint pœnæ. pag. 466. & ſeq.

Impreſſores de præcepto Imperiali non poſſunt quicquam Imprimere, niſi habito priùs conſentu ordinarij loci, & authoritate facultatis Theologicæ. pag. 91
Impreſſoriæ artis laus. pag. 608
Imprimentes libros prohibitos, quâ pœna puniantur. pag. 577
Imprimere libros quomodo licet Romæ pag. 609
Imprimere libros non licet ſine ſubſcriptione Inquiſitoris, & examine Epiſcopi. pag. 609
Imprimens libros ſine licentia Inquiſitoris, quâ pœna plectatur. 609. excommunicatur. Ibid.
Impreſſoris nomen in quolibet libro Imprimendum ſub pœna exilij. pag. 613
Impreſſores, libros quos habent prohibitos tenentur conſignare, & ſub quibus pœnis. pag. 584
Incantatores vnde dicti. pag. 494
Incarcerandus quando eſt reus. pag. 643
Incarcerari nullus debet niſi indicijs præcedentibus. pag. 641
Incarcerati qualiter tractandi. pag. 645
Incarcerare poteſt Inquiſitor. pag. 167
Index librorum prohibitorum approbatus à Papa. pag. 592. & ſequentibus.
Index librorum prohibitorum auctus à ſixto quinto. pag. 593
Index librorum prohibitorum cuſtodiatur cum ſuis regulis. pag. 588. 594
Indicia quænam in probationibus habenda ſint. pag. 641
Indulgentias concedit Inquiſitor ex priuilegio. pag. 146. 243
Indulgentias viginti, aut quadraginta dierum concedit Inquiſitor in ſuis concionibus. pag. 149. 170
Indulgentiarum ſocietati cruceſignatorum à varijs Pontificibus conceſſarum confirmatio & propugnatio. pag. 195. 196. 197. 198
Indulgentiæ pro officio Inquiſitionis. pag. 151. 154. 145. 170. 243
Indulgentiæ Cruceſignatorum, vide Cruceſignati.
Indulgentiam plenariam habet Inquiſitor in morte, & in quolibet actu officij. pag. 150
Ineptia eorum qui credunt hæreticis, & ipſos fouent. pag. 211
Informationes in ſancto Officio poſſunt fieri, tacitis delatorum nominibus. pag. 168
Iniuriantes Iuquiſitorem, eius Iuriſdictioni ſubſunt. pag. 444
Iniuriam ſibi illatam legatus poteſt vlciſci. pag. 444

Iniuriam factam Inquisitioni, non potest Inqnisitor remittere. pag. 445
Iniuria illata Inquisitori censetur illata Inquisitioni. pag. 445
Iniuriantes Inquisitorem pœna arbitraria puniuntur. pag. 445
Iniurias sibi illatas quando licet vlcisci. pag. 446
Iniuriantium Inquisitorem causa quando ad Papam remittenda. pag. 446
Iniurias Inquisitori illatas seueriſſimè vlciſcitur Papa. pag. 446 & sequentibus.
Iniuriæ illatæ Inquisitori, excommunicatione & interdicto vindicantur. pag. 448
Iniurians vel in persona, vel in rebus, Inquisitionis officiarios anathematizatur, & est reus læsæ majestatis, priuatur omni dignitate, & iudici sæculari relinquitur. pag. 467. & seq.
Iniuriantium Inquisitorem bona confiscantur. pag. 468
Iniurians Clericus vel Episcopus Inquisitorem, qualiter tractandus. pag. 468
Iniurians Inquisitorem punitur vt fautor hæreticorum. pag. 469
Inquirere de hæreticis licet officialibus laicis quomodo. p. 307
Inquisitio instituitur in Aragonia à Gregorio 9. pag. 47
Inquisitio non derogat Officio Episcopi. pag. 250. & seq.
Inquisitionis negotium adiuuantes, quas indulgentias habeāt. pag. 145
Inquisitionis Officiarijs qui libri legendi. pag. 118
Inquisitionis assistentes, ministri, consultores quas habeant indulgentias. pag. 149
Inquisitionis res & Officiarij sunt sub custodia Regis, & immunes ab omnibus grauaminibus. pag. 316
Inquisitionis stylus est cum summa prudentia & maturo consilio. pag. 527
Inquisitionem non iuuantes pro posse suo, quomodo tractandi. pag. 453
Inquisitionis generalis Romanæ tres congregationes hebdomadariæ. pag. 42. & seq.
Inquisitor omnis instituitur à Papa, vel ab eius delegato. p. 120
Inquisitor quas conditiones habere debeat. pag. 117
Inquisitor qualis esse debeat. pag. 166
Inquisitor attentè se gerere debet circa pœnitentes. p. 145. & 154
Inquisitor interdicere potest. pag. 237
Inquisitor potest procedere contrà omnes suspectos. pag. 323
Inquisitor est iudex delegatus. pag. 246

Inquisitor mortuo Papa, potest nouos processus inchoare. pag. 248
Inquisitor datus est Episcopo, in auxilium. pag. 250
Inquisitor sine Episcopo quid possit, & quid non sine eo. pag. 259. & sequentibus.
Inquisitor est sub salua gardia Regis. pag. 315
Inquisitor legere potest libros prohibitos. pag. 577. 583
Inquisitor est Officialis Papæ. pag. 631. 120
Inquisitor in arduis monere debet Papam. pag. 731
Inquisitor Papæ vices gerit, & personam ipsius repræsentat. pag. 117
Inquisitor non est subditus superioribus Ordinis. pag. 122
Inquisitor non est Officiarius Episcopi, nec ei subest, sed præeminet in aliquibus. pag. 123
Inquisitor est maior Episcopo, potestate Ordinaria procedente. pag. 125
Inquisitor sit potens opere & sermone. pag. 129
Inquisitor contradictores sine appellatione potest excommunicare. pag. 130
Inquisitor potest procedere contra eos, qui prædicant suspecta, scandalosa, erronea, cuiusuis sint conditionis & dignitis, exceptâ Episcopali. pag. 160
Inquisitor contra infamatos procedit. pag. 144. 145. 154
Inquisitor debet esse Catechista. pag. 164
Inquisitor est commissarius Apostolicus. pag. 166
Inquisitor potest procedere, non obstante processu Ordinarij. pag. 167
Inquisitor potest priuare hæreticos, fautores, &c. dignitatibus, Officijs & Beneficijs. pag. 169
Inquisitor debet procedere secundùm Canones. pag. 130. 140 & sequentibus, 147. 167
Inquisitor procedit contra hæreticos, fautores, receptatores, defensores ex Apostolica authoritate. pag. 145. 147 154 167
Inquisitor quomodo animaduertere queat cauillationes appellantium, ad impediendum & retardandum Inquisitionis processum. pag. 214. 215
Inquisitor dare potest licentiam legendi libros. pag. 590
Inquisitor secundum personam eius à quo appellatur, potest præfigere terminum conuenientem ipsi appellanti ad prosequendam appellationem. pag. 216
Inquisitor potest procedere contra iudæos peruertentes. p. 236

Inquiſitor poteſt compeſcere contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam. pag. 237
Inquiſitor poteſt compellere omnes clericos ad exequendum, quæ præcipit. pag. 238
Inquiſitor ius habet familiæ armatæ. pag. 475
Inquiſitor ſcribit in plurali. 119. & qua clauſula. pag. 120
Inquiſitor nullum ſuperiorem agnoſcit præter Cardinales Inquiſitores, & Papam. pag. 43
Inquiſitor poteſt facere ſuum Officium ſine Epiſcopo. pag. 644
Inquiſitores in ſuis Diœceſibus poſſunt noua condere ſtatuta contra hæreticos. pag. 4
Inquiſitores Generales Prouinciarum quales conſtitutiones condere poſſint. pag. 10
Inquiſitores in procedendo quid obſeruare debeant. pag. 12
Inquiſitores lectioni extrauagantium incumbere debent. p. 24
Inquiſitores Prouinciales in Dubijs Romam ire tenebantur, nūc conſulūt Generales Inquiſitores per reſcripta. p. 35. & ſeq.
Inquiſitores Prouinciales cùm ſunt Romæ, ſunt in Romana Inquiſitione conſultores. pag. 42
Inquiſitores communiter aſſumuntur ex Ordine Prædicatorum, præterquam in tuſcia. pag. 44
Inquiſitores ex ordine Prædicatorum: pluſquam quadraginta. pag 45. & ſeqentibus.
Inquiſitores Generales in Hiſpania ex ordine Prædicatorū. p. 46
Inquiſitores quantùm hæreticis formidabiles, ipſo hæreticorum teſtimonio. pag. 50
Inquiſitores in Taraconia ſemper fuerunt Prædicatores, vno excepto. pag. 50
Inquiſitores eligantur idonei. pag. 144. & 153
Inquiſitores debent prædicare fidem. pag. 144. & 153
Inquiſitores poſſunt procedere contra Iudæos & alios infideles fidem Chriſtiânam prauis dogmatibus infeſtantes. pag. 207
Inquiſitores poſſunt recipere Iudæorum & aliorum infidelium abiurationes à ſortilegijs & magicis artibus. pag. 207
Inquiſitores poſſunt imponere pœnam arbitrariam. pag. 238
Inquiſitores ſunt in protectione Imperatorum. pag. 304
Inquiſitores ſeruari debent inoffenſi. pag. 304
Inquiſitores ſunt iudices ſortilegorum, magorum, aſtrologorum, diuinatorum. pag. 540
Inquiſitores prædicantes verbum crucis, habent indulgentias tranſeuntium ad terram ſanctam. pag. 456

Inquiſitores viginti vel 40.dierũ indulgentiam largiũtur.p.147
Inquiſitoribus datur facultas procedendi ſecundùm approbatam conſuetudinem. pag. 10
Inquiſitoris cuiuſdã Biſunt. ſepulchrũ inter crucẽ & chorũ.p 127
Inquiſitorum ſtatuta contra hæreticos an valeant. pag.7
Inquiſ. generaliũ Card. congregatio inſtituta anno 1545. pag.36
Inquiſitorum difficultates agitandæ coram Cardinalibus. p. 43
Iuquiſitorum prædicationi aſſiſtentibus viginti dies, & pro Inquiſitore contra hæreticos, fautores, receptatores, &c. pugnantibus tres anni de iniuncta ſibi pœnitentia relaxãtur. p.145.154
Inquiſitorum auctoritas eſt à iure non ab homine. pag. 392
Inquiſitorũ auctoritas non eſt reuocata per recẽtiora iura. p.393
Inſtructiones priuatarum Inquiſitionum quàm vim habeãt. p.9
An obligẽt omnes orbis Inquiſ. Ibid. quales in Hiſpania. Ibid.
Interpretatur ius dubium ſimul cum Epiſcopo, vel ſine Epiſcopo Inquiſitor. pag.404.& ſequentibus.
Ioannes Comes Burgundiæ ſollicitauit Inquiſitionem Biſuntinam. pag.128. & ſequentibus.
Ioannes Comes Burgundiæ Pontifici dilectus..
Ioannis Comitis Burgũdiæ Zelus pro Inquiſitione Biſunt.p.129
B. Iordani viſio in fundatione Conuentus Biſuntini. pag. 137
Irregularitatem non incurrit Inquiſitor, aut conſultores damnantes reum ad torturam. pag. 704
Irregularem Inquiſitorem in cauſa torturæ abſoluit eius ſocius & contra. pag. 648
Iudæi quando ſubdantur Iuriſdictioni Inquiſitoris. pag. 433
Iudæi olim in Burgundia. pag. 231
Iudaiſantes punire poteſt Inquiſitor. pag. 434
Iudex ſæcularis tenetur Inquiſitori tradere proceſſus. pag. 486
Iudex iudicare debet ſecundùm allegata & probata. pag.526
Iudex Eccleſiaſticus tenetur ſequi Canones. pag. 141
Iudex delegatus eſt Major ordinario. pag. 126
Iudex volens releuare grauamen ſine ſui & ſuæ Iuriſdictionis præiudicio quid agere debeat. pag. 215
Iudex non tenetur ſcire leges incognitas & occultas. pag. 14
Iudex ſæcularis nullatenus cognoſcit in crimine hæreſis. p.657
Iudicem excommunicatum in negotio fidei poteſt inuocare Inquiſitor ſine periculo excommunicationis. pag. 226. 227
Iudicis pro hæreſi excõmunicati ſententia eſt inualida.p.211.311
Iudici fides facienda eſt de extrauaganti. pag. 14
Iudici turpe eſt, ignorare ius ad ſe pertinens. pag. 24

Iurare debent magiſtratus exterminium hæreticorum. pag. 316
Iurare Inquiſitori recuſantes magiſtratus, excommunicentur. pag. 713
Ius dubium contra hæreticos interpretari poteſt Inquiſitor. pag. 402. & ſequentibus.

L

LAici de fide diſputantes excommunicantur. pag. 212
Laicus excommunicatur, qui de hæreſi cognoſcit. pag. 396. & ſequentibus.
Laicus non poteſt diſputare de fide, alioquin ſubeſt Iuriſdictioni Inquiſitoris. pag. 633
Lamiarum proceſſus ſolus Inquiſitor poteſt inchoare, & complere. pag. 263. & ſequentibus.
Lamiæ ſiue ſtryges. vide extrauagant.
Lamiarum facinora. pag. 483
Lectio librorum prohibitorum quomodo puniatur. pag. 572
Lectio librorum hæreticorum prohibetur iure diuino. pag. 565
Lectio iuris Canonici neceſſaria Inquiſitoribus. pag. 118
Lectio librorum gentilitiorum prohibita de iure. pag. 136
Lectio librorum gentilitiorum quàm pernicioſa. pag. 134. 136
Legatus Papæ non poteſt excommunicare Inquiſitorem. p. 43
Legati ſedis Apoſtolicæ non habent Iuriſdictionem in Inquiſitores, nec poſſunt eos excommunicare ſine licentia Papæ. pag. 120. 121
Legem condens Imperator vni tantum magiſtratui, illam dirigebat. pag. 19
Leges in hæreticos editæ, ſunt obſeruandæ. pag. 243
Leges deſuetudine non abolentur præſertim latæ contra hæreticos. pag. 5
Leges ſæculares contra hæreticos obſeruandæ ſunt, & eas obſeruari iuſſerunt Romani Pontifices. pag. 4
Leges multæ contra hæreticos latæ, & ſub certis titulis diſtinctæ. pag. 1
Leges non poſſunt omnes articulos contingentes decidere. p. 7
Leges inferiorum iudicum ſeu ſtatuta non ligant ſuum territorium. pag. 20
Leges regulariter perpetuæ eſſe ſolent. pag. 21
Leges communiter omnes obligant. pag. 22

Leges federici ab omnibus obſeruandæ. pag. 169
Leges in fauorem fidei & Inquiſitorum à federico 2. Imp. Rom. latæ, & à Pontificibus Rom. confirmatæ. pag. 299.300
Leges federici iubet obſeruari Inquiſitor ſub pœna excommunicationis. pag. 406
Leges federici approbatæ iure canonico. pag. 524
Legis qualitas ex perſona ſtatuentis penſanda eſt. pag. 19
Lenones vltimo ſupplicio plectenci. pag. 443
Leo Decimns condemnauit Martinum Lutherum. pag 55
Lex de ſua eſſentia non requirit quòd ſit perpetua. pag. 21
Liberum arbitrium non neceſſitatur à ſyderibus. pag. 536
Libri hæreticorum quàm pernicioſi. pag. 574. 583. 587. 87. 608
Libri prohibiti intra quod tempus conſignandi. pag. 578
Libri ſcandaloſi, laſciui, temerarij, ſeditioſi & hæretici prohibentur. pag. 611
Libri quinam ſub excommunicatione prohibeantur, & qui ſub reatu peccati mortalis. pag. 589
De libris prohibitis quinam ſcripſerint. pag. 564
Libri quinam poſſint permittiti, & qui non. pag. 590
Libri ſacri apocryphi. pag. 567
Libri qualiter repurgandi. pag. 596
Libri hæreticorum per omnes ætates prohibiti à ſummis Pontificibus. pag. 567. & ſequentibus.
Librorum approbatio qua forma facienda. pag. 618
Librorum approbatio debet fieri in ſcriptis. pag. 617
Librorum approbatio & examen debet fieri gratis. pag. 617
Libros hæreticorum prohibet Imperator Carolus ſub pœnis ciuilibus tantùm. pag. 89. & ſequentibus.
Libros Imprimere ſine licentia ordinarij, eſt crimen læſæ majeſtatis, & proſcriptionis. pag. 91
Libros prohibitos nullatenus legere licet. pag. 572
Libros hæreticorum poſſunt legere Inquiſitores & eorum Commiſſarij ex Officio. pag. 575
Libros prohibitos retinentes, qua pœna puniantur. pag. 577
Libros prohibitos retinens, eſt excommunicatus donec eos conſignauerit. 579. eſt q. ſuſpectus de hæreſi. pag. 580. 586. &, ſequentibus.
Libros prohibitos retinens quomodo abſoluitur. pag. 580
Libros prohibitos non licet legere Epiſcopo. pag. 581
Libros prohibitos non licet comburere cuique proprio motu. pag. 582. & ſequentibus.

Libros prohibitos legere nulli omnino licet niſi Papæ, Inquiſitori, & eius Vicario. pag. 584
Libros prohibere poteſt Inquiſitor. pag. 584
Libros prohibitos legendi priuilegium quale eſſe debeat. pag. 579. 585
Libros prohibitos quàm vtile conſignare. pag. 586
Libros hæreticorum retinentes morte plectendi. pag. 602
Libros hæreticorum retinens debet purgari. pag. 602
Libros hæreticorum retinens nõ poteſt abſolui ab Ordinario, niſi ſub pœna excommunicationis. pag. 602
Libros hæreticorum retinens pœna deportationis punitur. pag. 602
Libros prohibitos in Hiſpania ſolus legere poteſt generalis Inquiſitor. pag. 604
Libros hæreticorum legens in Hiſpania, à quo poſſit abſolui. pag. 605
Libros hæreticorum detinens, legens, imprimens, venales habens eſt deferendus. pag. 605. & ſequentibus.
Libros prohibitos ementes, acceptantes, legentes, lectos audientes, non reuelantes quibus pœnis ſubjaceant. pag. 614
Lutheri articuli hæreticales. pag. 62. & ſequentibus.
Lutheri ſcripta damnata à Leone Decimo. pag. 61
Lutheri libros nulli licet emere, vendere, tenere, legere, Imprimere, &c. pag 86
Lutherus porphyrio ſimilis. pag. 55

M

MAgi quâ pœna plectendi. pag. 516
Magia eſt cum pacto dæmonis occulto vel icto. p. 538
Magiæ vanitas. pag. 507
Magiæ inuentores. pag. 505
Magiæ variæ ſpecies. pag. 537
Magiæ libros retinentes & legentes, ſubſunt Iuriſdictioni Inquiſitoris. pag. 542
Magiæ propoſitiones quomodo cognoſcendæ. pag. 544. & ſeq.
Magicorum librorum prohibitio publicanda per Ordinarium. pag. 542.
Magicos articulos damnauit facultas Pariſienſis. pag. 543
Magorum variæ ſuperſtitiones. pag. 538

Magorum libri omnino prohibiti. pag.540.542
Magiſter prædicatorum primus Romanæ Inquiſitionis conſultor. pag. 42
Magiſter ſacri Palatij, quas habeat prærogatiuas, vnde in prologo eſt ſecundus Romanæ Inquiſitionis conſultor. pag.42
Magiſter ſacri Palatij, quam habeat poteſtatem ſupra libros. pag 594
Magiſtratus debent iurare, quòd leges in hæreticos latas obſeruabunt, ſi ſecùs fecerint dignitate Capitanei, vel conſulis ſpolientur. pag. 283
Magiſtratus excommunicantur, ſi non abrogent ſtatuta contra Inquiſitionem. pag. 408
Magiſtratus ſæculares terram purgent ab hæretica fœditate. pag. 295. 296
Magiſtratus dignitatem qui init, præcedentem poteſtatem ſyndicet. pag. 298
Magiſtratus quilibet iurare debent de adiuuando Inquiſitore contra hæreticos, alioquin excommunicantur, honoribus ſpoliantur, eorum terræ interdicuntur. pag. 314
Magiſtratus ſæculares quid debeant Inquiſitori primùm inſtituto iurare. pag. 708.& ſequentibus.
Magiſtratus ſæcularis non iurans Inquiſitori, ſecundùm conſtitutiones federici, eſt infamis, fautor, & ſuſpectus, & ſuſpendius ab officio. pag. 709
Magiſtratus ſæcularis tenetur præſtare iuramentum Inquiſitori quoties ipſe voluerit pag. 732
Magiſtratus quilibet tenentur prouidere Inquiſitori de ſaluo conductu. pag. 271
Magiſtratus excommunicantur, ſi non mandauerint ſtatim exequutioni ſententias Inquiſitorum. pag. 278
Magiſtratus ſæculares tenentur iurare, quòd ſeruabunt ſtatuta Pontificia, & Imperialia. pag. 280. & ſequentibus.
Magiſtratuum non ſeruantium leges contra hæreticos latas pœna. pag. 284
Maleficarum proceſſus ſolùs Inquiſitor poteſt inchoare & complere. pag. 263. & ſequentibus.
Maleficiorum occaſio quæ ſit. pag. 164.
Maleficis de actis, nomina delatorũ non ſunt exprimenda. p. 180
Maleficos non patieris viuere, quomodo intelligitur. pag. 511
Maleficos qui interquuntur, indulgentias cruceſignatorum lucrantur. pag. 531

Materia fauorabilis eſt amplianda, odioſa reſtringenda. pag. 183
Matrimonium ſoluendum quoad thorum propter Sodomiam. pag. 440
Mendicantes dantur parrochis in ſubſidium. pag. 255
Mendicantes poſſunt habere bona ſtabilia. pag. 345
Mendicantiũ bona omnia ſeruari debent indemnia à ſubſidijs, decimis, & contributione ſeminarij. pag. 343. & ſequentibus.
Miniſtri Inquiſitionis vnde alantur. pag. 325. & ſeq. 353
Miniſtri eliguntur ad capiendos hæreticos. pag. 285
Miniſtri Inquiſitionis poſſunt arma deferre. pag. 476
Munera accipere periculoſum eſt Inquiſitori. pag. 383
Munerum quanta ſint mala. pag. 382. & ſequentibus.

N

NEcromantici qui. pag. 505
Nobiles quilibet ſub pœna excommunicationis tenentur promptè aſſiſtere Inquiſitori. pag. 275
Nobiles quilibet iurare debent de adiuuando Inquiſitore contra hæreticos, alioquin excommunicantnr, honoribus ſpoliantur, eorum terræ interdicuntur. pag. 314
Nomina teſtium in depoſitionibus Inquiſitionis ſunt reticenda. pag. 173. & ſequentibus.
Nomina teſtium poſſunt reuelari conſultoribus, ſub ſigillo & pœna excommunicationis. pag. 181
Nominis Dei confraternitas erigitur á ſolis prædicatoribus. pag. 432
ad Notariatum Inquiſitor cogere poteſt laicos & religioſos. pag. 692
Notarij Inquiſitionis habent indulgentiam trium annorum, & ſi moriantur in officio, plenariam. pag. 149. 151
Notarij Inquiſitionis poſſunt eſſe religioſi. pag. 242
Notarrj electi ad Inquiſitionem, iterum debent iurare. pag. 688
Notarij Inquiſitionis poſſunt eſſe tàm laici, quàm Presbyteri & Religioſi. pag. 691
Notarij Inquiſitionis habent auctoritatem Apoſtolicam ad exercitium ſui officij. pag. 694
Notarij quâ ſolemnitate ſunt creandi. pag. 695
Notarij ſemel falſarij valent tamen alia inſtrumenta. pag. 695
Notarij patrocinantes hæreticis ſunt infames & ſuſpenſi. p. 695

Notarij ſuſpenſi, non valent inſtrumenta. pag. 696
Notarij, vnde ſuum habeant ſalarium. pag. 696
Notarios creare poteſt Inquiſitor & eius Vicarius, tàm clericos ſæculares, quàm regulares. pag. 693
Notarios Inquiſitoris nec mutare poſſunt Prælati, nec excommunicare, vel ipſi legati Apoſtolici. pag. 695
Notarius debet eſſe præſens torturæ. pag. 696
Notarius quantùm debeat eſſe cautus in ſcribendo. pag. 697
Noua ſtatuta poteſt facere Inquiſitor. pag. 406

O

OFficiales Inquiſitorum ſunt, procurator, ſocius, nuncij. Notarij, Cuſtodes carcerum, Apparitores, Conſiliarij, Syndicus, & eius Notarius, Precones, & Seruitores. 698
Officiales contrauenientes officio, peccant mortaliter. pag. 698
Officiales duodecim, duos Notarios, & duos Seruitores tenetur Inquiſitori dare magiſtratus ſæcularis. pag. 686
Officiales Inquiſitoris iurare debent, quòd Officium ſuum diligenter exercebunt. pag. 687
Officiales iurent fideliter agere. pag. 286
Officiales ſeruentur indemnes. pag. 287
Officiales non poſſunt conueniri niſi ad arbitrium Ordinarij & Inquiſitoris. pag. 287
Officiales quanto tempore durent. 287
Officiales quando & per quos amouendi. pag. 288
Officiales ſuperfluos non habeat Inquiſitor. pag 688
Officiales, Inquiſitorem pecunias extorquentem tenentur deferre ad ſuperiorem, pag. 688
Officiales Inquiſitionis in Officio negligentes excommunicantur excommunicatione Papali. pag. 689
Officialibus Inquiſitionis fides adhibenda. pag. 285
Officialibus vnde ſatisfieri debeat. pag. 287
Officialibus omnes præſtent auxilium. pag. 289
Officialium poteſtas. pag. 286
Officialium iniquorum pœna. pag. 288
Officiarij dandi Inquiſitori ad captionem hæreticorum à quolibet magiſtratu. pag. 270. 285
Officium Inquiſitionis non iuuantes cenſentur tanquam defenſores & fautores hæreticorum. pag. 193

Ordinarij impedientes ne Inquiſitor procedat contra prædicatores ſcandaloſos, priuantur adminiſtratione officiorum, & ſunt interdicti, pag. 161
Ordinarius non poteſt impedire proceſſum Inquiſitoris, p. 167

P

PApa eſt Romanæ Inquiſitionis præſes. pag. 43
A Papa nulli licet appellare, ad Papam tamen omnibus, pag. 239
Papæ egregia epiteta, pag. 140
Papæ non obediens eſt hæreticus imò paganus, pag. 415
Ad Papam maiores fidei cauſæ referuntur, pag. 213
Pariſijs Inquiſitio inſtituta apud fratres Prędic, anno 1258. p. 41
Parrochorum onus maximum. pag. 256
Pariſienſis Inquiſitio quomodo ſe geſſerit contra tẽplarios, p. 41
Paulus V. Anglos Catholicos conſolatur, pag. 115
& Clemens octauus. pag. 116
Peccata de iure mortalia quæ ſint, pag. 413
Peccata ſua ſingulis annis non confitens eſt hæreticus. pag. 414
Peccati contra naturam iudex eſt Inquiſitor, pag. 441. & ſeq.
Peccati contra naturam punitiones, pag. 438
Pecuniam prætextu officij extorquens Inquiſitor, aut Vicarius excommunicatur, pag. 381
Pecuniam extorquentes Inquiſitores & Vicarios, tenentur deferre Notarij, pag. 381
Pecuniam extorquens Inquiſitor aut Vicarius, eſt ab officio remouendus, pag. 382
Penſio ſoluenda Inquiſitori, ſub pœna excõmunicationis, p. 332
Penſio ex qua viuit Inquiſitor, Procurator & Miniſtri. pag. 326
Penſio Inquiſitoris eſt ducentorum ſcutorum, pag. 327
Penſio Inquiſitoris ſoluenda non obſtante quouis incommodo vel infortunio. pag 326
Penſio Inquiſitoris Biſuntini olim ſoluebatur ex menſa Archiepiſcopali. pag. 327
Penſio Inquiſitori ſoluenda ad Natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, & Chriſti. pag. 327
Penſio pecuniaria Inquiſitoris mutata in Beneficiũ. p. 328 & ſeq.
Penſionẽ Inquiſitori non ſoluens ſaltem intra 20. dies poſt terminum eſt interdictus, & poſt ſex menſes ſuſpenſus. pag. 328

Pertinax quis dicatur. pag 674
S. Petrus Veronenſis Princeps Inquiſitorũ in prologo, &c. p.45
Periurus etiàm poſt pœnitentiam in criminalibus à teſtimonio repellitur. pag. 748
Periti tenentur parere Inquiſitori in virtute obedientiæ. p.184
Periti an poſſint recipere ſalarium. pag. 185
Periti aſſiſtentes Inquiſitori habent indulgentias. pag. 185
Peritis nomina teſtium non ſunt publicanda, niſi quando timetur de inuidia delatorum. pag. 186
Peritorum nomine qui intelligantur. pag. 185
Peritorum conſilia non tenetur ſequi Inquiſitor. pag. 185
Peritos poteſt accerſere Inquiſitor ad conſilium. pag. 169
Peritos in cauſa hæreſis aduocare poteſt Inquiſitor. pag. 184. 242
Peritos quos & quando voluerit vocare poteſt Inquiſitor. p. 185
Pertinaciæ duodecim ſigna. pag. 674. & ſequentibus.
Philippi III. Hiſpaniarum Regis beneuolentia in Prædic. pag. 46
Pœna aſſignantium non hæreticos pro hæreticis. pag. 291
Pœna eius, in cuius domo reperti fuerint hæretici. pag. 292. 293
Pœna eorum, qui hæreticis auxiliantur. pag. 294
Pœna non ſeruantium conſtitutiones. pag. 298
Pœna prohibentium ne hæretici capiantur. pag. 289
Pœnæ nullomodo relaxantur. pag. 296
Pœnitentes hæretici habitâ, abiuratione abſol. p. 147. 167. 145. 154
Pœnitentiâ non peractâ, mortuorum, ſed priùs de hæreſi pœnitentium hæredes per Inquiſitorem compelli poſſunt ad ſubleuandum onus ipſis ad ſalutem impoſitum. pag. 749
Pōtifices Rom. ſtrenuè ſemper pugnarũt cōtra hæret. p. 52. & ſeq.
Pontificũ Romanorũ cura in extirpandis hæreticis. p. 1. 52. & ſeq.
Pontificum Romanorum ſeries. pag. 110
Pontificum Romanorum cura circa prohibitionem librorum quanta ſemper fuerit. pag. 567. 592. & ſequentibus
Poteſtàs ſæcularis tenetur exequi deſtructionē hęreticorũ. p. 270
Poteſtatis eiuſdem eſt inſtituere & deſtituere. pag. 386
Poteſtatum omnium prima eſt Eccleſiaſtica. pag. 94
Practica Inquiſitionis eſt optima. pag. 636
Practica abiurationis. pag. 636
Practica procedendi contra ſuſpectos vel diffamatos. pag. 636
Practica procedēdi dũ nouiter eſt inſtitutus Inquiſ. p. 707. & ſeq.
Prædicationem magis ædificat conſcientia, quam ſcientia. p. 131
Prædicator debet catechiſare. pag. 162
Prædicatores quàm ſtrenui contra hæreticos. pag. 45

Prædicatores duo assistentes Curiæ Madritanæ & vlisiponensi. pag. 46
F. Prædicatores debent habere bonitatem, disciplinam & scientiam. pag. 130
Prędicatorij ordinis mirabilis excellẽtia, fructꝰ vide in prologo.
Fratres Prædicatores, dati in subsidium parochorum. pag. 256
F. Prædicatorũ officium laudare, benedicere & prædicare. p. 255
Prædicatores sint potentes opere & sermone. pag. 129. & seq.
Prædicatores vaniloqui & auricoli grauiter peccant. pag. 132
Fratres Prædicatores quando & quomodo Bisuntij recepti.
Fratres Prædicatores Bisuntini, ius habent sepulturæ concedendæ. pag. 138
Prædicatores quoslibet potest per excommunicationem à prædicatione impedire Inquisitor, cùm viderit expedire.
Prædicatores vide Inquisitores.
Prædicatores scandalosos etiàm exemptos potest compescere Inquisitor. pag. 158. 371
Fratres Prædicatores Christi veri operarij. pag. 230
Prædicatorum ordo singulares profert fructus. pag. 45
Prædicare debet Inquisitor etiàm periculo imminenti. pag. 633
Presbyter deseruiens Prioratui Inquisitionis, non potest ab ordinario amoueri. pag. 358
Presbyter non obediens Inquisitori, potest ab eo puniri per excommunicationem & alias pœnas. pag. 238
Præstygrorum mercurius inuentor. pag. 506
Præsumitur ex factis de affectu. pag. 550
Prioratus annexus Inquisitioni, vnde Inquisitor procurator & ministri viuant. pag. 355. & seqentibus.
Priuare dignitatibus, officiis, &c. hæreticos, fautores, &c. Inquisitor potest. pag. 176
Priuilegium personale extinguitur cum persona. pag. 377
Prior Bisuntinus Prædicatorum, institutus Inquisitor. pag. 129
Prior Bisuntinus Prædicatorum, deputatus Inquisitor Bisuntinus vel Inquisitorum institutor. pag. 129. 138
Priuilegia nulla derogant officio Inquisitionis. pag. 171. 245
Procedere potest Inquisitor contra omnes. pag. 619. 409. 240
Procedere potest Inquisitor contra eos, qui in sua Prouincia deliquerunt & alio se transtulerint. pag. 635
Procedere potest Inquisitor contra quoslibet, qui requisiti pro posse suo non iuuerint sanctum Officium. pag. 171
Procedere potest Inquisitor in Apostatas à fide, Alchymistas,

Adoratores dæmonum, Blaſphemias hæreticales, Baptizantes mortuum ea forma quà viuum, rebaptizantes pueros, campanarum ſpretores, Cedulones excommunicationum, quibus declarantur aliqui excommunicati, çarnes comedentes diebus prohibitis, Dæmones expreſſe vel tacitè inuocantes, Dubios in fide, Dæmonem dicentes ſe tenere incluſum in Phiala ſeu in annulo, Dæmonem inuoçantes ad tentandam pudicitiam mulieris, diſputantes laicos publicè vel priuatim de fide, Euchariſtia abutentes in ſortilegijs, expectantes reſponſa à Dæmonibus, fautores hæreticorum, &c. quos vide. pag. 782. & ſequentibus.

Procedere poteſt Inquiſitor contra exemptos. pag. 620

Procedere poteſt Inquiſitor contra ſacerdotes. pag 631

Procedere ſummariè & ſimpliciter quid. pag. 653

Procedere Inquiſitor tenetur contra hæreticos ſub pœna excommunicationis.

Procedit Inquiſitor contra ſuſpectos. pag. 423

Procedit Inquiſitor ſimpliciter & de plano. pag. 243. 169. 210

Procedit Inquiſitor çontra eos, qui fugiunt extra ſuam Iuriſdictionem. pag. 169

Proceſſum omittens Inquiſitor prætextu odij vel lucri excommunicatur, ſicut & eius Vicarius. pa. 379

Proceſſum omittens Inquiſitor ad vitandum ſçandalum non excommunicatur. pag. 380

Proceſſum Inquiſitorum non poteſt reuidere iudex ſæcularis. pag. 522. & ſequentibus.. pag. 624. & ſequentibus.

Proceſſus ſibi inuicem tenentur Inquiſitor & Epiſc. comm. p. 528

Proceſſus Inquiſitoris nequit impedire Epiſcopus. p. 125. 126. 240

Proceſſus ſui rationem ſolis Cardinalibus Inquiſitoribus & Papæ rationem reddit Inquiſitor. pag. 174

Proceſſus Inquiſitionis poſſunt fieri ſine præſentia duarum perſonarum Religioſarum. pag. 183

Proceſſus integralis eſt legendus vocatis peritis. pag. 185

Proceſſus Inquiſitionis valet mortuo Papa delegante. p. 247. 248

Proceſſus cùm diuiſim proceditur ſunt communicandi. pag. 263

Proceſſuum communicatio ſemel facta ſufficit. pa. 263

Proceſſus contra hęreticos facti ſunt Inquiſ. conſignandi. p. 740

Proceſſus ſuos tradere debent Inquiſ. Superiores & Pręlati. p. 627 & non tradentes quâ pœna plectantur. pag. 628

Proceſſuum contra hæreticos modus. pa. 652

Proceſſus Inquiſitoris fiunt ſine iudiciorum ſtrepitu. pag. 652

Processus Inquis. valet etiàm non seruatâ iuris solẽnitate. p.653
Processus Inquisit. debent esse breuissimi non truncati. pag.654
Processus perfectos debet sequi sententia & executio. pag. 656
Procurator fiscalis Inquisitionis vnde viuat. pag. 325. 328
Procurator fiscalis subit personam accusatoris, nec sub pœna talionis. pag 690
Procurator fiscalis quomodo accusare debeat. pa. 690
Procurator fiscalis debet iurare, famam colligere, accusationes facere. pag. 691
Protestatio fidei, ex Bulla Pij IV. pag. 769. & sequentibus..
Protestatio fidei gallicis verbis expressa. pag. 777

Q

Quæstiones difficiliores & maiores causæ ad sedem Apostolicam referuntur. pag. 214
Quæstuarios Prædicatores potest compescere Inquisitor. pag. 244. 155. 170
Quæstuarij Prædicatores non debent prædicare. pag.145.155.157
Quæstuarij debent compesci etiàm auxilio brachij sæcularis si opus fuerit. pag. 156
Quæstuarios sustulit Concilium Tridentinum. pag. 156
Quæstuarij exempti, subsunt etiàm Episcopo. pag. 157

R

Rationem dati & accepti reddere tenetur Cardinalibus Inquisitor. pag.364
S. Raymundus Iacobi Regis Confessarius procurat Inquisitionem institui in Aragonia. pag. 47
Rebaptizans est hæreticus. pag. 415
Receptatores hæreticorum banniuntur. pag. 310
Receptatores sunt duplicis speciei. pag. 553
Receptatores hæreticorum propriè quinam sint. pag. 553
Receptatores excommunicantur. pag. 554
Receptatores sunt infames quando. pag. 554
Receptatores exilio mulctandi. pag. 554
Receptatores hæreticorum excommunicantur. pag. 210
De receptatoribus quinam scripserint. pag. 553. 561

Receptatorum bona confiscantur. pag. 554
Receptores etsi non curauerint à sua præsumptione cessare ipso iure fiunt infames. pag. 210
De reconciliatione & abiuratione reorum, publicæ scripturæ per notarium sunt faciendæ & Inquisitoris manu subscribendæ. pag. 780
Recusatio iudicis quid sit. pag. 639
Recusatio in causa hæresis fere nunquam admittitur. pag. 639
Recusatio frustratoria non valet. pag. 639
Recusatio legitima est Duplex. pag. 639
Recusationis causa à Vicario ad Inquisitorem, ab Inquisitore ad Cardinales remittenda. pag. 639
Redeuntibus vt pœna mortis remittatur, duo requirũtur p. 766
Redeuntes duplices. pag. 764
Redeuntes sponte quomodo tractandi. pag. 764
Redeuntes sponte debent abiurare omnem hæresim. pag. 765
Redeuntes laici nisi abiuratâ hæresi & satisfactione exhibitâ ad fidem confugerint orthodoxã, perpetuò incarcerãdi. p. 767
Reges, Principes, crucesignati aduocantur pro defensione Inquisitionis. pag. 171
Reges subsunt Iurisdictioni Inquisitoris. pag. 632
Relapsi omnes tradendi brachio sæculari, animaduersione debita puniendi. pag. 754
Relabi fictè quis potest duobus modis. pag. 746. 747
Relapsis pœnitentibus non sunt deneganda Sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ. pag. 754
Relapsus quis sit & quotuplex. pag. 746
Relapsus iuris fictione qui dicendus. pag. 747
Relapsus verè & propriè qui dicitur.
Relapsorum in fautoriam pœnitentia, quæ. pag. 755. 756
Religiosæ personæ vt intersint examinationi reorum, quales esse debent. pag. 182. & sequentibus.
Religiosi etiàm in sacris Ordinibus constituti possunt esse notarij Inquisitionis. pag. 168
Religiosi ducentes vxorem, ab Inquisitore puniuntur. pag. 420
Religiosi Apostatæ, sunt excommunicati, & puniuntur ab Inquisitore. pag. 421
Religiosus suum habitum deserens excommunicatur. pag. 421
Reo iudicia concedenda & dilatio. pag. 642
Reo concedenda est copia iudiciorum & dilatio. pag. 172
Reotum læsæ majestatis filij exhæredantur. pag. 304

Reſolutio multorum dubiorum circa relapſos. pag. 544. & ſeq.
Reus citandus eſt ad audiendam ſententiam. pag. 685
Reus petens nomina teſtium, non eſt audiendus. pag. 178
Rex debet dare Inquiſitori literas ſaluæ gardiæ. pag. 315
Rex tenetur protegere Inquiſitorem. pag. 314
Romana Eccleſia omnium mater & magiſtra. pag. 39
Romana Eccleſia de omnibus iudicat. pag. 239
Romana Eccleſia cæterarum eſt caput, de fide. pag. 307. 415
Romanę Inquiſitionis conſuetudo & ſtylus obſeruandus. pag. 12

S

Sabbatizantes iudicat etiam Epiſcopus. pag. 436
Sabbatizantes ſubſunt Iuriſdictioni Inquiſitoris. pag. 433
Sabbato ſucceſſit dies Dominica celebranda. pag. 434
Sabbatum colere quatenùs liceat. pag. 437
Sacerdotes hæretici grauiùs puniendi quàm laici. pag. 632
Sacerdotij & regni quanta connexio. pag. 92. 93
Sacerdotium Imperij ſanctificatio & conſtitutio. pag. 93
Sacramenta Eccleſiæ peruertens eſt hæreticus. pag. 413
Sacramentorum ſeptenarium numerum reſpuit lutherus. pa. 62
Samuëlis manes quomodo comparuerint. pag. 508
Scripta authoris damnati, ſunt damnata. pag. 211
Scribentes pro ſancto officio, lucrantur indulgentias. pag. 149
Scriptura ſacra cibus eſt & potus. pag. 155
Scriptura ſacra quàm profunda & vtilis concionat. p. 134. & ſeq.
Scriptura ſacra omnem gentium ſuperat ſcientiam, hiſtorias, poeſim, Philoſophiam, & leges. pag. 134
De ſcriptura ſacra mira. pag. 135. & ſequentibus.
Sententia contra hæreticum lata, poteſt executioni mandari etiam pendente termino decem dierum à iure communi ad appellandum dato. pag. 209
Sententia lata contra extrauagantem, an ſit nulla. pag. 13
Sententia Principis vniuerſale ius facit, & omnes ligat. pag. 20
Sententia debet ferri de die, non de nocte eáq; in ſcriptis. p. 658
Sententiæ Inquiſitoris, executioni mandandæ. pag. 526
Sententiam ferre poteſt Inquiſitor ſedendo vel ſtando. pag. 659
Sententiam diffinitiuam iudex mutare non poteſt. pag. 656
Sententiarum denunciationes cōmittere poteſt Inquiſitor. p 685
Sententiarum Inquiſitoris valor & æquitas. pag. 527

Sententias Inquiſitorum iudex ſæcularis debet exequi pag. 470 520. & ſequentibus.
Sententias Inquiſitorum tenetur exequi infra ſex dies iudex ſæcularis, ſub pœna excommunicationis. pag. 622
Sententias Inquiſitoris tenetur iudex ſæcularis exequi ſine reuiſione proceſſuum. pag. 522
Sententias Inquiſitorum publicare tenentur parrochi. pa. 719
Sententias Inquiſitorum tenentur exequi & ad hoc compelluntur per excommunicationem quilibet poteſtates, magiſtratus & Rectores. pag. 279
Socij Inquiſitoribus aſſignandi prouidi & diſcreti. pag. 229
Socij Inquiſitoribus ſemper aſſignati. pag. 144 154
Socij Inquiſitorum habent indulgentias trium annorum, ſi in officio moriantur habent plenariam. pag. 149. 151
Socij Inquiſitorum ſint prudentes, docti, fortes, & grati. pag. 697
Socij Inquiſ. non poſſunt excõmunicari etiàm à legatis. p. 697
Socios Inquiſitori tenentur prõptè aſſignare ſuperiores. p. 229
Sodomiæ punitiones. pag. 438
Sodomiæ horribilitas quanta. pag. 437
Sodomiæ iudex eſt Inquiſitor. pag. 441. & ſeq.
Sodomiam non eſſe ab hominibus puniendam qui dixerit, eſt vt hæreticus puniendus. pag. 444
Sodomitæ morte plectuntur & quidem igne. pag. 439
Sodomitæ ſunt infames iure & facto, inteſtabiles, irregulares. pag. 440
Sodomitæ ſubſunt iudici Eccleſiaſtico & ciuili. pag. 440
Sodomitæ clerici deijciãtur à clero, laici excõmunicẽtur. p. 440
Sodomiticos infideles Eccleſia poteſt punire. pag. 441
Sodomitę clerici degradati, tradãtur curię ſęculari. p. 441. & ſeq.
Sodomitæ clerici, omni beneficio priuantur. pag. 442
Sodomorum deflagratio. pag. 439
Sortes quæ permittantur. pag. 478
Sortes debet præcedere oratio. pag. 480
Sortis definitio. pag. 479
Sortibus non nimiùm credendum. pag. 479
Sortilegi qui. pag. 478
Sortilegi puniuntur ab Inquiſitore tanquam hæretici. pag. 485
Sortiariæ vix carent hæreſi. pag. 486
Sortiariæ ſint excommunicatæ. pag. 491
Sortilegi incarcerati, tradendi ſunt Inquiſitori, alioqui detinentes excommunicantur. pag. 486

Sortilegi igne damnantur, pag. 510
Sortilegia ſiue ſapiant hæreſim, ſiue non', pertinent ad Inquiſitorem, pag. 513
Sortilegia plenariè iudicat Inquiſitor, pag. 530. & ſequentibus.
De ſorrilegijs qui ſcripſerint, pag. 472
In ſortilegijs & diuinationibus puniendis quomodo ſe gerat Inquiſitor, pag. 749
Sortilegus non debet reddi iudici ſæculari petenti, pag. 487
Sortilegos abſoluere poteſt Inquiſitor in vtróq; foro, pag. 519
Sortilegos qui inſequuntur, indulgentias cruceſignatorum lucrantur, pag. 531
Sortilegorum iudex Inquiſitor, pag. 515
Sortilegium eſt crimen mixti fori, pag. 512
Sortilegium iudicari ab Inquiſitore impediens, quâ pœna plectatur, pag. 517
Statuentes contra libertatem Eccleſiaſticam excommunicantur in Bulla Cœnæ, nec poſſunt abſolui niſi ſtatuta caſſauerint, pag. 105
Statuta conſtitutionibus in Bulla Clementis IV. aduerſantia delentur, pag. 299
Statuta contra hæreticos publicè recitentur, & in quatuor libris annotentur, pag. 299
Statuta contra Inquiſitionem nullatenus obſeruanda, pag. 408
Statuta Eccleſiaſtica & ſæcularia contra hæreticos edita interpretari poteſt Inquiſitor, pag. 176
Statuta contra hæreticos edita, debent conſcribi in capitularibus communitatum, pag. 282
Statuta contra Inquiſitionem abrogat Inquiſitor, pag. 407
Statutum federici circa punitionem hæreticorum, pag. 302
Statutum contra Inquiſitionem ipſo iure eſt nullum, & Inquiſitori ſine mora exhibendum, pag. 474
Strygum proceſſus ſolus Inquiſitor poteſt inchoare & complere, pag. 263. & ſequentibus.
Stupri ſollicitatores morte puniendi, pag. 443
Stylus Romanæ Inquiſitionis vbíque ſeruandus, pag. 638
Superiores ordinũ quomodo conſtituebant Inquiſitores, p 120
Superiores ordinũ nõ habẽt Iuriſdictionẽ in Inquiſitores, p. 122
Super ores ordinum inſtituebant Inquiſitores de authoritate Apoſtolica, pag. 123
Superiores ordinum poterant olim amouere Inquiſitorem, nunc verò minimè, pag. 234

Superiores ordinum, non possunt amouere officiarios Inquisitionis, pag. 386
Superiores ordinum, impediẽtes sanctum Officium excommunicantur, & si perstiterint per annum, censentur hæretici, p. 387
Superstitiones variæ, pag. 481
Superstitiones quibus regulis cognoscantur, pag. 544. & seq.
Suspecti de hæresi notabiliter, nisi congrua purgatione innocentiam monstrauerint, Anathematizantur, pag. 211
Suspecti per annum in excommunicatione persistentes velut hæretici condemnantur, pag. 481
Suspecti à fide, Inquisitoris Iurisdictioni subdũtur, p. 423. & seq.
Suspecti de hæresi quinam, pag. 424
Suspecti leuiter, iudicantur vt diffamati, pag. 426
Suspecti nisi se purgent Canonicè excommunicandi, pag. 428
Suspecti nisi se purgauerint sunt infames & banniti, pag. 310
Suspecti, per annum pertinaces, censentur hæretici, pag. 310
Suspecti citari debent personaliter de fide responsuri, pag. 428
Suspecti propter sinistram vitam citari possunt ab Inquisitore, & si non compareant, excommunicantur, pag. 429
Suspectus de leui etiãsi reciderit, non punitur vt relapsus, p. 754
Suspectus violenter habendus est vt hæreticus, pag. 427
Suspectus abiurans errorem, est recipiendus, pag. 427
Suspectus perseuerans per annum excommunicatus, condemnatur vt hæreticus, pag. 428
Suspectus vehementer potest puniri pœna temporali, pag. 637
Suspectus quilibet debet abiurare, pag. 637
Suspectus vehementer non est hæreticus, pag. 426
Suspectus vehementer debet abiurare, pag. 426
Suspectus de vehementi si recidat punitur vt relapsus, p. 754. 755
Suspectus leuiter non est hæreticus, debet tamen purgari Canonicè, pag. 425
Suspendere potest Iuquisitor, pag. 237
Suspicio violenta quæ, pag. 425
Suspicio de hæresi quæ sit sufficiens ad procedendum, p. 424
Suspicio leuis quæ, pag. 424
Suspicio triplex, pag. 424
Suspicio vehemens quæ, pag. 425
Suspicionem quænam blasphemiæ faciant, pag. 429
Suspiciones quomodo considerandæ ad Inquisitore, pag. 425
Suspiciones vehementes quænam, pag. 427
Symbolũ Apost. & orationem Dñicam oẽs scire tenentur, p. 163

T

TAbellionis hæretici inſtrumenta ſunt inualida. pa.211.311
Terræ Sanctæ ſubſidia contribuentes, quas habeant indulgentias. 458.& ſequent.
Tertiarij beati Dominici, orti ex cruceſignatis, pag.188
Teſtis vnus ſufficit ad torturam. pag. 649
Teſti vni creditur in crimine læſæ majeſtatis
in Teſtiũ examinatione duæ perſonæ religioſæ ſunt præſẽtes.168
Teſtificantur in crimine hæreſeos infames, excommunicati & ſimiles. pag. 180
Teſtium depoſitiones in S. Officio faciendæ ſunt, in præſẽtia duarũ perſonarũ religioſarũ per publicã perſonã.pag.182.241
Teſtium nomina non publicanda. pag.242
Thalmud igne damnatum ab Inquiſitoribus.pag.36.& ſequent.
Thalmudicorum librorum impietas quanta. pag.37.38
Thalmudici libri Inquiſitoribus conſignandi. pa.40
Thalmud ſæpe igne damnatum. pag.41
Thalmudicorum codicum duodecim millia exuſta de mandato Cardinalium Inquiſitorum. pa. 41
S.Thomas tot fecit miracula,quot quæſtiones. pag.253
S. Thomæ doctrinam probauit Vrbanus Papa. pag.253
S. Thomas mirus munerum contemptor. pag.384
Tormenta adhibenda in crimine capitali. pag.637
Tormenta humaniter temperanda. pag.677
Torneamenta in diuerſis conciliis interdicta ſunt. pag.463
Tortura eſt recepta in Inquiſitione. pag 646
Tortura quatenus eſt decernenda contra lamias. pag.646
Tortura non erat olim recepta in Inquiſitione pag.647
Tortura cum controuertitur an ſit danda,quid faciendum. 621
Tortura quando debeat dari, & ex quibus indiciis. pa. 649
ad Torturam ſufficit infamia. pag.650
ad Torturam quomodo ſe habeat iudex. 649
Torturam non poteſt adhibere Epiſcopus ſine Inquiſitore, nec vice verſa. pag.261
ad Torturam Inquiſitor tenetur expectare Epiſcopum per octo dies. pag.261
Torturam poteſt iterare, cum voluerit Inquiſitor. pa.650
Torqueri non debet puer,ſenex,nec mulier prægnans. pag.650

Tortus reus debet reatificare suã confessionẽ post torturã. 696
Traditus brachio sæculari non potest iterum ad misericodiam admitti, pag.685

V

VEctigalia nulla possunt imponi Inquisitori. pag.326.
Vectigalia quatenus Ecclesiæ imponenda. 243.
Vectigalia non potest soluere Inquisitor sine licentia Papæ. pag. 363
Verbis quatenus fidere licet ad producendos effectus. 544. & seq.
Vicarius Inquisitoris aliquando est major Episcopo. 126.
Vicarij Inquisitoris quales esse debeant, moribus, doctrina & ætate. pag.372
Vicarij quæ sint conditiones pag.378
Vicarios instituere potest Inquisitor. pag.368
Vicarios Inquisitoris tenentur Episcopus, & eius Vicarius protegere, & pro his bullas publicare. pag.375
Vicarios plures potest Inquisitor instituere, & eis committere vices suas plenariè. pag. 376
Vicario non committit Inquisitor definitiuam, licet possit. 378
Vicarius Inquisitoris potest absoluere redeuntes hæreticos, & etiàm ab irregularitate. pag.373
Vicarius Inquisitoris potest recipere crucesigna tos, & eos absoluere in vita & morte. pag.373.374
Vicarius Inquisitoris non potest subdelegare. pag 377
Vicarius citare potest, examinare, arrestare. pag. 378
Vicarius in arduis consulat Inquisitorem. pag. 378
Vicarius ad ea tenetur, ad quæ Inquisitor. pag.379
Vicarius Inquisitionis non subest superioribus ordinis, imo potest contra eos procedere. pag. 386. & seq.
Vicarius soli subjicitur Inquisitori. pa.386
Vicarius legere potest libros prohibitos, & qua auctoritate, pag.577. 581.583
Vices suas potest committere Inquisitor, quoad principium, medium, & finem causæ. pag. 369
S. Vincentius Ferrerius prædicauit Bisuntij. pag. 138
Virginem de stupro interpellantes, peracto flagitiò morte plectantur. pag. 443
Vsuram asserens non esse peccatum, est hæreticus, pa.414
Vxores duas simul ducens punitur ab Inquisitore.

FINIS TABVLÆ.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE VITTORIO EMANUELE

ERRATA

PAg. 36.l.1.non,lege nunc.ibid.l.9.1578,lege 1588.ead.p.l.18. addita,lege additi.pag.38.l.25.venijs,lege vanis.pa.41.l.28. poſt fernandes, adde ad.pa.94.l.8.ſpirituli, lege, ſpiritui. pa.117.l.13.ſcribant,lege,ſcribunt.p.122.l.15.tractare,lege,timore. pa.123.l.11.hos.lege,hoc. pag.130.l.23.voluit,lege voluite.ibid.l. 25.poſt neceſſaria,adde.bonitas,diſciplina,ſcientia.pa.131.l.ante-pen.qua,lege,quæ.pag.132.l.antepen. auriculos,lege.auricolos. pa.134.l.4.ſcripturã,lege,ſcripturarum. p.135.Hyerony,lege,Hie-rony.ibid.l.5.ſeda,lege,fœda.p.139.l.23.Vvalduẽſes,lege, Vval-denſes.pag.140.l.3.Inquiſitoris, lege, Inquiſitionis.ibid,poſt In-quiſitionis, dele. pecularis Romanæ Vrbis Inquiſitor. pag. 147. l.7.reuocare,lege,renouare.pa.149.l.17.quàm, lege quam.pa.156. l.23.quærela,lege,querela.pa.158.l.23.ſcãdoloſas, le. ſcãdaloſas. pa.162.l.vltima.ſcriſit,lege ſcripſit.pa.164.l.1.quamplurimo,lege quamplurimos. pa 167.l.1.anctoritate,lege,auctoritate.pa.169.l. 16.ilios,lege,illos.pa.172.l.14.iudiciorum,lege,indiciorum.ibid. l.22.iudiciorum,lege,indiciorum.pa.178. l vlt.inſtitutione,lege, inſtructione.p.181.l.pen.iata,le.ita. p.183.l.15.ahiberet,lege,adhi-beret.ibid.l.18.dictos,lege,doctos.pa.184.l.4.ſecleratus, leg.ſce-leratus.ibid.l.5.coraem,lege,corã.pa.184.l.14.eius,lege,eis. ibid. l.23.peugna,lege,Pegna.ibid.1126.lege,126.pa.185.l.13.gando,le. quãdo.ibid.l.28.Inquiſitionis,lege,Inquiſitionis pa.186.tament lege,tamen.ibid.l.vlt.tectum,lege,textum. p.188. l.14.inſtituitũ, lege,inſtitutum.ibid.l.24.ſocietatis,lege,ſocietas.pa.194.l.23 in-iurils,lege,iniurijs.ibid.l.24.ſæcurita,lege,ſecuritas.pa.199.l.12. ab,lege,ad.pa.209.l.13.fidelium,lege,filiũ.pa.210.l.9. Commu-nis,leg.communi. pa.211.l.3.riſpondere,lege,reſpondere. pa.212. l.2.5.idem,lege,item.pa.212.l. 25.Anagnia,lege,Anagniæ.p.224 l.19.fomæ,lege,formæ. ibid.l.pen.patet,lege.patet. pa.233.l.25. mouendũ,lege amouendum.pa.234.l.5.Kalendat.lege,Kalẽdas. pa.252.l.12.meritò,leg.merito p.255.l 4.confratres, le.conſerui. p.256.l.7.nouen.leg,nouem. ibid.l.8.dicit,le.dixit.ibid.l.19.poſt priuilegijs,adde,datis poſſunt.ibid. li.23. ōmiſſum & injunctũ. lege commiſſam & injunctam.pa.264. [illegible] fuit,lege,ſint.pa.271. l.3.reatam,lege reatum.pa.271.l.29.marc[illegible]rum,lege,marcharũ. pa.272.l.vlt.reatim,lege,reatin pa.274.l.hæc,lege,hæ.ibid.l.2.

iu,le.in.p.281.l.18.copias.le.copioſas p.284.l.18 ſuponant,le.ſupponant.p.286.l.3.nuedam,le,meram.p.286.l.21.dipſis,le,ex ipſis p.288.l.3.ſed nullum,le,ſed ad nullum.p.288.l.8.vt,le.&.p.289.l.24.reedificandi,le. reædificādi.p.291.l.10.alicui,le.aliqui.p.300.l.25.ſabiectas,le.ſubiectas p.303.l.3.ad fouendd.le.fouendum.p.303.l.6.diſtiterint,le.deſtiterint.ibid.l.7.vos,le.eos.p.303.l.28.vltiorem,le.altiorem.p. 305.l.vlt.vouſque, lege, quouſque.p.310.l.22.Be hæret.lege Ab hæret.p.319.l.2.quidem,lege,quidam.ibid.l.3.debita,le.debito.p.322.l.1.cutas,leg.catas. p.323.l.9.poſt fide, adde,qui ſuſpecti de fide.p.325.l.11.latinus,le.latiùs.ibid l.14.defectis,le.defectu.p.326.l.7 nuncupatæ onere,le,nūcupato onere. ibid.l.13.fideles,lege,infideles. p.328.l.29.nequat,lege,nequeat. ibid.l.vlt.effluxit,lege fluxis. p.329 l.25.obtinenſium,lege,obtinentium.pag.330.l.9.an,lege,ad.ibid.l.12.Apoſtolica,lege,Apoſtolicæ.p.331.l.4.arrendare,lege, amandare.p.331.l.24.eſtimationem,lege,æſtimationem.p.334.l 2.metu,lege,motu. p.347.l.26.emanebunt,lege,emanabunt.p.348.l.16. dele hæc verba, quatenus ipſi & eorum quilibet per ſe,vel alium, ſeu alios præſentes, motu ſimili mandamus.pag.350.l.10.poſt ligent,adde,ac.ibid.l.24.immunes,lege,immunis p.351.l. 28.procuratoris,lege,procurator.pa 352.l.2.ſuſpectione,lege,ſuſpicione. ibid.l.24. menſe,lemenſæ,ibid.l.25.impoſuris,lege,impoſitus.p.356.l.7.poſt præfatarum &,adde,quæ.ibid.l.9.facturum,lege,factarum.pag.357.l.18. præſentis,leg.præſenti.p.358.l.1. presbytorum,leg. presbyterum. p.358.l.10.commenda,lege,commendæ ibid.l. 12.conſiſto realiter,lege.conſiſtorialiter.ibid.l.13.clauſuris.lege,clauſulis.p.361.l.8.ſpecialis,lege,ſpeciali.ibid.l.12.ſic,leg.ſit. p.362 l.12.legitimæ. le.legitimè.ibid.l.16.notarios,lege notarium.p.369.l.19.liquidæ le.liquidè.p 370.l.22.barchinoua, lege, barchinona.pag.371.l.6. hæreſim,lege,hæreſum p.384.l.18.amaritia,lege,auaritia.pa.385.l.22.pater &, lege,pateret.ibid.l.26.adeo,lege,ideo.pag.386.l.11. Sanchi,leg,Zanchi.ibid.l.8.Azos,lege,Azor.p.392. l.18.Azos,le. Azor.p.402.l.10.iuriſdicto,lege,iuriſdictio.p.407. l.11.poſt,illud priuilegium,adde,directum ad Epiſcopum mutinentem.p.413.l.27.illæ,lege,illa.p.482.l.2.gentriloqua,lege,ventriloqua. p.475.l.pen.gaudiſaluus,lege,gondiſaluus. pag.432.l.15 afferte, leg.afferte.p.433.l.17.leniter,lege, leuiter. p.449.l.9.prædeceſſores,le. lege, prædeceſſore pag . . l. 28. propolitis , lege, prope ſitis. p.457.l.10.inuocationis,l , innouationis.p.464.l.antepen. ſubmenſionem,leg.ſubuenti em.p.465.l.1.Synodus,lege,synodi p.467.l.2.quamuis,leg.quemuis.p.493.l.11.tectum,leg. textum.

p.510.l.4.deligatis,le.diligatis. p.570.l.21.opuſcalo,le. opuſculo. p.511.l.16.impoſitores,le.impoſtores.pa.513.l.pen.ſurculum,lege ſarculum.p.516.l.24.ſcoipta,le.ſcripta. p.526.l.9.vt poteſt,leg.vt pote. p.526.l.10.excõmunicationẽ,le.examinationem.p.527.l.8. ex vtroque Thoma. le.vt per diuum Thomam. ibid.l.10.tarantaſio,le.tarantaſia. p.527.l.13.inſtit.leg.iuſtit.p 528.l.14.doctus & literatus,leg.indoctus & illiteratus.ibid.l.vlt.dele ac p.534.l.25. Inquiſitoribus,le.Inquiſitionibus. ibid.l.29.diuinitate,le.diuinitate pa.539.l.29.iudicis.le.indicis pa.543.l.25.omni,lege,omnia. p.543.l.25.omni damnauerat,lege,condemnauerat.p.544.l.3.cognoſcendi,lege,cognoſcendis.p.552.li.16.tamen ſi,lege,tametſi. p.578.l.7.præcipienda,leg.præcipiendo.p.581.l.18.tament,leg.tamen.p.584.l.22.hæreticis,leg.hæreſis.p.586.l.9.dele,relata infra. p.592.l.5.Pontificis,leg.Pontificiis. ibid.l.13.capiam,le.copiam. pa.593.l.26.eadem,leg.eandem. p.595.l.14.habendi,le.habenda. ibid.l.16.viæ,leg.via.p.600.l.10.rector,leg lector.p.606.l.1.præmittitur,leg.præmittitur. p.607.l.15.gobellucius,le.cobellucius. p.699.l.1.medinicis,le.medicinis.p.610,l.4.ceſſione,le.ſeſſione. p.610.l.13.dohananarum,le.dohanarum. p.613.l.14.ciuiratus,le. ciuitatum.p.615.l.1,piuerſis,lege,diuerſis. pa.617.l.16.emulgant lege,euulgant p.635.l.24.dele hæc-in commentariis ſuis non ſe. cepit.p.637.l.22.iudicetur,le,indicatur.p.639.l.7.poſt,veriorem. adde,ſententiam.p.624.l.25.poſt,fidei,adde,in.p.641.l.19.oſtenſis,leg,hoſtienſis.p.645.l.21.camarulæ.lege,camerulæ.ibid.l.23. e.lege,ſe.p 646.l.9.grillau. lege,grillandus.p.650,l.19 prægans, lege.prægnans p.685.l.8.populum,lege.populus. p.684.l.5.ciuitauimus,lege,citauimus.p.685.l.14.annis,lege,omnis.p.687.l.17. ordinario,lege,ordinatio.p.688.l.4.notariis,leg.notarios.p.690. l.8.procuratores,leg.acculatores.ibid.l.12 procedenti,lege,præcedenti.ibid.l.15.poſt,admodum,adde,R.P.N.cad.l.12.infortionibus,lege,informationibus. p.695.l.penult ſcriniariis,lege,ſcriuiariis. p.743.l.19.viatores,lege,violatores. p.766.l.3.reuertatur, lege reuertantur.ibid.l.pen.neutriri,lege,nutriri.p.767.l.10.poſt, perpetui.adde,carceris.p.784.l.vlt.includent,lege,includant pa. 785.l.10.tendandam,lege,tentandam.p.786.l.19.certas,lege, cereas.ibid.l.21 poſt cruciant,adde,ſapiunt.p.790.l.29.& 30.infernalibilibus, lege,infernalibus. pa.791.l.13,inenarrabili,lege.inenarrabili.

Digitized by Google

MAMBOR
LEGATORE DI LIBRI
CORSO 32

Digitized by Google